FLS

# PAROISSIEN ROMAIN

CONTENANT

## LA MESSE ET L'OFFICE

POUR TOUS LES DIMANCHES ET FÊTES DOUBLES

CHANT GRÉGORIEN




SOLESMES

IMPRIMERIE SAINT-PIERRE

1896

Imprimatur.

Cenomani, die 25. Februarii 1896.

L.-J. Coupris, *Vic. gen.*

**Propriété des Éditeurs.**

# PRÉFACE

Les fidèles trouveront dans le Paroissien Romain les chants et les lectures dont se sert l'Église romaine à la Messe, aux Vêpres et à Complies. Il contient le chant en usage durant plusieurs siècles dans l'Église d'Occident, tel que l'ont gardé les manuscrits reproduits par les moines de Solesmes dans le Graduel et le Vespéral romain.

Nous avons conservé la forme traditionnelle sous laquelle ont été écrites ces mélodies. En faveur de ceux qui ne seraient pas familiarisés avec les signes de cette notation, nous en donnons ici le tableau accompagné de quelques brèves explications.

## NOMS ET FIGURES

## DES NOTES ET DES PRINCIPAUX NEUMES

### 1. NOTES SIMPLES




### 2. NEUMES DE DEUX NOTES



### 3. NEUMES DE TROIS NOTES

Porrectus



Torculus



ut la si la fa si fa mi la

Scandicus



Climacus



### 4. NEUMES DE PLUS DE TROIS NOTES

Porrectus flexus



Torculus resupinus



Scandicus flexus



Climacus resupinus



Pes subbipunctis



Scandicus subbipunctis



### 5. NEUMES LIQUESCENTS

Epiphonus ou Podatus liquescent



Cephalicus ou Clivis liquescente



Torculus liquescent



Ancus ou Climacus liquescent



### 6. NEUMES D'ORNEMENT

Distropha et Tristropha



Oriscus entre 2 Torculus



Quilisma



Pressus





## Remarques.

Les *punctums* ou *points losangés* ne s'emploient jamais seuls ; toujours ils forment groupe avec la *virga* (voir *climacus)*, ou la formule qui les précède (voir *podatus subbipunctis*).

La *virga* est souvent redoublée ; elle s'appelle alors *bivirga*.

L'*apostropha* et l'*oriscus* dans notre notation ne se distinguent pas du *punctum ;* mais la place qu'ils occupent les fait reconnaître assez facilement. L'*apostropha* ne s'emploie jamais seule ; elle peut se répéter deux fois (*distropha*), trois fois (*tristropha*), et même davantage. Elle s'adjoint aussi aux neumes soit avant, soit après, par ex. :  etc.

L'*oriscus*, sorte d'*apostropha*, se place à la fin d'un groupe et le plus souvent entre deux *torculus*.

*Podatus*. De ses deux notes, celle du bas s'exécute la première.

*Porrectus*. Trois notes, dont les deux premières sont placées aux deux extrémités du large trait oblique. Il ne peut y avoir de difficulté pour la troisième.

*Scandicus*, *Climacus*. Ces deux groupes peuvent, sans changer de nom, se composer de quatre, cinq notes et plus.



*Flexus* (fléchi). On qualifie ainsi les neumes qui, terminés normalement à l'aigu (*porrectus*, *scandicus*), *fléchissent* encore d'une note vers le grave.

*Resupinus* (retourné vers le haut). On qualifie ainsi les neumes qui, terminés normalement au grave (*torculus*, *climacus*), se *relèvent* d'une note vers l'aigu.

*Subpunctis*. On qualifie ainsi les neumes qui, terminés par une *virga*, sont suivis de *punctums* losangés. S'il y a deux *punctums*, on dit *subbipunctis ;* s'il y en a trois, *subtripunctis*, etc.

*Pressus*. On appelle *pressus* la rencontre sur un même degré de deux notes, ce qui peut avoir lieu de la manière suivante :

1° par un punctum placé devant la première note d'une *clivis* 

2° par la juxtaposition de deux neumes, la dernière note du

premier se trouvant sur le même degré que la première du second. Exemple :

 podatus et clivis formant *pressus*

 clivis et clivis formant *pressus*

 climacus et clivis formant *pressus*

 scandicus et climacus formant *pressus*.

Les deux notes juxtaposées dans la notation n'en forment qu'une seule, de valeur double et dont l'attaque doit être forte.

*Quilisma.* Note dentelée qui est toujours précédée et suivie d'une ou plusieurs notes.

*Neumes liquescents.* Ces neumes sont représentés par des notes plus petites que les autres. Elles se trouvent à la rencontre de deux voyelles formant diphtongue, par ex. : AU*tem*, EJ*us;* ou de plusieurs consonnes, par ex. : OMN*is*.

Il y a deux pauses ; la grande est ainsi marquée  ; la dernière note de la formule qui précède cette pause doit être doublée. La durée de la pause équivaut à deux notes.

La petite pause  permet au chantre de respirer en cas de besoin; sa durée équivaut à une note.

Le bémol, ♭, n'a de valeur que jusqu'à la rencontre du bécarre, ♮, ou d'une barre, ou d'un mot nouveau.

# PAROISSIEN ROMAIN

## A L'ASPERSION DE L'EAU BÉNITE

HORS LE TEMPS PASCAL




*On répète l'Ant.* Aspérges me.

¶ *Le Dimanche de la Passion et le Dimanche des Rameaux, on ne dit pas* Glória Patri.

℣. Osténde nobis Dñe misericórdiam tuam. (*T. P.* Allelúia.)
℟. Et salutáre tuum da nobis. (*T. P.* Allelúia.)


Help your congregation
assist at Extraordinary Form
Masses with greater devotion:
CCWATERSHED.ORG/CAMPION

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Exaudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus : et míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet atque defréndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

AU TEMPS PASCAL

*C'est-à-dire du Dimanche de Pâques à la Pentecôte inclusivement.*




*On répète l'Ant.* Vidi aquam. — *L'Oraison et les ℣℣. ci-dessus.*



# ORDINAIRE DE LA MESSE

*Le Prêtre :* In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.

*Ant.* Introíbo ad altáre Dei.

*Les Ministres :* ℟. Ad Deum qui lætíficat juventútem meam.

**Psaume 42.**

Judica me Deus, et discérne causam meam de gente non sancta : ab hómine iníquo et dolóso érue me.

M. Quia tu es Deus fortitúdo mea : quare me repulísti, et quare tristis incédo, dum afflígit me inimícus ?

P. Emítte lucem tuam, et veritátem tuam : ipsa me deduxérunt, et adduxérunt in montem sanctum tuum et in tabernácula tua.

M. Et introíbo ad altáre Dei : ad Deum qui lætíficat juventútem meam.

P. Confitébor tibi in cíthara, Deus, Deus meus : quare tristis est ánima mea, et quare contúrbas me ?

M. Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : salutáre vultus mei, et Deus meus.

P. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

M. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper : et in sæcula sæculórum. Amen.

P. Introíbo ad altáre Dei. ℟. Ad Deum qui lætíficat juventútem meam.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.

*Aux Messes des Morts et aux Messes du Temps depuis le Dimanche de la Passion jusqu'au Samedi saint inclusivement, on omet le Psaume* Júdica *et la répétition de l'Antienne.*

P. Confíteor Deo omnipoténti. &c.

*Les Ministres :*

Misereatur tui omnípotens Deus, et dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam. — P. ℟. Amen.

*Les Ministres :*

Confiteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus sanctis, et tibi pater, quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et ópere : mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes sanctos, et te pater, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

*Le Prêtre :*

MISEREATUR vestri omnípotens Deus, et dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

INDULGENTIAM, absolutiónem et remissiónem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens et misércors Dóminus. ℟. Amen.

℣. Deus tu convérsus vivificábis nos.
℟. Et plebs tua lætábitur in te.
℣. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam.
℟. Et salutáre tuum da nobis.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

AUFER a nobis, quæsumus Dómine, iniquitátes nostras : ut ad Sancta sanctórum puris mereámur méntibus introíre. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

ORAMUS te, Dómine, per mérita sanctórum tuórum, quorum relíquiæ hic sunt, et ómnium sanctórum : ut indulgére dignéris ómnia peccáta mea. Amen.

*Le Prêtre lit l'Introït ; puis il dit alternativement avec les Ministres :*

KYRIE eléison. Kýrie eléison. Kýrie eléison.
Christe eléison. Christe eléison. Christe eléison.
Kýrie eléison. Kýrie eléison. Kýrie eléison.

GLORIA in excélsis Deo. Et in terra pax homínibus bonæ voluntátis. Laudámus te. Benedícimus te. Adorámus te. Glorificámus te. Grátias ágimus tibi propter magnam glóriam tuam. Dómine Deus, Rex cæléstis, Deus Pater omnípotens. Dómine Fili unigénite Jesu Christe. Dómine Deus, Agnus Dei, Fílius Patris. Qui tollis peccáta mundi, miserére nobis. Qui tollis peccáta mundi, súscipe deprecatiónem nostram. Qui sedes ad déxteram Patris, miserére nobis. Quóniam tu solus sanctus. Tu solus Dóminus. Tu solus altíssimus, Jesu Christe. Cum Sancto Spíritu, in glória Dei Patris. Amen.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

*Le Prêtre dit une ou plusieurs Oraisons. Viennent ensuite l'Épître, le Graduel, le Trait ou l'*Allelúia, *et la Séquence, s'il y a lieu. Puis il dit :*

MUNDA cor meum, ac lábia mea, omnípotens Deus, qui lábia Isaíæ Prophétæ cálculo mundásti igníto : ita me tua grata miseratióne dignáre mundáre, ut sanctum Evangélium tuum digne váleam nuntiáre. Per Christum Dñum nostrum. Amen.

Jube Dómine benedícere.

Dóminus sit in corde meo, et in lábiis meis : ut digne et competénter annúntiem Evangélium suum. Amen.



℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

✠ Inítium *ou* Sequéntia sancti Evangélii secúndum *N.*

℟. Glória tibi Dómine.

*Après l'Évangile :* Laus tibi, Christe.

CREDO in unum Deum. Patrem omnipoténtem, factórem cæli et terræ, visibílium ómnium et invisibílium. Et in unum Dóminum Jesum Christum, Fílium Dei unigénitum. Et ex Patre natum ante ómnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lúmine, Deum verum de Deo vero. Génitum, non factum, consubstantiálem Patri : per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines et propter nostram salútem descéndit de cælis. Et incarnátus est de Spíritu Sancto ex María Vírgine : et homo factus est. Crucifíxus étiam pro nobis sub Póntio Piláto : passus, et sepúltus est. Et resurréxit tértia die, secúndum Scriptúras. Et ascéndit in cælum : sedet ad déxteram Patris. Et íterum ventúrus est cum glória judicáre vivos et mórtuos : cujus regni non erit finis. Et in Spíritum Sanctum Dóminum, et vivificántem : qui ex Patre Filióque procédit. Qui cum Patre, et Fílio simul adorátur, et conglorificátur : qui locútus est per Prophétas. Et unam sanctam cathólicam et apostólicam Ecclésiam. Confíteor unum baptísma in remissiónem peccatórum. Et exspécto resurrectiónem mortuórum. Et vitam ventúri sæculi. Amen.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

*Le Prêtre lit l'Offertoire. Puis il dit :*

SUSCIPE sancte Pater, omnípotens ætérne Deus, hanc immaculátam hóstiam, quam ego indígnus fámulus tuus óffero tibi Deo meo vivo et vero, pro innumerabílibus peccátis, et offensiónibus, et negligéntiis meis, et pro ómnibus circumstántibus, sed et pro ómnibus fidélibus christiánis, vivis atque defúnctis : ut mihi et illis proficiat ad salútem in vitam ætérnam. Amen.

DEUS, qui humánæ substántiæ dignitátem mirabíliter condidísti, et mirabílius reformásti : da nobis per hujus aquæ et vini mystérium, ejus divinitátis esse consórtes, qui humanitátis nostræ fíeri dignátus est párticeps, Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus : per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

OFFERIMUS tibi, Dómine, cálicem salutáris, tuam deprecántes cleméntiam : ut in conspéctu divínæ majestátis tuæ, pro nostra et totíus mundi salúte cum odóre suavitátis ascéndat. Amen.

IN spíritu humilitátis, et in ánimo contríto suscipiámur a te, Dómine : et sic fiat sacrifícium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus.

VENI sanctificátor omnípotens ætérne Deus : et bénedic hoc sacrifícium tuo sancto nómini præparátum.

**Psaume 25.**

LAVABO inter innocéntes manus meas : et circúmdabo altáre tuum, Dómine.

Ut aúdiam vocem laudis : et enárrem univérsa mirabília tua.

Dómine, diléxi decórem domus tuæ : et locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam : et cum viris sánguinum vitam meam.

In quorum mánibus iniquitátes sunt : déxtera eórum repléta est munéribus.

Ego autem in innocéntia mea ingréssus sum : rédime me, et miserére mei.

Pes meus stetit in dirécto : in ecclésiis benedícam te, Dómine. Glória. &c.

SUSCIPE sancta Trínitas hanc oblatiónem, quam tibi offérimus ob memóriam passiónis, resurrectiónis, et ascensiónis Jesu Christi Dómini nostri : et in honórem beátæ Maríæ semper Vírginis, et beáti Joánnis Baptístæ, et sanctórum Apostolórum Petri et Pauli, et istórum, et ómnium sanctórum : ut illis proficiat ad honórem, nobis autem ad salútem : et illi pro nobis intercédere digneántur in cælis, quorum memóriam ágimus in terris. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

ORATE fratres : ut meum ac vestrum sacrifícium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.

℟. Suscípiat Dóminus sacrifícium de mánibus tuis, ad laudem & glóriam nóminis sui, ad utilitátem quoque nostram, totiúsque Ecclésiæ suæ sanctæ.

*Le Prêtre dit* Amen, *puis les Secrètes. Ensuite :*

## Préface commune.

*(Les Préfaces propres, après l'Ordinaire de la Messe, p.* 11.)

PER ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habémus ad Dóminum. ℣. Grátias agámus Dómino Deo nostro. ℟. Dignum et justum est.

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere : Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus : per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli, cælorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth. Pleni sunt cæli et terra glória tua. Hosánna in excélsis. Benedíctus qui venit in nómine Dómini. Hosánna in excélsis.



## CANON DE LA MESSE

TE igitur, clementíssime Pater, per Jesum Christum Fílium tuum Dóminum nostrum, súpplices rogámus, ac pétimus, uti accépta hábeas, et benedícas, hæc dona, hæc múnera, hæc sancta sacrifícia illibáta, in primis, quæ tibi offérimus pro Ecclésia tua sancta cathólica : quam pacificáre, custodíre, adunáre, et régere digneáris toto orbe terrárum : una cum fámulo tuo Papa nostro *N.* et Antístite nostro *N.* et ómnibus orthodóxis, atque cathólicæ et apostólicæ fídei cultóribus.

MEMENTO, Dómine, famulórum famularúmque tuárum *N.* et *N.*; et ómnium circumstántium, quorum tibi fides cógnita est, et nota devótio, pro quibus tibi offérimus : vel qui tibi ófferunt hoc sacrifícium laudis, pro se, suísque ómnibus : pro redemptióne animárum suárum, pro spe salútis, et incolumitátis suæ : tibíque reddunt vota sua ætérno Deo, vivo et vero.

COMMUNICANTES, et memóriam venerántes, in primis gloriósæ semper Vírginis Maríæ, Genitrícis Dei et Dómini nostri Jesu Christi : sed et beatórum Apostolórum ac Mártyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis et Thaddæi : Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Laurentii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni : et ómnium sanctórum tuórum ; quorum méritis, precibúsque concédas, ut in ómnibus protectiónis tuæ muniámur auxílio. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

HANC igitur oblatiónem servitútis nostræ, sed et cunctæ famíliæ tuæ, quæsumus Dómine, ut placátus accípias : diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatióne nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numerári. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

QUAM oblatiónem tu Deus in ómnibus, quæsumus, benedíctam, adscríptam, ratam, rationábilem, acceptabilémque fácere digneáris : ut nobis Corpus, et Sanguis fiat dilectíssimi Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi.

QUI prídie quam paterétur, accépit panem in sanctas ac venerábiles manus suas, et elevátis óculis in cælum, ad te Deum Patrem suum omnipoténtem, tibi grátias agens, benedíxit, fregit, dedítque discípulis suis, dicens : Accípite, et manducáte ex hoc omnes.

HOC EST ENIM CORPUS MEUM.

SIMILI modo postquam cœnátum est, accípiens et hunc præclárum Cálicem in sanctas ac venerábiles manus suas : item tibi grátias agens, benedíxit dedítque discípulis suis, dicens : Accípite et bíbite ex eo omnes.

HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI,
NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI : MYSTERIUM FIDEI :
QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR
IN REMISSIONEM PECCATORUM.

Hæc quotiescúmque fecéritis, in mei memóriam faciétis.

UNDE et mémores, Dómine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, ejúsdem Christi Fílii tui Dómini nostri tam beátæ passiónis, nec non et ab ínferis resurrectiónis, sed et in cælos gloriósæ ascensiónis : offérimus præcláræ majestáti tuæ de tuis donis, ac datis, hóstiam puram, hóstiam sanctam, hóstiam immaculátam, Panem sanctum vitæ ætérnæ, et Cálicem salútis perpétuæ.

SUPRA quæ propítio ac seréno vultu respícere dignéris : et accépta habére, sícuti accépta habére dignátus es múnera púeri tui justi Abel, et sacrifícium Patriárchæ nostri Abrahæ : et quod tibi óbtulit summus sacérdos tuus Melchísedech, sanctum sacrifícium, immaculátam hóstiam.

SUPPLICES te rogámus, omnípotens Deus : jube hæc perférri per manus sancti Angeli tui in sublíme altáre tuum in conspéctu divínæ majestátis tuæ : ut quotquot, ex hac altáris participatióne sacrosánctum Fílii tui Corpus, et Sánguinem sumpsérimus, omni benedictióne cælésti et grátia repleámur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

MEMENTO étiam, Dómine, famulórum, famularúmque tuárum *N.* et *N.*, qui nos præcessérunt cum signo fídei, et dórmiunt in somno pacis.

Ipsis, Dómine, et ómnibus in Christo quiescéntibus, locum refrigérii, lucis et pacis, ut indúlgeas, deprecámur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

NOBIS quoque peccatóribus fámulis tuis, de multitúdine miseratiónum tuárum sperántibus, partem áliquam, et societátem donáre dignéris, cum tuis sanctis Apóstolis et Martýribus : cum Joánne, Stéphano, Mathía, Bárnaba, Ignátio, Alexándro, Marcellíno, Petro, Felicitáte, Perpétua, Agatha, Lúcia, Agnéte, Cæcília, Anastásia, et ómnibus Sanctis tuis : intra quorum nos consórtium, non æstimátor mériti, sed véniæ, quæsumus, largítor admítte. Per Christum Dóminum nostrum. Per quem hæc ómnia, Dómine, semper bona creas, sanctíficas, vivíficas, benedícis, et præstas nobis. Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipoténti, in unitáte Spíritus Sancti omnis honor et glória.

Per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

ORÉMUS.

Præcéptis salutáribus móniti, et divína institutióne formáti, audémus dícere.

PATER noster, qui es in cælis : Sanctificétur nomen tuum : Advéniat regnum tuum : Fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie : et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo. *Le Prêtre répond à voix basse :* Amen.



LIBERA nos, quæsumus Dómine, ab ómnibus malis, prætéritis, præséntibus, et futúris : et intercedénte beáta et gloriósa semper Vírgine Dei Genitríce María, cum beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque Andréa, et ómnibus Sanctis, da propítius pacem in diébus nostris : ut ope misericórdiæ tuæ adjúti, et a peccáto simus semper líberi, et ab omni perturbatióne secúri. Per eúmdem Dñum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

PER ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.
Pax Dómini sit semper vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

HÆC commíxtio et consecrátio Córporis et Sánguinis Dómini nostri Jesu Christi, fiat accipiéntibus nobis in vitam ætérnam. Amen.

AGNUS Dei, qui tollis peccáta mundi : miserére nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi : miserére nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi : dona nobis pacem.

*Aux Messes des Morts, au lieu de* miserére nobis, *et de* dona nobis pacem, *on dit* dona eis réquiem, *et* dona eis réquiem sempitérnam, *et on omet la première Oraison qui suit.*

DOMINE Jesu Christe, qui dixísti Apóstolis tuis : Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis : ne respícias peccáta mea, sed fidem Ecclésiæ tuæ : eámque secúndum voluntátem tuam pacificáre et coadunáre dignéris : qui vivis et regnas Deus per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

DOMINE Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris cooperánte Spíritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificásti : líbera me per hoc sacrosánctum Corpus et Sánguinem tuum ab ómnibus iniquitátibus meis et univérsis malis : et fac me tuis semper inhærére mandátis, et a te numquam separári permíttas : qui cum eódem Deo Patre, et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum. Amen.

PERCEPTIO Córporis tui, Dómine Jesu Christe, quod ego indígnus súmere præsúmo, non mihi provéniat in judícium et condemnatiónem : sed pro tua pietáte prosit mihi ad tutaméntum mentis et córporis, et ad medélam percipiéndam : qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.
Panem cælestem accípiam, et nomen Dómini invocábo.

DOMINE, non sum dignus ut intres sub tectum meum : sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

CORPUS Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam ætérnam. Amen.

Quid retríbuam Dómino pro ómnibus quæ retríbuit mihi ? Cálicem salutáris accípiam, et nomen Dómini invocábo. Laudans invocábo Dóminum, et ab inimícis meis salvus ero.

Sanguis Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam ætérnam. Amen.

Quod ore súmpsimus, Dómine, pura mente capiámus : et de múnere temporáli fiat nobis remédium sempitérnum.

Corpus tuum, Dómine, quod sumpsi, et Sanguis, qnem potávi, adhæreat viscéribus meis : et præsta ; ut in me non remáneat scélerum mácula, quem pura et sancta refecérunt sacraménta : Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. Amen.

*Après la dernière Oraison :*

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Ite missa est, *ou* Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

*Aux Messes des Morts :* Requiéscant in pace. ℟. Amen.

Placeat tibi, sancta Trínitas, obséquium servitútis meæ : et præsta ; ut sacrifícium, quod óculis tuæ majestátis indígnus óbtuli, tibi sit acceptábile, mihíque, et ómnibus, pro quibus illud óbtuli, sit, te miseránte, propitiábile. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Benedícat vos omnípotens Deus, Pater, et Fílius, ✠ et Spíritus Sanctus. ℟. Amen.

*Aux Messes des Morts, on ne donne point la bénédiction.*

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

✠ Initium sancti Evangélii secúndum Joánnem. ℟. Glória tibi, Dómine.

In princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt : et sine ipso factum est nihil, quod factum est : in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum : et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem fílios Dei fieri, his qui credunt in nómine ejus, qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. Et Verbum caro factum est, et habitávit in nobis : et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiæ et veritátis. ℟. Deo grátias.



## Préfaces propres.

*Les Préfaces de chaque Fête se disent aussi pendant l'Octave et dans les Fêtes qui s'y rencontrent, à moins que celles-ci n'en aient une propre.*

### Préface de la Nativité.

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere : Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus. Quia per incarnáti Verbi mystérium, nova mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis infúlsit : ut dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in invisibílium amórem rapiámur. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes.

### Préface de l'Épiphanie.

Vere dignum et justum est..., ætérne Deus. Quia, cum Unigénitus tuus in substántia nostræ mortalitátis appáruit, nova nos immortalitátis suæ luce reparávit. Et ídeo, &c.

### Préface du Carême.

Vere dignum et justum est, æquum et salutare..., ætérne Deus. Qui corporáli jejúnio vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largíris et prǽmia : per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli, cælorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes.

### Aux Messes de la Passion et de la Croix.

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre..., ætérne Deus. Qui salútem humáni géneris in ligno crucis constituísti : ut unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret : et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur : per Christum Dóminum nostrum. Per quem, &c.

### Préface Pascale.

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre : Te quidem Dómine omni témpore, sed in hac potíssimum die (*ou* in hoc potíssimum) gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo, &c.

### Préface de l'Ascension.

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre..., ætérne Deus : per Christum Dóminum nostrum. Qui post resur-

rectiónem suam ómnibus discípulis suis maniféstus appáruit, et ipsis cernéntibus est elevátus in cælum, ut nos divinitátis suæ tribúeret esse partícipes. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes.

### Préface de la Pentecôte.

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre..., ætérne Deus : per Christum Dóminum nostrum. Qui ascéndens super omnes cælos, sedénsque ad déxteram tuam, promíssum Spíritum Sanctum (hodiérna die) in fílios adoptiónis effúdit. Quaprópter profúsis gáudiis, totus in orbe terrárum mundus exsúltat. Sed et supérnæ Virtútes, atque angélicæ Potestátes hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicéntes.

### Préface de la Trinité & des Dimanches de l'année.

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre..., ætérne Deus. Qui cum Unigénito Fílio tuo, et Spíritu Sancto, unus es Deus, unus es Dóminus : non in unius singularitáte persónæ, sed in unius Trinitáte subtántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Fílio tuo, hoc de Spíritu Sancto, sine differéntia discretiónis sentímus. Ut in confessióne veræ, sempiternæque Deitátis, et in persónis propriétas, et in esséntia únitas, et in majestáte adorétur æquálitas. Quam laudant Angeli, atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim : qui non cessant clamáre quotídie, una voce dicéntes.

### Préface de la sainte Vierge.

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre..., ætérne Deus. Et te in *** beátæ Maríæ semper Vírginis collaudáre, benedícere, et prædicáre. Quæ et Unigénitum tuum Sancti Spíritus obumbratióne concépit : et virginitátis glória permanénte, lumen ætérnum mundo effúdit, Jesum Christum Dóminum nostrum. Per quem, &c.

### Préface des Apôtres et des Évangélistes.

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre : Te Dómine suppliciter exoráre, ut gregem tuum, pastor ætérne, non déseras : sed per beátos Apóstolos tuos contínua protectióne custódias. Ut iísdem rectóribus gubernétur, quos óperis tui vicários eídem contulísti præésse pastóres. Et ídeo, &c.

## Tons du « Gloria Patri » pour les Introïts.

1.



G Ló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.





Sic- ut e-rat in princí-pi- o, et nunc, et semper, et in



sæcula sæ-cu-ló-rum. Amen. D. *ou* E u o u a e. A.



*ou* E u o u a e. F.

2.



G Ló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.



Sic- ut e-rat in princí-pi- o, et nunc, et semper, et in



sæcula sæcu-ló-rum. Amen.

3.



G Ló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.



Sic- ut e-rat in princípi- o, et nunc, et sem-per, et in



sæcula sæcu- ló-rum. Amen.

4.



G Ló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi- rí-tu- i Sancto.



Sic- ut erat in princí-pi- o, et nunc, et semper, et in



sæcula sæcu-ló-rum. Amen. E. *ou* E u o u a e. F.

5.



G Ló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu-i Sancto.



Sic-ut erat in princí-pi- o, et nunc, et semper, et in



sæcula sæculó-rum. Amen. A. *ou* E u o u a e. G.

6.



G Ló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.



Sic-ut erat in princí-pi- o, et nunc, et semper, et in sæ-



cula sæcu-ló-rum. Amen. F. *ou* E u o u a e. G.

7.



G Ló- ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu-i Sancto.



Sic- ut erat in princí-pi- o, et nunc, et semper, et in



sæcula sæ-cu-lórum. A- men. G. *ou* E u o u a e. *G.*

8.



G Ló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi- rí-tu- i Sancto.





Sic- ut erat in princí-pi- o, et nunc, et semper, et in



sæcula sæ-cu- ló-rum. Amen. G. *ou* E u o u a e. *G.*

## Réponses du Chœur pendant la Messe.

### A l'Évangile.



D Ominus vobíscum. ℟. Et cum spí-ri-tu tu- o. Se-



quénti- a sancti Evangé-li- i secúndum Matthæ-um. ℟. Gló-



ri- a ti-bi Dómine.

### A la Préface, ton solennel.



P ER ómni- a sæcu-la sæcu-ló-rum. ℟. Amen. ℣. Dómi-



nus vobíscum. ℟. Et cum spí-ri-tu tu- o. ℣. Sursum corda.



℟. Habémus ad Dómi-num. ℣. Grá-ti- as agámus Dómi-no



De- o nostro. ℟. Dignum et justum est.

A la Préface, ton férial.




Au « Pater noster ».




## KYRIE, GLORIA, SANCTUS et AGNUS DEI

### Au Temps Pascal.











*Du Samedi saint au Samedi de Pâques inclusivement.*






*De l'Octave de Pâques au Samedi des IV. Temps de la Pentecôte inclusivement.*




## Aux Fêtes Solennelles. I.

(Kyrie fons bonitatis)




Glória, Sanctus *et* Agnus, *comme à la Messe suivante*, 20.

## Aux Fêtes Solennelles. II.

(Kyrie Deus sempiterne)




e-lé- i-son. Chri- ste e-lé- i-son. Ký- ri-
e e-lé- i-son. Ký- ri- e
e-lé- i-son. Ký- ri- e
e-lé- i-son.
1.
G Ló-ri- a in excélsis De- o. Et in terra pax ho-
mí- ni- bus bonæ vo- luntá- tis. Laudámus te. Benedí-cimus
te. Ado-rámus te. Glo-ri- ficá- mus te. Grá-ti- as á-gimus
ti-bi propter magnam gló- ri- am tu- am. Dómine De- us,
Rex cæ-léstis, De- us Pa-ter omnípo- tens. Dó- mine Fi-
li uni- gé-ni-te, Je-su Christe. Dómine De- us, Agnus De- i,
Fí- li- us Patris. Qui tol- lis peccá-ta mundi, mi-se-ré-




re nobis. Qui tol- lis peccá-ta mundi, súscipe depreca-ti-
ó-nem nostram. Qui sedes ad déx- teram Pa-tris, mi-se-
ré- re nobis. Quóni- am tu so- lus sanctus. Tu solus Dó-
minus. Tu so-lus Altíssimus, Je- su Chri-ste. Cum Sancto
Spí-ri-tu, in gló- ri- a De- i Pa- tris. A- men.
1.
S An- ctus, San- ctus, San- ctus Dó-
minus De- us Sába-oth. Ple-ni sunt cæ-li et ter- ra gló-
ri- a tu- a. Hosánna in excélsis. Bene-díctus qui
ve- nit in nómine Dómi-ni. Hosánna in excélsis.
1.
A -gnus De- i, qui tol- lis peccá-ta mun-
di, mise-ré- re no- bis. Agnus De- i, qui tollis




## Aux Fêtes Doubles. I.

(Cunctipotens Genitor Deus)













## Aux Fêtes Doubles. II.

(Messe des Anges)











## Aux Messes de la sainte Vierge.




Ký-ri- e e-lé- i-son.
7.
G Ló- ri- a in excélsis De- o. Et in terra pax homí-
nibus bonæ voluntá-tis. Laudá-mus te. Bene- dí-ci-mus
te. Ado- rá-mus te. Glo-ri-fi-cá-mus te. Grá-ti-as á-gi-
mus tibi propter magnam gló-ri- am tu- am. Dómine De-
us, Rex cæ- léstis, De-us Pa-ter omnípo-tens. Dómine Fi-
li uni-gé-ni-te, Jesu Chri-ste. Dó-mine De-us, Agnus De-
i, Fí-li- us Patris. Qui tollis peccáta mundi, mi-se-ré-re
nobis. Qui tollis peccá-ta mundi, sús- cipe depreca-ti-
ónem nostram. Qui sedes ad déxte-ram Patris, mise-ré-
re nobis. Quóni- am tu so-lus sanctus. Tu so-lus Dóminus.




Tu solus Altíssimus, Jesu Chri- ste. Cum Sancto Spí-ritu,
in glóri- a De- i Pa- tris. A- men.
5.
S An- ctus, San-ctus, San- ctus Dóminus De-
us Sá- ba- oth. Ple-ni sunt cæ-li et ter-ra gló-ri- a
tu- a. Ho-sán-na in excél-sis. Be- nedíctus qui ve- nit
in nó- mi-ne Dó- mi-ni. Ho- sánna in ex-
cél- sis.
5.
A -gnus De- i, qui tol- lis peccá-ta mun- di,
mi-se-ré- re no-bis. Agnus De- i, qui tol- lis peccá-ta
mundi, mi-se-ré-re no-bis. Agnus De- i, qui tol-
lis peccá-ta mun- di, do-na no-bis pa- cem.




## Aux Dimanches ordinaires.

(Orbis factor)











## Aux Fêtes Semidoubles.










Patris. A- men.

2.



S Anctus, Sanctus, San- ctus Dóminus De- us Sá-



ba- oth. Pleni sunt cæli et terra gló-ri- a tu- a. Hosán-



na in excél- sis. Benedíctus qui ve-nit in nómi-ne Dó-



mini. Hosánna in excél- sis.

2.



A -gnus De- i, qui tol- lis peccá- ta mundi, mi-



se- ré-re nobis. Agnus De- i, qui tollis peccáta mun-di,



mi-se- ré-re nobis. Agnus De- i, qui tol- lis peccá- ta



mundi, dona no-bis pacem.

8.



I -te missa est.
De- o grá- ti- as.



## Aux Fêtes Simples.

4.



K Yri- e e- lé- i-son. *iij*. Christe e-



lé- i-son. *iij*. Ký-ri- e e- lé- i-son. *ij*. Ký- ri- e



e- lé- i-son.

4.



G Ló-ri- a in excélsis De- o. Et in terra pax homí-



nibus bonæ vo-luntá-tis. Laudámus te. Benedí-cimus te.



Adorámus te. Glo-ri- ficámus te. Grá-ti- as á-gimus tibi



propter magnam gló-ri- am tu- am. Dómine De- us, Rex cælé-



stis, De- us Pater omnípo-tens. Dómine Fi- li unigéni-te,



Jesu Christe. Dómine De- us, Agnus De- i, Fí-li- us Patris.



Qui tollis peccá-ta mundi, mi-seré-re nobis. Qui tollis peccá-









## Aux Dimanches de l'Avent et du Carême.






## Aux Féries de l'Avent et du Carême.









## Credo.











## Credo.

(Des Anges)











## Credo.

(Cardinal)











## Dans les Solennités, ad libitum.

(Messe Royale de Henri du Mont)



1.



G Ló- ri- a in excélsis De- o. Et in terra pax homí-



nibus bonæ vo-luntá- tis. Laudámus te. Benedí-cimus te.



Adorámus te. Glo-ri- ficámus te. Grá-ti- as ágimus tibi



propter magnam gló-ri- am tu- am. Dómine De- us, Rex cælé-



stis, De- us Pa-ter omnípotens. Dómine Fi-li unigéni-te,



Jesu Christe. Dómine De- us, Agnus De- i, Fí-li- us Patris.



Qui tollis peccáta mundi, mi-seré-re nobis. Qui tollis peccá-



ta mundi, súscipe depreca-ti- ó-nem nostram. Qui sedes ad



déxteram Pa-tris, mi-seré-re nobis. Quóni- am tu solus san-



ctus. Tu solus Dóminus. Tu solus Altíssimus, Jesu Christe.



Cum Sancto Spí- ri-tu, in gló-ri- a De- i Patris.





A- men.

1.



C Re-do in unum De- um, Patrem omnipoténtem, fa-



ctórem cæli et terræ, vi-sibí- li- um ómni-um et invi-si-



bí- li- um. Et in unum Dóminum Jesum Christum, Fí- li- um



De-i unigéni-tum. Et ex Patre natum ante ómni- a sæ-



cu-la. De-um de De- o, lumen de lúmine, De- um verum



de De- o vero. Géni-tum, non factum, consubstanti- á-lem



Patri : per quem ómni- a facta sunt. Qui propter nos hómi-



nes et propter nostram salú-tem descéndit de cæ- lis.



Et incarná-tus est de Spí-ri-tu Sancto ex Marí- a Vírgi-



ne : Et homo factus est. Cruci-fíxus ét-i- am pro nobis :


sub Pónti-o Pi-lá-to passus et sepúltus est. Et resurréxit
térti- a di- e secúndum Scriptúras. Et ascéndit in cælum :
sedet ad déxteram Patris. Et í-terum ventú-rus est cum
gló-ri- a judicá-re vivos et mórtu- os : cujus regni non e-
rit fi-nis. Et in Spí-ri-tum Sanctum, Dóminum, et vivi-fi-
cántem : qui ex Patre Fi-li- óque procédit. Qui cum Patre
et Fí-li- o simul adorá-tur, et conglori- ficá-tur : qui lo-
cútus est per Prophé-tas. Et unam, sanctam, cathó-li-cam
et apostó-li-cam Eccié-si- am. Confí-te-or unum baptísma
in remissi- ónem pecca-tórum. Et exspécto resurrecti- ó-
nem mortu-ó-rum. Et vi-tam ventú-ri sæcu-li. A- men.




1.
S Anctus, San- ctus, San- ctus Dóminus
De-us Sába-oth. Pleni sunt cæ-li et terra glóri- a tu- a.
Hosánna in excél-sis. Benedíctus qui venit in nómine
Dómini. Hosánna in excélsis.
1.
A -gnus De- i, qui tollis peccáta mundi, mise-rére
no-bis. Agnus De- i, qui tollis peccáta mundi, mi-se-rére
nobis. Agnus De- i, qui tollis peccá-ta mundi, dona nobis
pa-cem.
1.
I - te missa est.
De- o grá- ti- as.

# TONS COMMUNS

## Au Commencement des Heures.

### 1. Ton festival.

℣.



D E-us in adjutó-ri-um me-um inténde.



℟. Dómine ad adjuvándum me festína. Glóri- a Patri,



et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto : Sic-ut e-rat in princí-



pi- o, et nunc, et semper, et in sæcu-la sæculórum. Amen.



Alle-lú-ia.

*De la Septuagésime à Pâques, au lieu de* Allelúia, *on dit :*



Laus tibi Dómine Rex ætérnæ glóri- æ.

¶ *On emploie ce ton à Matines, Laudes et Vêpres.*

### 2. Ton simple.

℣.



D E-us in adjutó-ri-um me-um inténde.



℟. Dómine ad adjuvándum me festína. Glóri- a Patri,





et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto : Sicut e-rat in princí-



pi- o, et nunc, et semper, et in sæcu-la sæculórum. Amen.



Alle-lú-ia. *Ou* : Laus tibi Dómine Rex ætérnæ gló-ri- æ.

¶ *On emploie ce ton tous les jours à Complies.*

## Les Huit Tons des Psaumes.

*Il y a deux intonations : l'intonation festivale, qui varie pour chaque ton, et l'intonation fériale, qui se fait directement sur la dominante.*

*On emploie le ton festival au premier verset de chaque Psaume à Matines, Laudes et Vêpres, et aussi, pour les Fêtes de I. et de II. Classe, au premier Psaume de Complies.*

*On emploie le ton férial les autres jours à Complies, et à tous les Psaumes de l'Office des Morts.*

*L'intonation festivale sert à tous les versets des Cantiques* Magníficat *et* Benedíctus, *même à l'Office des Morts.*

### Premier Ton.



P Rimus Tonus sic incípi-tur, et sic medi-á-tur : *

Terminaisons J ou J



Atque sic fini-tur. Atque sic fini-tur. Atque sic

D f g



fi-ni-tur. Atque sic fini-tur. Atque sic fini-tur. Atque




sic fini-tur. Atque sic fini-tur.



M Agni-fi-cat. Et exsultávit spí-ri-tus me-us.

**Ton solennel à Magnificat.**



Et exsultávit spí- ri-tus me- us.

## Deuxième Ton.



S Ecúndus Tonus sic incí-pi-tur, et sic medi- á-tur *

Terminaison unique



Atque sic fini-tur. D



M Agni-fi-cat. Et exsultávit spí-ri-tus me-us.

**Ton solennel à Magnificat.**



Et exsultávit spí- ri-tus me- us.

## Troisième Ton.



T Erti- us Tonus sic incí-pi-tur, et sic medi- á-tur :






Atque sic fini-tur. Atque sic fini-tur. Atque sic fini-tur.




Atque sic fini-tur. Atque sic fi-ni-tur.



M Agni-fi-cat. Et exsultávit spí-ri-tus me-us.

## Quatrième Ton.



Q Uartus Tonus sic incí-pi-tur, et sic medi- á-tur : *




Atque sic fi- ni- tur. Atque sic fini-tur. Atque sic fini-tur.




Atque sic fini-tur.



M Agni- fi-cat. Et exsultávit spí-ri-tus me-us.

## Cinquième Ton.



Q Uintus Tonus sic incípi-tur, et sic medi- átur : *

Terminaison unique



Atque sic fini-tur. a.



M Agní-fi-cat. Et exsultávit spí-ri-tus me- us.

## Sixième Ton.



S Extus Tonus sic incí-pi-tur, et sic medi- á-tur : * At-

Terminaison unique



que sic finí-tur. F.



M Agní- ficat. Et exsultávit spí-ri-tus me- us.

## Septième Ton.



S Eptimus Tonus sic incipi-tur, et sic me-di-á-tur : *

Terminaisons a b c



Atque sic finí-tur. Atque sic finí-tur. Atque sic finí-tur.

ç d



Atque sic finí-tur. Atque sic finí-tur.



M Agní-fi-cat. Et exsultávit spí-ri-tus me- us.



## Huitième Ton.



O -ctávus Tonus sic incípi-tur, et sic medi- á-tur : * At-

Terminaisons G c



que sic finí-tur. Atque sic finí-tur.



M Agní-fi-cat. Et exsultávit spí-ritus me-us.

¶ Ton solennel *à Magnificat, comme au II^e Ton*, 52.

### Ton dit « Peregrinus ».



I N é-xitu Isra-el de Ægýpto : * domus Jacob de



pópulo bárba-ro. Facta est Judæ-a...

## Ton du Capitule.



M I-sit Heródes rex manus, ut afflíge-ret quosdam de



Eccié-si- a. Occí-dit autem Jacóbum fratrem Jo-ánnis glá-



di- o. Videns autem qui- a placéret Judæ- is, appósu-it ut



apprehénderet et Petrum. ℟. De-o grá-ti- as.

*Lorsque le dernier mot est un monosyllabe, ou que la dernière syllabe est accentuée, on termine le Capitule de la manière suivante :*



... super te orta est. ℟. De-o grá-ti- as.

*Manière de chanter l'interrogation :*



Quis est hic, et laudá-bimus e- um ?

## Tons des Versets.

1. *Aux Fêtes Doubles et aux Dimanches, après les Nocturnes, les Hymnes et les Répons brefs.*



℣. Di-rigá-tur Dómine orá-ti-o me- a.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tu- o.

2. *Dans tous les autres cas.*



℣. Ora pro nobis sancta De- i Génitrix.



℟. Ut digni effi-ci- ámur promissi- ónibus Christi.

*Si le dernier mot est un monosyllabe, ou si la dernière syllabe est accentuée, on termine comme il suit :*



℣. Fi- at mise-ricórdi- a tu- a Dómine super nos.



℟. Quemádmodum sperávimus in te.



*A l'Office des Morts :*



℣. Avertántur retrórsum et erubéscant.



℟. Qui cógi-tant mihi ma-la.

## Tons du ℣. « Benedicamus Domino ».

### A Laudes et à Vêpres.

**1. Aux Fêtes Solennelles.**




**2. Aux Fêtes Doubles.**




**3. Aux Fêtes de la sainte Vierge, et pendant l'Octave du saint Sacrement et de Noël.**



4. A tous les Dimanches de l'année.




5. A Complies.




## Autres Tons ad libitum.

Pour les Fêtes solennelles, aux I. Vêpres.




Aux II. Vêpres.




Pour les Dimanches de l'Avent et du Carême.






## Hymne d'Action de Grâces.











℣. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu.
℟. Laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli.
℟. Et laudábilis et gloriósus et superexaltátus in sæcula.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, cujus misericórdiæ non est número, et bonitátis infinítus est thesáurus : piíssimæ majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exoránte ; ut qui peténtibus postuláta concédis, cósdem non déserens, ad prǽmia futúra dispónas. Per Christum Dñum nostrum. ℟. Amen.

# LE DIMANCHE A VÊPRES

Pater noster. Ave María.

℣. D E-us in adjutó-ri- um me- um inténde.

℟. Dómine ad adjuvándum me festí-na. Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto : Sicut erat in princí- pi- o, et nunc, et semper, et in sæcu-la sæculórum. Amen.

Alle-lú-ia.

*De la Septuagésime à Pâques, au lieu de* Allelúia, *on dit :*

Laus tibi Dómine Rex ætérnæ glóri- æ.

**Pendant l'année, 1. Antienne.**

7. ç D Ixit Dóminus. *Le Chantre :* Dómino me- o :

* Sede a dextris me- is.



**Au Temps Pascal, Antienne unique** *sous laquelle se chantent les 5 Psaumes.*

7. ç A Lle-lú-ia. E u o u a e.

**Psaume 109.**

DIXIT Dóminus Dómino meo : * Sede a dextris meis :

Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion : * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum : * ex útero ante lucíferum génui te.

Jurávit Dóminus, et non pœnitébit eum : * Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melchísedech.

Dóminus a dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas : * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrénte in via bibet : * proptérea exaltábit caput.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

*On dit ce verset* Glória Patri *à la fin de tous les Psaumes, à moins d'indication contraire.*

Ant. Dixit Dóminus Dómino me- o : Sede a dextris me-is.

2. Ant. 4. g F Idé-li- a. E u o u a e.

**Psaume 110.**

CONFITEBOR tibi Dómine in toto corde meo : * in consílio justórum, et congregatióne.

Magna ópera Dómini : * exquisíta in omnes voluntátes ejus.

Conféssio et magnificéntia opus ejus : * et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, miséricors et miserátor Dóminus : * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sæculum testaménti sui : * virtútem ópe- rum suórum annuntiábit pópulo suo :

Ut det illis hæreditátem géntium : * ópera manuum ejus véritas et judícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus : confirmáta in sæculum sæculi : * facta in veritáte et æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo : * mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum et terríbile nomen ejus : * inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Intellléctus bonus ómnibus faciéntibus eum : * laudátio ejus manet in sæculum sæculi.




**Psaume 111.**

BEATUS vir qui timet Dóminum : * in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generátio rectórum benedicétur.

Glória et divítiæ in domo ejus : * et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis : * miséricors, et miserátor, et justus.

Jucúndus homo qui miserétur et cómmodat, dispónet sermónes suos in judício : * quia in ætérnum non commovébitur.

In memória ætérna erit justus : * ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus speráre in Dómino, confirmátum est cor ejus : * non commovébitur donec despíciat inimícos suos.

Dispérsit, dedit paupéribus : justítia ejus manet in sæculum sæculi : * cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, et irascétur, déntibus suis fremet et tabéscet : * desidérium peccatórum períbit.




**Psaume 112.**

LAUDATE púeri Dóminum : * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * et super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cælo et in terra ?

Súscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens páuperem :



Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.




**Psaume 113.**

IN éxitu Israel de Ægypto, * domus Jacob de pópulo bárbaro :

Facta est Judæa sanctificátio ejus, * Israel potéstas ejus.

Mare vidit, et fugit : * Jordánis convérsus est retrórsum.

Montes exsultavérunt ut aríetes : * et colles sicut agni óvium.

Quid est tibi mare quod fugísti ? * et tu Jordánis, quia convérsus es retrórsum ?

Montes exsultástis sicut aríetes, * et colles sicut agni óvium ?

A fácie Dómini mota est terra, * a fácie Dei Jacob :

Qui convértit petram in stagna aquárum, * et rupem in fontes aquárum.

Non nobis Dómine, non nobis : * sed nómini tuo da glóriam.

Super misericórdia tua et veritáte tua : * nequándo dicant gentes : Ubi est Deus eórum ?

Deus autem noster in cælo : * ómnia quæcúmque vóluit, fecit.

Simulácra géntium argéntum et aurum, * ópera mánuum hóminum.

Os habent et non loquéntur : * óculos habent et non vidébunt.

Aures habent et non áudient : * nares habent, et non odorábunt.

Manus habent, et non palpábunt : pedes habent, et non ambulábunt : * non clamábunt in gútture suo.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea : * et omnes qui confídunt in eis.

Domus Israel sperávit in Dómino : * adjútor eórum et protéctor eórum est.

Domus Aaron sperávit in Dómino : * adjútor eórum et protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum speravérunt in Dómino : * adjútor eórum et protéctor eórum est.

Dóminus memor fuit nostri : * et benedíxit nobis.

Benedíxit dómui Israel : * benedíxit dómui Aaron.

Benedíxit ómnibus qui timent Dóminum, * pusíllis cum majóribus.

Adjíciat Dóminus super vos : * super vos, et super fílios vestros.

Benedícti vos a Dómino, * qui fecit cælum et terram.

Cælum cæli Dómino : * terram autem dedit fíliis hóminum.

Non mórtui laudábunt te Dómine : * neque omnes qui descéndunt in infernum.

Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino, * ex hoc nunc et usque in sæculum.

Pendant l'année, Ant.



Nos qui ví-vimus, benedí-cimus Dómino.

Au T. Pascal Ant.



Allelú-ia, al-le-lú-ia, alle- lú-ia.

**Capitule.** *2. Cor. 1.*

BENEDICTUS Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

**Hymne.**

8.



L Ucis Cre- á-tor óptime, Lu-cem di- é- rum pro-



fe-rens, Primórdi- is lu-cis novæ Mundi pa-rans o-rí-gi-



nem : 2. Qui mane junctum véspe-ri Di- cm vo-cá- ri



præcipis : Illábi-tur tetrum cha- os, Audi pre-ces cum flé-



tibus. 3. Ne mens gravá- ta crímine, Vi-tæ sit ex-sul mú-



ne-re, Dum nil pe-rénne cógi-tat, Seséque cul-pis íl-ligat.



4. Cæléste pulset ósti- um : Vi-tá-le tol- lat prǽmi- um :



Vi-témus omne nóxi- um : Purgémus omne péssimum.





5. Præsta, Pa-ter pi- íssime, Patríque compar Uni-ce, Cum



Spí-ri-tu Pa-rácli-to Regnans per omne sæculum. Amen.



℣. Di-rigátur Dómine orá-ti- o me- a.

℟. Sicut incénsum in conspéctu tu- o.

*A* Magníficat *Antienne propre.*

**Cantique de la B. V. Marie.**

*Luc. 1. c.*

MAGNIFICAT * ánima mea Dóminum.

Et exsultávit spíritus meus * in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ : * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est : * et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo : * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis : * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham et sémini ejus in sæcula. Glória Patri.

*On dit ici l'Antienne propre et l'Oraison de l'Office auquel appartiennent les Vêpres. On fait ensuite mémoire des Fêtes occurrentes, et l'on ajoute enfin, s'il y a lieu, les Mémoires communes ou Suffrages des Saints,* 68.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

*Les Chantres :* ℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

*On commence ici les Complies. Si on ne les dit pas, après le* ℣. Fidélium, *on récite,* Pater noster, *tout bas, et l'Officiant ajoute :*

℣. Dóminus det nobis suam pacem.
℟. Et vitam ætérnam. Amen.

*Ensuite on chante une des Antiennes de la sainte Vierge selon le temps,* 80. *A la fin on ajoute :*

℣. Divínum auxílium máneat semper nobíscum. ℟. Amen.

## Mémoire de la Croix au Temps Pascal.

*Elle se fait aux Offices du Temps et des Saints, excepté aux Fêtes doubles et pendant les Octaves.*

Ant. 2.



C Rucem sanctam súb-i- it, qui inférnum confrégit,



accínctus est po-ténti- a, surréxit di- e térti- a, alle-



lú-ia.

℣. Dícite in natiónibus, allelúia.
℟. Quia Dóminus regnávit a ligno, allelúia.

Orémus. *Oraison.*

DEUS, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem : concéde nobis fámulis tuis ; ut resurrectiónis grátiam consequámur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

*Au Temps Pascal, on ne fait pas d'autre Mémoire commune.*

## MÉMOIRES COMMUNES OU SUFFRAGES DES SAINTS

### 1. De la sainte Vierge.

Ant. 1.



S Ancta Ma-rí- a, succúrre mí- se-ris, ju-va



pusillá-nimes, ré-fove flébi-les, ora pro pópu-lo, intér-



veni pro clero, intercé-de pro de-vó- to femíne- o se-





xu : sénti- ant omnes tu-um juvámen, quicúmque cé-lebrant



tu-am sanctam commemo-ra-ti- ó-nem.

℣. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus. *Oraison.*

CONCEDE nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére, et gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia.

*De l'Octave de l'Épiphanie à la Purification :*

℣. Post partum Virgo inviolàta permansísti.
℟. Dei Génitrix intercéde pro nobis.

Orémus. *Oraison.*

DEUS, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fecúnda, humáno géneri prǽmia præstitísti : tríbue, quæsumus ; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

### 2. De saint Joseph.

Ant. 8.



E Cce fidé-lis servus et prudens, quem constí-tu-



it Dóminus super famí-li- am su-am.

℣. Glória et divítiæ in domo ejus.
℟. Et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

Orémus. *Oraison.*

DEUS, qui ineffábili providéntia beátum Joseph sanctíssimæ Genitrícis tuæ sponsum elígere dignátus es : præsta, quæsumus ; ut quem protectórem venerámur in terris, intercessórem habére mereámur in cælis.

### 3. Des saints Apôtres Pierre et Paul.

Ant. 8.




℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.
℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

Orémus. *Oraison.*

DEUS, cujus déxtera beátum Petrum ambulántem in flúctibus, ne mergerétur, eréxit, et coapóstolum ejus Paulum tértio naufragántem de profúndo pélagi liberávit : exáudi nos propítius, et concéde ; ut ambórum méritis æternitátis glóriam consequámur.

### 4. Du Patron ou du Titulaire de l'Église.

*Avant ou après les Mémoires précédentes selon sa dignité ; et en dernier lieu :*

### 5. Pour la Paix.

Ant. 2.




℣. Fiat pax in virtúte tua.
℟. Et abundántia in túrribus tuis.

Orémus. *Oraison.*

DEUS, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera : da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem ; ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hostium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.



## A COMPLIES

Le Lecteur.




Bénédiction.







Leçon brève.



















Pater noster. *tout bas en entier.*

*Puis l'Officiant fait la confession.*

CONFITEOR Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et vobis fratres : quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et ópere : mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

*Le Chœur répond :*

MISEREATUR tui omnípotens Deus, et dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

*Puis le Chœur répète la confession : au lieu de* vobis fratres, *et* vos fratres, *on dit* tibi pater, *et* te pater.

*Après la confession du Chœur, l'Officiant dit :*

MISEREATUR vestri omnípotens Deus, et dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

INDULGENTIAM, absolutiónem, et remissiónem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus. ℟. Amen.

*Puis il chante :*



℣. Convérte nos De- us sa-lutá-ris noster.



℟. Et avérte i-ram tu- am a nobis.



℣. D E- us in adjutó-ri- um me- um inténde.



℟. Dómine ad adjuvándum me festína. Glóri- a Patri,



et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto : Sicut e-rat in princí-



pi- o, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.





Alle-lú-ia. *Ou* : Laus tibi Dómine Rex ætérnæ gló-ri-æ.

**Pendant l'année, Antienne.**



M I-seré-re. E u o u a e.

**Au Temps Pascal, Antienne.**



A L-le-lú-ia. E u o u a e.

**Psaume 4.**

CUM invocárem exaudívit me Deus justítiæ meæ : * in tribulatióne dilatásti mihi.

Miserére mei, * et exáudi oratiónem meam.

Fílii hóminum úsquequo gravi corde ? * ut quid dilígitis vanitátem et quæritis mendácium ?

Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum, * Dóminus exáudiet me cum clamávero ad eum.

Irascímini, et nolíte peccáre : * quæ dícitis in córdibus vestris, in cubílibus vestris compungímini.

Sacrificáte sacrifícium justítiæ, et speráte in Dómino. * Multi dicunt : Quis osténdit nobis bona ?

Signátum est super nos lumen vultus tui Dómine : * dedísti lætítiam in corde meo.

A fructu fruménti, vini et ólei sui * multiplicáti sunt.

In pace in idípsum * dórmiam et requiéscam.

Quóniam tu Dómine singuláriter in spe * constituísti me.

**Psaume 30.**

IN te Dómine sperávi, non confúndar in ætérnum : * in justítia tua líbera me.

Inclína ad me aurem tuam, * accélera ut éruas me.

Esto mihi in Deum protectórem et in domum refúgii, * ut salvum me fácias.

Quóniam fortitúdo mea et refúgium meum es tu : * et propter nomen tuum dedúces me et enútries me.

Edúces me de láqueo hoc quem abscondérunt mihi : * quóniam tu es protéctor meus.

In manus tuas comménDo spíritum meum : * redemísti me Dómine Deus veritátis.

**Psaume 90.**

QUI hábitat in adjutório Altíssimi, * in protectióne Dei cæli commorábitur.

Dicet Dómino : Susceptor meus es tu et refúgium meum : * Deus meus sperábo in eum.

Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, * et a verbo áspero.

Scápulis suis obumbrábit tibi : * et sub pennis ejus sperábis.

Scuto circúmdabit te véritas ejus : * non timébis a timóre noctúrno.

A sagítta volánte in die, a negótio perambulánte in té-

nebris : * ab incúrsu, et dæmónio meridiáno.

Cadent a látere tuo mille, et decem míllia a dextris tuis : * ad te autem non appropinquábit.

Verúmtamen óculis tuis considerábis : * et retributiónem peccatórum vidébis.

Quóniam tu es Dómine spes mea : * Altíssimum posuísti refúgium tuum.

Non accédet ad te malum : * et flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Quóniam Angelis suis mandávit de te : * ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

In mánibus portábunt te : * ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum.

Super áspidem et basilíscum ambulábis : * et conculcábis leónem et draconem.

Quóniam in me sperávit, liberábo eum : * prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, et ego exáudiam eum : * cum ipso sum in tribulatióne : erípiam eum et glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum : * et osténdam illi salutáre meum.

### Psaume 133.

Ecce nunc benedícite Dóminum, * omnes servi Dómini :

Qui statis in domo Dómini, * in átriis domus Dei nostri,

In nóctibus extóllite manus vestras in sancta, * et benedícite Dóminum.

Benedícat te Dóminus ex Sion, * qui fecit cælum et terram.

Pendant l'année, Ant.




Au T. Pascal Ant.




*Le chant de l'Hymne* Te lucis ante términum *varie selon les temps ou les Fêtes : il sera indiqué en son lieu. Le chant des Dimanches ordinaires est le suivant :*

Hymn. 2.








2. Procul recédant sómni- a, Et nócti- um phantásmata;



Hostémque nostrum cómprime, Ne pollu- ántur córpora.



3. Præsta Pater pi- íssime, Patríque compar Uni- ce, Cum



Spí-ri-tu Parácli-to Regnans per omne sæcu-lum. Amen.

*Au Temps Pascal, les Dimanches et Fêtes :*

Hymn. 8.






mus, Ut pro tu-a cleménti- a Sis præsul et custódi- a.



2. Procul recédant sómni- a, Et nócti- um phantásma-ta;



Hostémque nostrum cómprime, Ne pollu- ántur córpora.



3. De- o Patri sit glóri- a, Et Fí- li- o, qui a mórtu- is Surréxit, ac Parácli-to, In sempi-térna sæcu-la. Amen.



*A la Fête du saint Sacrement, aux Fêtes de la sainte Vierge et pendant leurs Octaves :*

Hymn. 2.



TE lu-cis ante términum, Rerum Cre- á-tor pósci-



mus, Ut pro tu- a cleménti- a Sis præsul et custódi- a.



2. Pro-cul re-cédant sómni- a, Et nócti- um phantásma-ta;



Hostémque nostrum cómprime, Ne pollu- ántur córpora.



3. Je-su, ti-bi sit gló- ri- a, Qui na-tus es de Vírgine, Cum



Patre et almo Spí-ri-tu, In sempi-térna sæ-cula.



Amen.

**Capitule.** *Jerem. 14. b.*

TU autem in nobis es Dómine, et nomen sanctum tuum invocátum est super nos, ne derelínquas nos Dómine Deus noster. ℟. Deo grátias.

**Répons bref. Ton pendant l'Avent.**

4.



IN manus tu- as Dómine * Comméndo spí-ri-tum



me- um. *On répète :* In manus, &c. ℣. Redemísti nos Dómine





De- us ve-ri-tá-tis. * Comméndo, &c. ℣. Gló-ri- a Patri, et



Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. In manus tu- as, &c.



℣. Custódi nos Dómine ut pupíllam ócu- li.
℟. Sub umbra alárum tuárum prótege nos.

**Répons bref. Ton pendant l'année.**

6.



IN manus tu- as Dómine * Comméndo spí-ri-tum



me- um. In manus. ℣. Redemísti nos Dómine, De- us ve-ri-



tá-tis. * Comméndo. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-



rí-tu- i Sancto. In manus.



℣. Custódi nos Dómine ut pupíllam ócu- li.
℟. Sub umbra alárum tu-árum prótege nos.

**Répons bref. Ton pendant le Temps Pascal.**

6.



IN manus tu- as Dómine comméndo spí-ri-tum me-



um, * Alle- lú-ia, alle-lú- ia. In manus. ℣. Redemísti nos Dó-



mine, De- us ve-ri-tá-tis. * Alle- lú-ia, alle-lú-ia. ℣. Gló-ri- a



Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. In manus.



℣. Custódi nos Dómine ut pupíllam ócu-li, alle-lú- ia.
℟. Sub umbra alárum tuárum prótege nos, alle-lú- ia.

Ant. 3. á



S Alva nos. *Cant.* Nunc dimíttis servum tu- um Dó-



mi-ne. E u o u a e.

**Cantique de Siméon.** *Luc. 2. e.*

NUNC dimíttis servum tuum Dómine, * secúndum verbum tuum in pace :
Quia vidérunt óculi mei * salutáre tuum,
Quod parásti * ante fáciem ómnium populórum :
Lumen ad revelatiónem géntium, * et glóriam plebis tuæ Israel.
Glória Patri.

Ant.



S Alva nos Dómine vi-gi-lántes : custódi nos dormi-



éntes, ut vi-gi-lémus cum Christo, et requi- escámus in



pace. *T. P.* Alle- lú-ia.

¶ *On omet les prières suivantes, lorsque l'Office est double et pendant les Octaves.*

KYRIE eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.
Pater noster. *à voix basse.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.
Credo in Deum. *à voix basse.*



℣. Carnis resurrectiónem. ℟. Vitam ætérnam. Amen.
℣. Benedíctus es Dómine Deus patrum nostrórum. ℟. Et laudábilis et gloriósus in sæcula.
℣. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu. ℟. Laudémus et superexaltémus eum in sæcula.
℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli. ℟. Et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sæcula.
℣. Benedícat et custódiat nos omnípotens et miséricors Dóminus. ℟. Amen.
℣. Dignáre Dómine nocte ista. ℟. Sine peccáto nos custodíre.
℣. Miserére nostri Dómine. ℟. Miserére nostri.
℣. Fiat misericórdia tua Dómine super nos. ℟. Quemádmodum sperávimus in te.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.

---

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oraison.*

VISITA, quæsumus Dómine, habitatiónem istam, et omnes insídias inimíci ab ea longe repélle : Angeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiant ; et benedíctio tua sit super nos semper. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

℣.



B Enedi-cámus Dómi-no. ℟. De- o grá-ti- as.

Bénédiction.



B Enedí-cat et custódi- at nos omnípotens et mi-sé-



ri-cors Dóminus, Pater, et Fí-li- us, et Spí-ri-tus Sanctus.



℟. Amen.

*On omet le* ℣. Fidélium ánimæ, *et l'on dit immédiatement l'une des Antiennes suivantes, selon le temps.*

¶ *Depuis l'Avent jusqu'au 2 Février inclusivement.*




*Pendant l'Avent :*

℣. Angelus Dómini nuntiávit Maríæ.
℟. Et concépit de Spíritu Sancto.

Orémus. *Oraison.*

GRATIAM tuam, quæsumus Dómine, méntibus nostris infúnde : ut qui, Angelo nuntiánte, Christi Fílii tui Incarnatiónem cognóvimus, per passiónem ejus et crucem ad resurrectiónis glóriam perducámur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

*A partir des premières Vêpres de Noël :*

℣. Post partum Virgo invioláta permansísti.
℟. Dei Génitrix intercéde pro nobis.

Orémus. *Oraison.*

DEUS, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fecúnda, humáno géneri prǽmia præstitísti : tríbue, quæsumus ; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. ℟. Amen.



¶ *Depuis les Complies du 2 février inclusivement, jusqu'au Jeudi saint exclusivement.*




℣. Dignáre me laudáre Virgo sacráta.
℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Orémus. *Oraison.*

CONCEDE, miséricors Deus, fragilitáti nostræ præsídium : ut qui sanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus, intercessiónis ejus auxílio a nostris iniquitátibus resurgámus. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

¶ *Depuis les Complies du Samedi saint, jusqu'à la fin du Temps Pascal.*






℣. Gaude et lætáre Virgo María, allelúia.
℟. Quia surréxit Dóminus vere, allelúia.

Orémus. *Oraison.*

DEUS, qui per resurrectiónem Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi mundum lætificáre dignátus es : præsta quǽsumus ; ut per ejus Genitrícem Vírginem Maríam perpétuæ capiámus gáudia vitæ. Per eúmdem Christum Dñum nostrum. ℟. Amen.

¶ *De la Trinité à l'Avent.*









℣. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus. *Oraison.*

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui gloriósæ Vírginis Matris Maríæ corpus et ánimam, ut dignum Fílii tui habitáculum éffici mererétur, Spíritu Sancto cooperánte, præparásti : da, ut cujus commemoratióne lætámur, ejus pia intercessióne ab instántibus malis et a morte perpétua liberémur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.
℣. Divínum auxílium máneat semper nobíscum. ℟. Amen.

*On dit ensuite tout bas* Pater noster, Ave María, *et* Credo.

*On dit ainsi Complies pendant toute l'année, excepté les trois derniers jours de la Semaine sainte, et l'Octave de Pâques.*

---

## Les mêmes Antiennes à la sainte Vierge.

### Ton simple.





lis ab ore Sumens illud Ave, pecca-tórum mise-ré-re.

6.



A -ve Regína cælórum, Ave Dómina Ange-lórum :



Salve radix, salve porta, Ex qua mundo lux est orta :



Gaude Virgo glo-ri- ósa, Super omnes speci- ósa : Va-le ó



valde de-có-ra, Et pro no-bis Christum exó- ra.

6.



R Egína cæ-li lætáre, alle-lú-ia : Qui- a quem me-



ru-ísti portáre, allelú- ia : Resurréxit sicut di-xit, alle-lú-ia :



Ora pro nobis De- um, alle-lú- ia.

5.



S Alve Re-gína, Mater mi-seri-córdi- æ, vi-ta, dulcé-



do, et spes nostra salve. Ad te clamámus, éxsules fí-



li- i Hevæ. Ad te suspirámus geméntes et flentes, in hac





lacrimárum valle. E-ia ergo advocá-ta nostra, illos tu-



os mise-ri-córdes ócu-los ad nos convérte. Et Je-sum, be-



nedíctum fructum ventris tu- i, nobis post hoc exsí- li- um



osténde. O clemens, O pi- a, O dulcis Virgo



Ma-rí- a.

## PSAUMES QUI SE DISENT AUX VÊPRES

### de certaines Fêtes.

#### Psaume 115.

CREDIDI, propter quod locútus sum : * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino, * pro ómnibus quæ retríbuit mihi ?

Cálicem salutáris accípiam : * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus : * pretiósa in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus :

O Dómine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et fílius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea : * tibi sacrificábo hóstiam laudis, et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus, * in átriis dómus Dómini, in médio tui Jerúsalem.

#### Psaume 116.

LAUDATE Dóminum omnes gentes : * laudáte eum omnes pópuli :

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus : * et véritas Dómini manet in ætérnum.

#### Psaume 119.

AD Dóminum cum tribulárer clamávi : * et exaudívit me.

Dómine líbera ánimam meam a lábiis iníquis, * et a lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolósam ?

Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est : habitávi cum habitántibus Cedar : * multum íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem eram pacíficus : * cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

### Psaume 121.

Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi : * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri, * in átriis tuis Jerúsalem.

Jerúsalem, quæ ædificátur ut cívitas : * cujus participátio ejus in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini : * testimónium Israel ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in judício, * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem : * et abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua : * et abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos et próximos meos, * loquébar pacem de te :

Propter domum Dómini Dei nostri, * quæsívi bona tibi.

### Psaume 125.

In converténdo Dóminus captivitátem Sion : * facti sumus sicut consoláti.

Tunc replétum est gáudio os nostrum : * et lingua nostra exsultatióne.

Tunc dicent inter gentes : * Magnificávit Dóminus fácere cum eis.

Magnificávit Dóminus fácere nobíscum : * facti sumus lætántes.

Convérte Dómine captivitátem nostram, * sicut torrens in Austro.

Qui séminant in lácrimis, * in exsultatióne metent.

Eúntes ibant et flebant, * mitténtes sémina sua.

Veniéntes autem vénient cum exsultatióne, * portántes manípulos suos.

### Psaume 126.

Nisi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, * frustra vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere : * súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis somnum : * ecce hæréditas Dómini, fílii : merces, fructus ventris.

Sicut sagíttæ in manu poténtis : * ita fílii excussórum.

Beátus vir qui implévit desidérium suum ex ipsis : * non confundétur cum loquétur inimícis suis in porta.

### Psaume 127.

Beati omnes qui timent Dóminum, * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis : * beátus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abúndans, * in latéribus domus tuæ.



Fílii tui sicut novéllæ olivárum, * in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur homo * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion : * et vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas fílios filiórum tuórum, * pacem super Israel.

### Psaume 129.

De profúndis clamávi ad te Dómine : * Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine : * Dómine, quis sustinébit ?

Quia apud te propitiátio est : * et propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus : * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem : * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : * et copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel, * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

### Psaume 131.

Memento Dómine David, * et omnis mansuetúdinis ejus :

Sicut jurávit Dómino, * votum vovit Deo Jacob :

Si introíero in tabernáculum domus meæ, * si ascéndero in lectum strati mei :

Si dédero somnum óculis meis, * et pálpebris meis dormitatiónem :

Et réquiem tempóribus meis : donec invéniam locum Dómino, * tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephrata : * invénimus eam in campis silvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus : * adorábimus in loco ubi stetérunt pedes ejus.

Surge Dómine in réquiem tuam, * tu et arca sanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induántur justítiam : * et sancti tui exsúltent.

Propter David servum tuum, * non avértas fáciem Christi tui.

Jurávit Dóminus David veritátem, et non frustrábitur eam : * de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodíerint fílii tui testaméntum meum, * et testimónia mea hæc, quæ docébo eos :

Et fílii eórum usque in sæculum, * sedébunt super sedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion : * elégit eam in habitatiónem sibi.

Hæc réquies mea in sæculum sæculi : * hic habitábo quóniam elégi eam.

Víduam ejus benedícens benedícam : * páuperes ejus saturábo pánibus.

Sacerdótes ejus índuam salutári : * et sancti ejus exsultatióne exsultábunt.

Illuc prodúcam cornu David, * parávi lucérnam Christo meo.

Inimícos ejus índuam confusióne : * super ipsum autem efflorébit sanctificátio mea.

### Psaume 137.

CONFITEBOR tibi Dómine in toto corde meo : * quóniam audísti verba auris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi : * adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Super misericórdia tua et veritáte tua : * quóniam magnificásti super omne nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exáudi me : * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ : * quia audiérunt ómnia verba oris tui:

Et cantent in viis Dómini : * quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excélsus Dóminus, et húmília réspicit : * et alta a longe cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me : * et super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, et salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me : * Dómine misericórdia tua in sæculum : ópera mánuum tuárum ne despícias.

### Psaume 138.

DOMINE probásti me et cognovísti me : * tu cognovísti sessiónem meam et resurrectiónem meam.

Intellexísti cogitatiónes meas de longe : * sémitam meam et funículum meum investigásti.

Et omnes vias meas prævidísti : * quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Dómine tu cognovísti ómnia novíssima et antíqua : * tu formásti me, et posuísti super me mænum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me : * confortáta est, et non pótero ad eam.

Quo ibo a spíritu tuo ? * et quo a fácie tua fúgiam ?

Si ascéndero in cælum, tu illic es : * si descéndero in inférnum, ades.

Si súmpsero pennas meas dilúculo, * et habitávero in extrémis maris :

Etenim illuc manus tua dedúcet me : * et tenébit me déxtera tua.

Et dixi : Fórsitan ténebræ conculcábunt me : * et nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obscurabúntur a te, et nox sicut dies illuminábitur : * sicut ténebræ ejus, ita et lumen ejus.

Quia tu possedísti renes meos : * suscepísti me de útero matris meæ.

Confitébor tibi quia terribíliter magnificátus es : * mirabília ópera tua, et ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum a te, quod fecísti in occúlto : * et substántia mea in inferióribus terræ.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui, et in libro tuo omnes scribéntur : * dies formabúntur, et nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui Deus : * nimis confortátus est princípatus eórum.

Dinumerábo eos, et super arénam multiplicabúntur : * exsurréxi, et adhuc sum tecum.

Si occíderis Deus peccatóres : * viri sánguinum declináte a me :



Quia dícitis in cogitatióne : * accípient in vanitáte civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te Dómine, óderam ? * et super inimícos tuos tabescébam ?

Perfécto ódio óderam illos : * et inimíci facti sunt mihi.

Proba me Deus, et scito cor meum : * intérroga me, et cognósce sémitas meas.

Et vide, si via iniquitátis in me est : * et deduc me in via ætérna.

### Psaume 139.

ERIPE me Dómine ab hómine malo : * a viro iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitátes in corde : * tota die constituébant prœlia.

Acuérunt linguas suas sicut serpéntis : * venénum áspidum sub lábiis eórum.

Custódi me Dómine de manu peccatóris : * et ab homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt supplantáre gressus meos : * abscondérunt supérbi láqueum mihi :

Et funes extendérunt in láqueum : * juxta iter scándalum posuérunt mihi.

Dixi Dómino : Deus meus es tu : * exáudi Dómine vocem deprecatiónis meæ.

Dómine, Dómine virtus salútis meæ : * obumbrásti super caput meum in die belli :

Ne tradas me Dómine a desidério meo peccatóri : * cogitavérunt contra me, ne derelínquas me, ne forte exalténtur.

Caput circúitus eórum : * labor labiórum ipsórum opériet eos.

Cadent super eos carbónes, in ignem dejícies eos : * in misériis non subsístent.

Vir linguósus non dirigétur in terra : * virum injústum mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciet Dóminus judícium ínopis : * & vindíctam páuperum.

Verúmtamen justi confitebúntur nómini tuo : * et habitábunt recti cum vultu tuo.

### Psaume 140.

DOMINE clamávi ad te, exáudi me : * inténde voci meæ, cum clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspéctu tuo : * elevátio mánuum meárum sacrifícium vespertínum.

Pone Dómine custódiam ori meo : * et óstium circumstántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malítiæ, * ad excusándas excusatiónes in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitátem : * et non communicábo cum eléctis eórum.

Corrípiet me justus in misericórdia, et increpábit me : * óleum autem peccatóris non impínguet caput meum.

Quóniam adhuc et orátio mea in beneplácitis eórum : * absórpti sunt juncti petræ júdices eórum.

Audient verba mea quóniam potuérunt : * sicut crassitúdo terræ erúpta est super terram.

Dissipáta sunt ossa nostra secus inférnum : * quia ad te Dómine, Dómine óculi mei : in te sperávi, non áuferas ánimam meam.

Custódi me a láqueo quem statuérunt mihi : * et a scándalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres : * singuláriter sum ego donec tránseam.

### Psaume 141.

Voce mea ad Dóminum clamávi : * voce mea ad Dóminum deprecátus sum :

Effúndo in conspéctu ejus oratiónem meam, * et tribulatiónem meam ante ipsum pronúntio.

In deficiéndo ex me spíritum meum, * et tu cognovísti sémitas meas.

In via hac qua ambulábam, * abscondérunt láqueum mihi.

Considerábam ad déxteram et vidébam : * et non erat qui cognósceret me.

Périit fuga a me, * et non est qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te Dómine, * dixi : Tu es spes mea, pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecatiónem meam : * quia humiliátus sum nimis.

Líbera me a persequéntibus me : * quia confortáti sunt super me.

Educ de custódia ánimam meam ad confiténdum nómini tuo : * me exspéctant justi, donec retríbuas mihi.

### Psaume 147.

Lauda Jerúsalem Dóminum : * lauda Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum : * benedíxit fíliis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem : * et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terræ : * velóciter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam : * nébulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystállum suam sicut buccéllas : * ante fáciem frígoris ejus quis sustinébit ?

Emíttet verbum suum, et liquefáciet ea : * flabit spíritus ejus, et fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum suum Jacob : * justítias et judícia sua Israel.

Non fecit táliter omni natióni : * et judícia sua non manifestávit eis.

# PROPRE DU TEMPS

## Le I. Dimanche de l'Avent.

A LA MESSE

Intr. 8.




Amen.

*On répète l'Introït* Ad te levávi, *jusqu'au Psaume.*

¶ *Cette manière de répéter l'Introït s'observe toute l'année.*

*On ne dit pas le* Glória in excélsis *depuis le I. Dimanche de l'Avent jusqu'à Noël, excepté les jours de Fêtes.*

Orémus. *Oraison.*

EXCITA, quæsumus Dómine, poténtiam tuam, et veni : ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum perículis, te mereámur protegénte éripi, te liberánte salvári : Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

2. De la sainte Vierge.

DEUS, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero, Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti : præsta supplícibus tuis ; ut, qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur.

3. Contre les persécuteurs de l'Église.

ECCLESIÆ tuæ, quæsumus Dómine, preces placátus admítte : ut, destrúctis adversitátibus et erróribus univérsis, secúra tibi sérviat libertáte. Per Dóminum.

Ou pour le Pape.

DEUS, ómnium fidélium pastor et rector, fámulum tuum *N.* quem pastórem Ecclésiæ tuæ præésse voluísti, propítius réspice : da ei, quæsumus, verbo et exémplo, quibus præest, proficere ; ut ad vitam, una cum grege sibi crédito, pervéniat sempitérnam. Per Dóminum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.** *Rom. 13. d.*

FRATRES : Sciéntes, quia hora est jam nos de somno súrgere. Nunc enim própior est nostra salus, quam cum credídimus. Nox præcéssit, dies autem appropinquávit. Abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis. Sicut in die honéste ambulémus : non in comessatiónibus, et ebrietátibus, non in cubílibus, et impudicítiis, non in contentióne, et æmulatióne, sed induímini Dóminum Jesum Christum.









*On répète* Allelúia.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 21. c.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris pressúra géntium præ confusióne sónitus maris, et flúctuum : arescéntibus homínibus præ timóre et exspectatióne, quæ supervénient univérso orbi : nam virtútes cælórum movebúntur. Et tunc vidébunt Fílium hóminis veniéntem in nube cum potestáte magna, et majestáte. His autem fieri incipiéntibus, respícite, et leváte cápita vestra : quóniam appropínquat redémptio vestra. Et dixit illis similitúdinem : Vidéte ficúlneam, et omnes árbores : cum prodúcunt jam ex se fructum, scitis quóniam prope est æstas. Ita et vos cum vidéritis hæc fieri, scitóte quóniam prope est regnum Dei. Amen dico vobis, quia non præteríbit generátio hæc, donec ómnia fiant. Cælum et terra transíbunt : verba autem mea non transíbunt.

*On dit le* Credo.






**Secrète.**

HÆC sacra nos, Dómine, poténti virtúte mundátos, ad suum fáciant purióres veníre princípium. Per Dóminum.

2. De la sainte Vierge.

IN méntibus nostris, quæsumus Dómine, veræ fídei sacraménta confírma : ut, qui concéptum de Vírgine Deum verum et hóminem confitémur ; per ejus salutíferæ resurrectiónis poténtiam, ad ætérnam mereámur pervenire lætítiam.

3. Contre les persécuteurs de l'Église.

PROTEGE nos, Dómine, tuis mystériis serviéntes : ut divínis rebus inhæréntes, et córpore tibi famulémur et mente. Per Dóminum.

Ou pour le Pape.

OBLATIS, quæsumus Dómine, placáre munéribus : et fámulum tuum *N.* quem pastórem Ecclésiæ tuæ præésse voluísti, assídua protectióne gubérna. Per Dóminum.




**Postcommunion.**

SUSCIPIAMUS, Dómine, misericórdiam tuam in médio templi tui : ut reparatiónis nostræ ventúra solémnia cóngruis honóribus præcedámus. Per Dóminum.



2. De la sainte Vierge.

GRATIAM tuam, quæsumus Dómine, méntibus nostris infúnde : ut qui, Angelo nuntiánte, Christi Fílii tui incarnatiónem cognóvimus ; per passiónem ejus et crucem, ad resurrectiónis glóriam perducámur.

3. Contre les persécuteurs de l'Église.

QUÆSUMUS, Dómine Deus noster : ut, quos divína tríbuis participatióne gaudére, humánis non sinas subjacére perículis. Per Dóminum.

Ou pour le Pape.

HÆC nos, quæsumus Dómine, divíni sacramenti percéptio prótegat : et fámulum tuum *N.* quem pastórem Ecclésiæ tuæ præésse voluísti ; una cum commísso sibi grege salvet semper, et múniat. Per Dóminum.

*A la fin de la Messe, le prêtre dit* Benedicámus Dómino, *ce que l'on fait toutes les fois qu'a été omis le* Glória in excélsis.

## A VÊPRES

*Psaumes du Dimanche,* 63.



4. Ant. 7. c



O -mnes si-ti- én-tes vení-te ad aquas : quæ-ri-

te Dómi-num, dum invení-ri po-test, alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Ant. 4. A



E Ccc véni- et Prophé-ta magnus, et ipse renová-

bit Jerúsa-lem, allelú-ia. E u o u a e.

**Capitule.** *Rom. 13. d.*

FRATRES : Hora est jam nos de somno súrgere : nunc enim própior est nostra salus, quam cum credídimus.

℟. Deo grátias.

Hymn. 4.



C Re- átor alme síde-rum, Ætérna lux credénti- um,



Jesu, Redémptor ómni- um, Inténde vo-tis súpplicum.



2. Qui dæmonis ne fráudibus Per-í-ret orbis, ímpe-tu Amó-



ris actus, lángui-di Mundi medé-la factus es. 3. Commú-



ne qui mundi nefas Ut expi- á-res, ad crucem E Vírginis



sacrá-ri- o Intácta prodis víctima. 4. Cujus potéstas gló-





ri- æ, Noménque cum primum sonat, Et cæ-li-tes et ínfe-



ri Treménte curvántur genu. 5. Te deprecámur últimæ



Magnum di- é- i Júdicem, Armis supérnæ grá-ti- æ De-fén-



de nos ab hóstibus. 6. Virtus, honor, laus, gló-ri- a De- o



Patri cum Fí-li- o, Sancto simul Pa-rácli-to, In sæculórum



sæcu-la. Amen.

℣. Roráte cæli désuper, et nubes pluant justum.

℟. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.

A Magnificat Ant. 8. G



N E tíme- as Ma-rí- a, invenísti enim grá- ti-



am apud Dóminum : ecce concí-pi- es, et pá-ri- es fí- li-



um, alle-lú-ia. E u o u a e.

¶ *En Avent, on ne dit pas les Suffrages des Saints.*

**Ton de l'Hymne à Complies.**

7.



T E lucis ante términum, Rerum Cre- á-tor pósci-



mus, Ut pro tu- a cleménti- a Sis præsul et custó-di- a.

2. Procul recédant . . . 3. Præsta Pater . . .

*Pendant l'Octave de l'Immaculée Conception, à la fin de l'Hymne* Creátor alme, *on dit* Jesu tibi sit glória, Qui natus es de Vírgine, *mais on conserve le ton de l'Avent. A Complies pendant toute l'Octave, l'Hymne se chante sur le ton des Fêtes de la B. M. V., même à l'Office du Temps.*

++++++++++++++++++++++++++++++++++++++++++++++++++++++++++++++++

# Le II. Dimanche de l'Avent.

A LA MESSE

Intr. 7.




**Collecte.**

EXCITA, Dómine, corda nostra ad præparándas Unigéniti tui vias : ut per ejus advéntum, purificátis tibi méntibus servíre mereámur. Qui tecum vivit.

*Les autres Collectes comme au Dimanche précédent,* 92.



**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.** *Rom. 15.*

FRATRES : Quæcúmque scripta sunt, ad nostram doctrínam scripta sunt : ut per patiéntiam, et consolatiónem Scripturárum, spem habeámus. Deus autem patiéntiæ, et solátii, det vobis idípsum sápere in altérutrum secúndum Jesum Christum : ut unánimes, uno ore honorificétis Deum et Patrem Dómini nostri Jesu Christi. Propter quod suscípite ínvicem, sicut et Christus suscépit vos in honórem Dei. Dico enim Christum Jesum minístrum fuísse circumcisiónis propter veritátem Dei, ad confirmándas promissiónes patrum : gentes autem super misericórdia honoráre Deum, sicut scriptum est : Proptérea confitébor tibi in géntibus, Dómine, et nómini tuo cantábo. Et íterum dicit : Lætámini gentes cum plebe ejus. Et íterum : Laudáte omnes gentes Dóminum : et magnificáte eum omnes pópuli. Et rursus Isaías ait : Erit radix Jesse, et qui exsúrget régere gentes, in eum gentes sperábunt. Deus autem spei répleat vos omni gáudio et pace in credéndo : ut abundétis in spe, et virtúte Spíritus Sancti.

Grad. 5.






✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 11.*

In illo témpore : Cum audísset Joánnes in vínculis ópera Christi, mittens duos de discípulis suis, ait illi : Tu es, qui ventúrus es, an álium exspectámus ? Et respóndens Jesus ait illis : Eúntes renuntiáte Joánni, quæ audístis, et vidístis. Cæci vident, claudi ámbulant, leprósi mundántur, surdi áudiunt, mórtui resúrgunt, páuperes evangelizántur : et beátus est, qui non fúerit scandalizátus in me. Illis autem abeúntibus, cœpit Jesus dícere ad turbas de Joánne : Quid exístis in desértum vidére ? arúndinem vento agitátam ? Sed quid exístis vidére ? hóminem móllibus vestítum ? Ecce qui móllibus vestiúntur, in dómibus regum sunt. Sed quid exístis vidére ? prophétam ? Etiam dico vobis, et plus quam prophétam. Hic est enim de quo scriptum est : Ecce ego mitto Angelum meum ante fáciem tuam, qui præparábit viam tuam ante te.

Credo.









**Secrète.**

Placare, quæsumus Dómine, humilitátis nostræ précibus, et hóstiis : et ubi nulla súppetunt suffrágia meritórum, tuis nobis succúrre præsídiis. Per Dóminum.

*Les autres Secrètes comme au Dimanche précédent,* 94.




**Postcommunion.**

Repleti cibo spirituális alimóniæ, súpplices te, Dómine, deprecámur : ut hujus participatióne mystérii, dóceas nos terréna despícere, et amáre cæléstia. Per Dóminum.

*Les autres Postcommunions comme au Dimanche précédent,* 95

## A VÊPRES

*Psaumes du Dimanche,* 63.





in e- a murus et antemurá- le : ape-rí-te portas, qui-



a nobíscum De- us, alle-lú-ia. E u o u a e.

3. Ant. 7. a



E Cce appa-ré- bit Dómi-nus, et non menti- é-tur



si moram féce-rit, exspécta e- um, qui- a véni- et, et non



tardábit, alle-lú-ia. E u o u a e.

4. Ant. 1. f



M Ontes et colles cantábunt coram De- o laudem, et



ómni- a ligna silvárum plaudent mánibus : quóni- am vé-



ni- et Dominá-tor Dóminus in regnum ætérnum, alle-lú- ia,



alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Ant. 3. g



E Cce Dóminus noster cum virtúte véni- et, et il-



luminábit ócu-los servórum su-órum, alle-lú-ia. Euouae.



**Capitule.** *Rom. 15.*

FRATRES : Quæcúmque scripta sunt, ad nostram doctrínam scripta sunt : ut per patiéntiam, et consolatiónem Scriptu-rárum, spem habeámus.

*Hymne.* Creátor alme síderum. 96. ỳ. Roráte.

A Magnificat 8. G



T U es qui ventúrus es, an á- li- um exspectá-



mus? Dí-ci-te Jo- ánni quæ vi-dístis : Ad lumen réde- unt



cæci, mórtu- i resúrgunt, páupe-res ev-ange- lizántur, al-



le- lú-ia. E u o u a e.

## Le III. Dimanche de l'Avent.

### A LA MESSE

Intr. 1.



G Audé- te in Dómino sem-per : í-te-rum di-



co, gau- dé- te : modé-sti- a vestra no-ta sit ómnibus ho-



mí- ni- bus : Dómi-nus enim pro-pe est. Ni- hil sol



lí- ci-ti si- tis : sed in o- mni ora-ti- ó- ne pe-ti-ti-




**Collecte.**

AUREM tuam, quæsumus Dómine, précibus nostris accómmoda : et mentis nostræ ténebras, grátia tuæ visitatiónis illústra : Qui vivis et regnas.

*Les autres Collectes comme au 1. Dimanche de l'Avent,* 92.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Philippenses.** *Phil. 4.*

FRATRES : Gaudéte in Dómino semper : íterum dico, gaudéte. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus : Dóminus prope est. Nihil sollíciti sitis : sed in omni oratióne, et obsecratióne, cum gratiárum actióne, petitiónes vestræ innotéscant apud Deum. Et pax Dei, quæ exsúperat omnem sensum, custódiat corda vestra et intelligéntias vestras, in Christo Jesu Dómino nostro.









✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 1. c.*

IN illo témpore : Misérunt Judæi ab Jerosólymis sacerdótes et levítas ad Joánnem, ut interrogárent eum : Tu quis es? Et conféssus est, et non negávit : et conféssus est : Quia non sum ego Christus. Et interrogavérunt eum : Quid ergo? Elías es tu? Et dixit : Non sum. Prophéta es tu? et respóndit : Non. Dixérunt ergo ei : Quis es, ut respónsum demus his qui misérunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait : Ego vox clamántis in desérto : Dirígite viam Dómini, sicut dixit Isaías Prophéta. Et qui missi fúerant, erant ex Pharisæis. Et interrogavérunt eum, et dixérunt ei : Quid ergo baptízas, si tu non es Christus, neque Elías, neque Prophéta? Respóndit eis Joánnes, dicens : Ego baptízo in aqua : médius autem vestrum stetit, quem vos nescítis. Ipse est, qui post me ventúrus est, qui ante me factus est : cujus ego non sum dignus ut solvam ejus corrígiam calceaménti. Hæc in Bethánia facta sunt trans Jordánem, ubi erat Joánnes baptízans. Credo.





remi-sí- sti in-iqui- tá- tem ple- bis tu- æ.

**Secrète.**

DEVOTIONIS nostræ tibi, quæsumus Dómine, hóstia júgiter immolétur : quæ et sacri péragat institúta mystérii, et salutáre tuum in nobis mirabíliter operétur. Per Dóminum.

*Les autres Secrètes comme au I. Dimanche de l'Avent,* 94.

Comm. 7.



D I-ci- te : Pu-sil-lá-nimes confortá- mi- ni,

et no-lí-te timé-re : ecce De- us noster vé-ni- et,

et salvá- bit nos.

**Postcommunion.**

IMPLORAMUS, Dómine, cleméntiam tuam : ut hæc divína subsídia, a vítiis expiátos, ad festa ventúra nos præparent. Per Dóminum.

*Les autres Postcomm. comme au I. Dimanche de l'Avent,* 95.

## A VÊPRES

*Psaumes du Dimanche,* 63.

1. Ant. 1. à



V Eni- et Dóminus, et non tardábit, et illumi-

nábit abscóndi-ta tenebrárum, et mani-festábit se ad omnes gentes, alle-lú-ia. E u o u a e.

2. Ant. 8. G

J Erúsa-lem gaude gáudi- o magno, qui- a véni- et





tibi Salvá-tor, allelú-ia. E u o u a e.

3. Ant. 8. G



D Abo in Si- on sa-lú-tem, et in Je-rú-sa-lem

gló-ri- am me- am, allelú-ia. E u o u a e.

4. Ant. 5. a



M Ontes et omnes colles humi-li- abúntur : et erunt

prava in di-récta, et áspera in vi- as planas : veni

Dómine, et no-li tardáre, allelú-ia. E u o u a e.

5. Ant. 2. D



J Uste et pi- e vi-vámus, exspectántes be-á-tam

spem, et advéntum Dómini. E u o u a e.

**Capitule.** *Philipp. 4.*

FRATRES : Gaudéte in Dómino semper : íterum dico, gaudéte. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus : Dóminus enim prope est.

*Hymne.* Creátor alme síderum. 96. ℣. Roráte.

A Magnificat Ant. 8. G



B E-á-ta es Marí- a, quæ credi-dísti Dómino :

perfi-ci- éntur in te quæ dicta sunt tibi a Dómino, al-



lelú-ia. E u o u a e.

*On omet aujourd'hui l'Antienne* Beáta es. *si l'on doit chanter l'une des grandes Antiennes* O.

GRANDES ANTIENNES

*Les Grandes Antiennes à Magnificat cammencent le 17 décembre. On les chante en entier avant et après le Cantique, comme dans les Fêtes doubles. Elles finissent l'avant-veille de Noël. S'il y a une Fête, elles se disent pour la mémoire de l'Avent.*

### Le 17 Décembre.

Ant. 2. D



O Sapi- énti- a, quæ ex ore Altíssimi prod-

i- ísti, attíngens a fine usque ad finem, fórti-ter

su- avi-térque dispónens ómni- a : veni ad docéndum

nos vi- am prudénti- æ. *Cant.* Magníficat, *(ton solennel.)*

### Le 18.

Ant. 2. D



O Adó-na- i, et Dux domus Isra- el, qui

Mó- y-si in igne flammæ rubi apparu- ísti, et

e- i in Si-na legem dedísti : veni ad red-iméndum

nos in bráchi- o exténto. E u o u a e.



### Le 19.

Ant. 2. D



O ra-dix Jesse, qui stas in signum populó-

rum, super quem continé-bunt reges os su- um, quem

gentes depre-cabúntur : veni ad li- berándum nos, jam

no-li tardá- re. E u o u a e.

### Le 20.

Ant. 2. D



O cla-vis David, et sceptrum domus Isra- el ;

qui ápe-ris, et nemo claudit ; claudis, et nemo á-pe-

rit : veni, et e-duc vinctum de domo cárce- ris, sedén-

tem in té-nebris et umbra mor-tis. E u o u a e.

### Le 21.

Ant. 2. D



O O- ri- ens, splendor lucis ætérnæ, et

sol justí-ti- æ : veni, et illúmi- na sedéntes in té-



nebris et umbra mortis. E u o u a e.

Le 22.

Ant. 2. D



O Rex génti- um, et desi-derátus e-á-rum, lapísque angu-lá-ris, qui facis útraque unum : veni, et salva hóminem, quem de limo formá-sti. E u o u a e.

Le 23.

Ant. 2. D



O Emmá-nu-el, Rex et légi-fer noster, exspectá-ti- o génti- um, et Salvá-tor e-á-rum : veni ad salvándum nos Dómine De- us noster. E u o u a e.

## Le IV. Dimanche de l'Avent.

A LA MESSE

Intr. 1.



R Orá-te cæ- li dé- su- per, et nu-bes pluant ju- stum : aperi- á-tur ter- ra, et gérmi-net Sal-





va- tó- rem. *Ps.* Cæ-li enárrant glóri- am De- i : et ópera mánu-um e-jus annúnti- at firmamén- tum. Glóri- a Patri. E u o u a e. *ou* E u o u a e.

Collecte.

EXCITA, quæsumus Dómine, poténtiam tuam, et veni : et magna nobis virtúte succúrre ; ut per auxílium grátiæ tuæ, quod nostra peccáta præpédiunt, indulgéntia tuæ propitiatiónis accéleret : Qui vivis et regnas.

*Les autres Collectes comme au I. Dimanche de l'Avent,* 92.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *1. Cor. 4.*

FRATRES : Sic nos exístimet homo ut minístros Christi, et dispensatóres mysteriórum Dei. Hic jam quæritur inter dispensatóres, ut fidélis quis inveniátur. Mihi autem pro mínimo est, ut a vobis júdicer, aut ab humáno die : sed neque meípsum júdico. Nihil enim mihi cónscius sum : sed non in hoc justificátus sum : qui autem júdicat me, Dóminus est. Itaque nolíte ante tempus judicáre, quoadúsque véniat Dóminus : qui et illumináb it abscóndita tenebrárum, et manifestábit consília córdium : et tunc laus erit unicuíque a Deo.

Grad. 5.



P Rope est Dóminus ómnibus invocán- tibus e- um, ómni-bus qui ínvo-cant e- um in ve-ri- tá- te.

℣. Laudem Dómi-ni




✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 3.*

Anno quintodécimo impérii Tibérii Cæsaris, procuránte Póntio Piláto Judæam, tetrárcha autem Galilææ Heróde, Philíppo autem fratre ejus tetrárcha Iturææ, et Trachonítidis regiónis, et Lysánia Abilínæ tetrárcha, sub princípibus sacerdótum Anna et Cáipha : factum est verbum Dómini super Joánnem, Zacharíæ fílium, in desérto. Et venit in omnem regiónem Jordánis, prædicans baptísmum pæniténtiæ in remissiónem peccatórum, sicut scriptum est in libro sermónum Isaíæ Prophétæ : Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini : rectas fácite sémitas ejus : omnis vallis implébitur : et omnis mons et collis humiliábitur : et erunt prava in dirécta, et áspera in vias planas : et vidébit omnis caro salutáre Dei.

Credo.






**Secrète.**

Sacrificiis præséntibus, quæsumus Dómine, placátus inténde; ut et devotióni nostræ proficiant, et salúti. Per Dñum.

*Les autres Secrètes comme au I. Dimanche de l'Avent,* 94.




**Postcommunion.**

Sumptis munéribus, quæsumus Dómine, ut cum frequentatióne mystérii, crescat nostræ salútis efféctus. Per Dóminum.

*Les autres Postcomm. comme au I. Dimanche de l'Avent,* 95.

A VÊPRES

*Psaumes du Dimanche,* 63.

1. Ant. 1. g




2. Ant. 1. f




3. Ant. 1. g




4. Ant. 1. f









**Capitule.** *1. Cor. 4.*

FRATRES : Sic nos exístimet homo ut minístros Christi, et dispensatóres mysteriórum Dei. Hic jam quæritur inter dispensatóres, ut fidélis quis inveniátur.

*Hymne.* Creátor alme síderum. 96. ℣. Roráte.

*A Magnificat, une des grandes Antiennes suivant le jour.*

## La Vigile de Noël.

A LA MESSE

Intr. 6.



### Collecte.

DEUS, qui nos redemptiónis nostræ ánnua exspectatióne lætíficas : præsta ; ut Unigénitum tuum, quem Redemptórem læti suscípimus, veniéntem quoque júdicem secúri videámus, Dñum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum.

### Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos. *Rom. 1.*

PAULUS, servus Jesu Christi, vocátus Apóstolus, segregátus in Evangélium Dei, quod ante promíserat per prophétas suos in Scriptúris sanctis de Fílio suo, qui factus est ei ex sémine David secúndum carnem : qui prædestinátus est Fílius Dei in virtúte secúndum spíritum sanctificatiónis ex resurrectióne mortuórum Jesu Christi Dómini nostri : per quem accépimus grátiam, et apostolátum ad obediéndum fídei in ómnibus géntibus pro nómine ejus, in quibus estis et vos vocáti Jesu Christi Dómini nostri.









*On ne chante* l'Allelúia *avec son verset, que si la Vigile de Noël tombe un Dimanche.*




### ✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. *Matth. 1. c.*

CUM esset desponsáta Mater Jesu María Joseph, ántequam convenírent, invénta est in útero habens de Spíritu Sancto. Joseph autem vir ejus, cum esset justus, et nollet eam tradúcere, vóluit occúlte dimíttere eam. Hæc autem eo cogitánte, ecce Angelus Dómini appáruit in somnis ei, dicens : Joseph, fili David, noli timére accípere Maríam cónjugem tuam : quod enim in ea natum est, de Spíritu Sancto est. Páriet autem fílium, et vocábis nomen ejus Jesum : ipse enim salvum fáciet pópulum suum a peccátis eórum.






**Secrète.**

DA nobis, quæsumus omnípotens Deus : ut, sicut adoránda Fílii tui natalítia prævenímus, sic ejus múnera capiámus sempitérna gaudéntes : Qui tecum.




**Postcommunion.**

DA nobis, quæsumus Dómine : unigéniti Fílii tui recensíta nativitáte respiráre ; cujus cælésti mystério páscimur, et potámur. Per eúmdem Dóminum.

# LA NATIVITÉ DE NOTRE-SEIGNEUR

**Double de I. Classe.**

AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche ; au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.


















**Capitule.** *Tit. 3. b.*

APPARUIT benígnitas et humánitas Salvatóris nostri Dei : non ex opéribus justítiæ, quæ fécimus nos, sed secúndum suam misericórdiam salvos nos fecit.








℣. Crástina die delébitur iníquitas terræ.
℟. Et regnábit super nos Salvátor mundi.




**Oraison.**

CONCEDE, quæsumus omnípotens Deus : ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet : quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum.

¶ *L'Hymne de Complies sur le ton de l'Hymne de Vêpres.*

---

## A MATINES

Pater. Ave María. Credo.




℣. Deus in adjutórium meum. 5o.

**Invitatoire.**



Psaume.

V Ení-te, exsultémus Dómino, jubi-lémus De- o sa-lu-

tári nostro : præ-occupémus fá-ci- em ejus in confessi-ó-

ne, et in psalmis jubi- lémus e- i.

*Le Chœur :* Christus.

Quó-ni- am De-us magnus Dóminus, et Rex magnus super

omnes de-os : quóni- am non repéllet Dóminus plebem su-

am, qui- a in manu e-jus sunt omnes fines terræ, et

alti-túdines mónti- um i- pse cónspi- cit.

*Le Chœur :* * Veníte.

Quó-ni- am ipsí-us est ma-re, et ipse fecit illud, et á-ri-

dam fundavérunt manus e-jus : vení-te, adorémus, et pro-

cidámus ante De-um : plorémus coram Dómino, qui fecit

nos, qui- a ipse est Dóminus De-us noster : nos autem



pópulus e-jus, et oves pá- scu- æ e- jus.

*Le Chœur :* Christus.

Hó-di- e si vocem ejus audi-é-ri-tis, no-lí-te obduráre

corda vestra, sic-ut in exacerba-ti- óne secúndum di- em

tenta-ti-ónis in desérto : ubi tentavérunt me patres ve-

stri, probavérunt, et vidérunt ó- pe-ra me- a.

*Le Chœur :* * Veníte.

Quadragínta annis próximus fu- i gene-rati- óni hu- ic

et dixi : Semper hi errant corde : ipsi vero non cogno-

vérunt vi- as me- as, quibus jurávi in i-ra me- a, si in-

tro- íbunt in ré- qui- em me- am. *Le Chœur :* Christus.

Gló- ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Sic- ut



erat in princípi- o, et nunc, et semper, et in sæcula sæ-cu- ló-rum. A- men.

*Le Chœur :* * Veníte. *Les Chantres :* Christus. *Le Chœur :* * Veníte. *Hymne.* Jesu Redémptor ómnium. 119.

AU I. NOCTURNE

1. Ant. 8. c



Omi-nus di- xit ad me : Fí-li- us me- us es tu, e- go hó-di- e gé- nu- i te. E u o u a e.

**Psaume 2.**

QUARE fremuérunt gentes, * et pópuli meditáti sunt inánia?

Astitérunt reges terræ, et príncipes convenérunt in unum, * advérsus Dóminum, et advérsus Christum ejus.

Dirumpámus víncula eórum : * et projiciámus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cælis irridébit eos : * et Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, * et in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præcéptum ejus.

Dóminus dixit ad me : * Fílius meus es tu, ego hódie génui te.

Póstula a me, et dabo tibi gentes hæreditátem tuam, * et possessiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, * et tamquam vas fíguli confríges eos.

Et nunc, reges, intellígite; * erudímini, qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre : * et exsultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplínam, nequándo irascátur Dóminus, * et pereátis de via justa.

Cum exárserit in brevi ira ejus, * beáti omnes qui confídunt in eo.

2. Ant. 8. G



Tamquam sponsus Dóminus procédens de thá-la-





mo su-o. E u o u a e.

**Psaume 18.**

CÆLI enárrant glóriam Dei, * et ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

Dies diéi erúctat verbum, * et nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ, neque sermónes, * quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum : * et in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum : * et ipse tamquam sponsus procédens de thálamo suo.

Exsultávit ut gigas ad curréndam viam, * a summo cælo egréssio ejus.

Et occúrsus ejus usque ad summum ejus : * nec est qui se abscóndat a calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta, convértens ánimas : * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

Justítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda : * præcéptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in sæculum sæculi : * judícia Dómini vera, justificáta in semetípsa.

Desiderabília super aurum et lápidem pretiósum multum : * et dulcióra super mel et favum.

Etenim servus tuus custódit ea : * in custodiéndis illis retribútio multa.

Delícta quis intélligit? ab occúltis meis munda me : * et ab aliénis parce servo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero : * et emundábor a delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei; * et meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Dómine adjútor meus, * et redémptor meus.

3. Ant. 1. a



Iffúsa est grá-ti- a in lábi- is tu- is : propté-a benedí-xit te De- us in æ-térnum. E u o u a e.

**Psaume 44.**

ERUCTAVIT cor meum verbum bonum : * dico ego ópera mea Regi.

Lingua mea cálamus scribæ, * velóciter scribéntis.

Speciósus forma præ fíliis hóminum, diffúsa est grátia in lábiis tuis : * propterea benedíxit te Deus in ætérnum.

Accíngere gládio tuo super femur tuum, * potentíssime,

Spécie tua et pulchritúdine tua * inténde, próspere procéde, et regna.

Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam : * et dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

Sagíttæ tuæ acútæ, pópuli sub te cadent, * in corda inimicórum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi : * virga directiónis, virga regni tui.

Dilexísti justítiam, et odísti iniquitátem : * propterea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, et gutta, et cásia a vestiméntis tuis, a dómibus ebúrneis : * ex quibus delectavérunt te fíliæ regum in honóre tuo.

Astitit regína a dextris tuis in vestítu deauráto : * circúmdata varietáte.

Audi, fília, et vide, et inclína aurem tuam : * et oblíviscere pópulum tuum et domum patris tui.

Et concupíscet Rex decórem tuum : * quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, et adorábunt eum.

Et fíliæ Tyri in munéribus * vultum tuum deprecabúntur : omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus fíliæ Regis ab intus : * in fímbriis áureis circumamícta varietátibus.

Adducéntur Regi vírgines post eam : * próximæ ejus afferéntur tibi.

Afferéntur in lætítia et exsultatióne : * adducéntur in templum Regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi fílii : * constítues eos príncipes super omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui : * in omni generatióne et generatiónem.

Proptérea pópuli confitebúntur tibi in ætérnum : * et in sæculum sæculi.



℣. Tamquam sponsus.



℟. Dóminus procédens de thá-lamo su- o.



Pater noster. *tout bas.* ℣. Et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. ℟. Sed líbera nos a ma-lo.

Absolution.



E X-áudi Dómine Jesu Christe, preces servórum tu- ó-



rum et mise-rére nobis * qui cum Patre et Spí-ritu Sancto





vivis et regnas in sæcu-la sæculó-rum. ℟. Amen.

Le Lecteur. ℣.



J Ube domne benedí-cere.

Bénédiction.



B Enedicti- óne perpétu- a * benedí-cat nos Pa-ter



ætérnus. ℟. Amen.

*Les trois Leçons suivantes d'Isaïe se lisent sans titre.*

**Leçon I.** *Chap. 9.*

PRIMO témpore alleviáta est terra Zábulon, et terra Néphtali : et novíssimo aggraváta est via maris trans Jordánem Galilææ Géntium. Pópulus qui ambulábat in ténebris, vidit lucem magnam : habitántibus in regióne umbræ mortis, lux orta est eis. Multiplicásti gentem, et non magnificásti lætítiam. Lætabúntur coram te, sicut qui lætántur in messe, sicut exsúltant victóres capta præda, quando dívidunt spólia. Jugum enim óneris ejus, et virgam húmeri ejus, et sceptrum exactóris ejus superásti, sicut in die Mádian. Quia omnis violénta prædátio cum tumúltu, et vestiméntum mixtum sánguine, erit in combustiónem, et cibus ignis. Párvulus enim natus est nobis, et Fílius datus est nobis, et factus est principátus super húmerum ejus, et vocábitur nomen ejus Admirábilis, Consiliárius, Deus, Fortis, Pater futúri sæculi, Princeps pacis. Tu autem Dómine miserére nobis. ℟. Deo grátias.

Rép. 1. 5.



H Odi- e no- bis cæ- lórum Rex de Vír-



gine na- sci di- gná-tus est, ut hóminem pérdi-



tum, ad cæ-lé- sti- a re- gna re-vo- cá- ret :




*Le Lecteur :* Jube domne benedícere.

*Bénédiction.* Unigénitus Dei Fílius * nos benedícere et adjuvá-re dignétur. ℟. Amen.

**Leçon II.** *Chap. 40.*

CONSOLAMINI, consolámini, pópule meus, dicit Deus vester. Loquímini ad cor Jerúsalem, et advocáte eam : quóniam compléta est malítia ejus, dimíssa est iníquitas illius : suscépit de manu Dómini duplícia pro ómnibus peccátis suis. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini, rectas fácite in solitúdine sémitas Dei nostri. Omnis vallis exaltábitur, et omnis mons et collis humiliábitur ; et erunt prava in directa, et áspera in vias planas. Et revelábitur glória Dómini, et vidébit omnis caro páriter quod os Dómini locútum est. Vox dicéntis : Clama. Et dixi : Quid clamábo ? Omnis caro fœnum, et omnis glória ejus quasi flos agri. Exsiccátum est fœnum, et cécidit flos, quia Spíritus Dómini sufflávit in eo. Vere fœnum est pópulus : exsiccátum est fœnum, et cécidit flos : Verbum autem Dómini nostri manet in ætérnum. Tu autem Dómine miserére nobis. ℟. Deo grátias.









*Le Lecteur :* Jube domne benedícere.

*Bénédiction.* Spíritus Sancti grátia * illúminet sensus et corda nostra. ℟. Amen.

**Leçon III.** *Chap. 52.*

CONSURGE, consúrge, indúere fortitúdine tua, Sion, indúere vestiméntis glóriæ tuæ, Jerúsalem cívitas sancti : quia non adjíciet ultra ut pertránseat per te incircumcísus et imúndus. Excútere de púlvere, consúrge, sede, Jerúsalem : solve víncula colli tui, captíva fília Sion. Quia hæc dicit Dóminus : Gratis venúmdati estis, et sine argénto redimémini. Quia hæc dicit Dóminus Deus : In Ægýptum descéndit pópulus meus in princípio, ut colónus esset ibi : et Assur absque ulla causa calumniátus est eum. Et nunc quid mihi est hic, dicit Dóminus, quóniam ablátus est pópulus meus gratis ? Dominatóres ejus iníque agunt, dicit Dóminus, et júgiter tota die nomen meum blasphemátur. Propter hoc sciet pópulus meus nomen meum in die illa : quia ego ipse qui loquébar, ecce adsum. Tu autem Dómine miserére nobis. ℟. Deo grátias.






AU II. NOCTURNE




### Psaume 47.

MAGNUS Dóminus, et laudábilis nimis * in civitáte Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundátur exsultatióne univérsæ terræ mons Sion : * látera Aquilónis, cívitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoscétur, * cum suscípiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregáti sunt : * convenérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admiráti sunt, conturbáti sunt, commóti sunt : * tremor apprehéndit eos.

Ibi dolóres ut parturiéntis : * in spíritu veheménti cónteres naves Tharsis.

Sicut audívimus, sic vídimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei nostri : * Deus fundávit eam in ætérnum.

Suscépimus Deus misericórdiam tuam, * in médio templi tui.

Secúndum nomen tuum Deus, sic et laus tua in fines terræ : * justítia plena est déxtera tua.

Lætétur mons Sion, et exsúltent fíliæ Judæ, * propter judícia tua Dómine.

Circúmdate Sion, et complectímini eam : * narráte in túribus ejus.

Pónite corda vestra in virtúte ejus ; * et distribúite domos ejus, ut enarrétis in progénie áltera.

Quóniam hic est Deus, Deus noster in ætérnum, et in sæculum sæculi : * ipse reget nos in sæcula.






### Psaume 71.

DEUS judícium tuum regi da : * et justítiam tuam fílio regis :

Judicáre pópulum tuum in justítia, * et páuperes tuos in judício.

Suscípiant montes pacem pópulo : * et colles justítiam.

Judicábit páuperes pópuli, et salvos fáciet fílios páuperum : * et humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum sole, et ante lunam, * in generatióne et generatiónem.

Descéndet sicut plúvia in vellus : * et sicut stillicídia stillántia super terram.

Oriétur in diébus ejus justítia et abundántia pacis : * donec auferátur luna.

Et dominábitur a mari usque ad mare, * et a flúmine usque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthíopes : * et inimíci ejus terram lingent.

Reges Tharsis et ínsulæ múnera ófferent : * reges Arabum et Saba dona addúcent :

Et adorábunt eum omnes reges terræ : * omnes gentes sérvient ei :

Quia liberábit páuperem a poténte : * et páuperem cui non erat adjútor.

Parcet páuperi et ínopi : * et ánimas páuperum salvas fáciet.

Ex usúris et iniquitáte rédimet ánimas eórum : * et honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, et dábitur ei de auro Arábiæ, et adorábunt de ipso semper : * tota die benedícent ei.

Et erit firmaméntum in terra in summis móntium, superextollétur super Líbanum fructus ejus : * et florébunt de civitáte sicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedíctum in sæcula : * ante solem pérmanet nomen ejus.

Et benedicéntur in ipso omnes tribus terræ : * omnes gentes magnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus Deus Israel, * qui facit mirabília solus.

Et benedíctum nomen majestátis ejus in ætérnum : * et replébitur majestáte ejus omnis terra : fiat, fiat.




prospéxit. E u o u a e.

**Psaume 84.**

BENEDIXISTI Dómine terram tuam : * avertísti captivitátem Jacob.

Remisísti iniquitátem plebis tuæ : * operuísti ómnia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram tuam : * avertísti ab ira indignatiónis tuæ.

Convérte nos Deus salutáris noster : * et avérte iram tuam a nobis.

Numquid in ætérnum irascéris nobis ? * aut exténdes iram tuam a generatióne in generatiónem ?

Deus tu convérsus vivificábis nos : * et plebs tua lætábitur in te.

Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam ; * et salutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus : * quóniam loquétur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos : * et in eos qui convertúntur ad cor.

Verúmtamen prope timéntes eum salutáre ipsíus : * ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia et véritas obviavérunt sibi : * justítia et pax osculátæ sunt.

Véritas de terra orta est : * et justítia de cælo prospéxit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem : * et terra nostra dabit fructum suum.

Justítia ante eum ambulábit : * et ponet in via gressus suos.

℣. Speciósus forma præ fíliis hóminum.
℟. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

Pater noster.

*Absolution.* Ipsíus píetas et misericórdia nos ádjuvet, * qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

*Le Lecteur :* Jube domne benedícere.

*Bénédiction.* Deus Pater omnípotens * sit nobis propítius et clemens. ℟. Amen.

Sermo sancti Leónis Papæ.

**Leçon IV.**

SALVATOR noster, dilectíssimi, hódie natus est : gaudeámus. Neque enim fas est locum esse tristítiæ, ubi natális est vitæ : quæ, consúmpto mortalitátis timóre, nobis íngerit de promíssa ætérnitáte lætítiam. Nemo ab hujus alacritátis participatióne secérnitur. Una cunctis lætítiæ commúnis est rátio ; quia Dóminus noster peccáti mortísque destrúctor, sicut nullum a reátu líberum réperit, ita liberándis ómnibus venit. Exsúltet sanctus, quia propínquat ad palmam : gáudeat peccátor, quia invitátur ad véniam : animétur gentílis, quia vocátur ad vitam. Dei namque Fílius secúndum plenitúdinem témporis, quam divíni consílii inscrutábilis altitúdo dispósuit, reconciliándam auctóri suo natúram géneris assúmpsit humáni, ut invéntor mortis diábolus, per ipsam, quam vícerat, vinceretur. Tu autem Dómine miserére nobis. ℟. Deo grátias.






*Le Lecteur :* Jube domne benedícere.

*Bénédiction.* Christus perpétuæ * det nobis gáudia vitæ. ℟. Amen.

**Leçon V.**

IN quo conflíctu pro nobis ínito, magno et mirábili æquitátis jure certátum est, dum omnípotens Dóminus cum sævíssimo hoste, non in sua majestáte, sed in nostra congréditur humilitáte : objíciens ei eámdem formam, eamdémque natúram, mortalitátis quidem nostræ partícipem, sed peccáti totíus expértem. Aliénum quippe ab hac nativitáte est, quod de ómnibus légitur : Nemo mundus a sorde, nec infans cujus est unius

diéi vita super terram. Nihil ergo in istam singulárem nativitátem de carnis concupiscéntia transívit, nihil de peccáti lege manávit. Virgo régia davídicæ stirpis elígitur, quæ sacro gravidánda fœtu, divínam humanámque prolem prius concíperet mente, quam córpore. Et ne supérni ignára consílii ad inusitátos pavéret affátus, quod in ea operándum erat a Spíritu Sancto, collóquio discit angélico : nec damnum credit púdoris, Dei Génitrix mox futúra. Tu autem Dómine miserére nobis. ℟. Deo grátias.




*Le Lecteur :* Jube domne benedícere.

*Bénédiction.* Ignem sui amóris * accéndat Deus in córdibus nostris. ℟. Amen.

### Leçon VI.

AGAMUS ergo, dilectíssimi, grátias Deo Patri per Fílium ejus in Spíritu Sancto : qui propter multam caritátem suam, qua diléxit nos, misértus est nostri : et cum essémus mórtui peccátis, convivificávit nos Christo, ut essémus in ipso nova creatúra, novúmque figméntum. Deponámus ergo véterem hóminem cum áctibus suis : et adépti participatiónem generatiónis Christi, carnis renuntiémus opéribus. Agnósce, o christiáne, dignitátem tuam ; et divínæ consors factus natúræ, noli in véterem vilitátem degéneri conversatióne redíre. Meménto cujus cápitis, et cujus córporis sis membrum. Reminíscere, quia erútus de potestáte tenebrárum, translátus es in Dei lumen et regnum. Tu autem Dómine miserére nobis. ℟. Deo grátias.






### AU III. NOCTURNE




### Psaume 88.

MISERICORDIAS Dómini * in ætérnum cantábo.

In generatiónem et generatiónem * annuntiábo veritátem tuam in ore meo.

Quóniam dixísti : In ætérnum misericórdia ædificábitur in cælis : * præparábitur véritas tua in eis.

Dispósui testaméntum eléctis meis, jurávi David servo

meo : * usque in ætérnum præparábo semen tuum.

Et ædificábo in generatiónem et generatiónem * sedem tuam.

Confitebúntur cæli mirabília tua, Dómine : * étenim veritátem tuam in ecclésia sanctórum.

Quóniam quis in núbibus æquábitur Dómino : * símilis erit Deo in fíliis Dei ?

Deus, qui glorificátur in consílio sanctórum : * magnus et terríbilis super omnes qui in circúitu ejus sunt.

Dómine Deus virtútum, quis símilis tibi ? * potens es, Dómine, et véritas tua in circúitu tuo.

Tu domináris potestáti maris : * motum autem flúctuum ejus tu mítigas.

Tu humiliásti sicut vulnerátum, supérbum : * in bráchio virtútis tuæ dispersísti inimícos tuos.

Tui sunt cæli, et tua est terra, orbem terræ et plenitúdinem ejus tu fundásti : * aquilónem et mare tu creásti.

Thabor et Hermon in nómine tuo exsultábunt : * tuum bráchium cum poténtia.

Firmétur manus tua, et exaltétur déxtera tua : * justítia et judícium præparátio sedis tuæ.

Misericórdia et véritas præcédent fáciem tuam : * beátus pópulus, qui scit jubilatiónem.

Dómine, in lúmine vultus tui ambulábunt, et in nómine tuo exsultábunt tota die : * et in justítia tua exaltabúntur.

Quóniam glória virtútis eórum tu es ; * et in beneplácito tuo exaltábitur cornu nostrum.

Quia Dómini est assúmptio nostra, * et sancti Israel regis nostri.

Tunc locútus es in visióne sanctis tuis, et dixísti : * Pósui adjutórium in poténte, et exaltávi eléctum de plebe mea.

Invéni David servum meum, * óleo sancto meo unxi eum.

Manus enim mea auxiliábitur ei : * et bráchium meum confortábit eum.

Nihil proficiet inimícus in eo, * et fílius iniquitátis non appónet nocére ei.

Et concídam a fácie ipsíus inimícos ejus : * et odiéntes eum in fugam convértam.

Et véritas mea, et misericórdia mea cum ipso : * et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

Et ponam in mari manum ejus ; * et in flumínibus déxteram ejus.

Ipse invocábit me : Pater meus es tu, * Deus meus, et suscéptor salútis meæ.

Et ego primogénitum ponam illum * excélsum præ régibus terræ.

In ætérnum servábo illi misericórdiam meam : * et testaméntum meum fidéle ipsi.

Et ponam in sæculum sæculi semen ejus, * et thronum ejus sicut dies cæli.

Si autem derelíquerint fílii ejus legem meam, * et in judíciis meis non ambuláverint :

Si justítias meas profanáverint, * et mandáta mea non custodíerint :

Visitábo in virga iniquitátes eórum : * et in verbéribus peccáta eórum.

Misericórdiam autem meam non dispérgam ab eo : * neque nocébo in veritáte mea :

Neque profanábo testaméntum meum, * et quæ procédunt de lábiis meis, non fáciam írrita.

Semel jurávi in sancto meo, si David méntiar : * semen ejus in ætérnum manébit.

Et thronus ejus sicut sol in conspéctu meo, * et sicut luna perfécta in ætérnum, et testis in cælo fidélis.

Tu vero repulísti, et despexísti : * distulísti Christum tuum.

Evertísti testaméntum servi tui : * profanásti in terra sanctuárium ejus.

Destruxísti omnes sepes ejus : * posuísti firmaméntum ejus formídinem.

Diripuérunt eum omnes transeúntes viam : * factus est oppróbrium vicínis suis.

Exaltásti déxteram deprimentium eum : * lætificásti omnes inimícos ejus.

Avertísti adjutórium gládii ejus : * et non es auxiliátus ei in bello.

Destruxísti eum ab emundatióne : * et sedem ejus in terram collisísti.

Minorásti dies témporis ejus : * perfudísti eum confusióne.

Usquequo Dómine avértis in finem : * exardéscet sicut ignis ira tua ?

Memoráre quæ mea substántia : * numquid enim vane constituísti omnes fílios hóminum ?

Quis est homo, qui vivet, et non vidébit mortem, * éruet ánimam suam de manu ínferi ?

Ubi sunt misericórdiæ tuæ antíquæ, Dómine, * sicut jurásti David in veritáte tua ?

Memor esto Dómine oppróbrii servórum tuórum * (quod contínui in sinu meo) multárum géntium.

Quod exprobravérunt inimíci tui Dómine, * quod exprobravérunt commutatiónem Christi tui.

Benedíctus Dóminus in ætérnum : * fiat, fiat.



2. Ant. 4. a




### Psaume 95.

Cantate Dómino cánticum novum : * cantáte Dómino omnis terra.

Cantáte Dómino, et benedícite nómini ejus : * annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabília ejus.

Quóniam magnus Dóminus, et laudábilis nimis : * terríbilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii géntium dæmónia : * Dóminus autem cælos fecit.

Confessio et pulchritúdo in conspéctu ejus : * sanctimónia et magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino, pátriæ géntium, afférte Dómino glóriam

et honórem : * afférte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, et introíte in átria ejus : * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commoveátur a fácie ejus univérsa terra : * dícite in géntibus quia Dóminus regnávit.

Etenim corréxit orbem terræ qui non commovébitur : * judicábit pópulos in æquitáte.

Læténtur cæli, et exsúltet terra : commoveátur mare, et plenitúdo ejus : * gaudébunt campi, et ómnia quæ in eis sunt.

Tunc exsultábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dómini, quia venit : * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte, * et pópulos in veritáte sua.




**Psaume 97.**

CANTATE Dómino cánticum novum : * quia mirabília fecit.

Salvávit sibi déxtera ejus, * et bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutáre suum : * in conspéctu géntium revelávit justítiam suam.

Recordátus est misericórdiæ suæ, * et veritátis suæ dómui Israel.

Vidérunt omnes términi terræ * salutáre Dei nostri.

Jubiláte Deo, omnis terra : * cantáte, et exsultáte, et psállite.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara et voce psalmi : * in tubis ductílibus, et voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conspéctu regis Dómini : * moveátur mare, et plenitúdo ejus : orbis terrárum, et qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, simul montes exsultábunt a conspéctu Dómini : * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in justítia, * et pópulos in æquitáte.

℣. Ipse invocábit me, allelúia.
℟. Pater meus es tu, allelúia.

*Pater noster.*

*Absolution.* A vínculis peccatórum nostrórum * absólvat nos omnípotens et miséricors Dóminus. ℟. Amen.

*Le Lecteur :* Jube domne benedícere.

*Bénédiction.* Evangélica léctio * sit nobis salus et protéctio. ℟. Amen.



Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

**Leçon VII.** *Chap. 2.*

IN illo témpore : Exiit edíctum a Cæsare Augústo, ut describerétur univérsus orbis. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

QUIA, largiénte Dómino, Missárum solémnia ter hódie celebratúri sumus, loqui diu de evangélica lectióne non póssumus : sed nos áliquid vel bréviter dícere, Redemptóris nostri Natívitas ipsa compéllit. Quid est enim, quod nascitúro Dómino mundus descríbitur, nisi hoc, quod apérte monstrátur, quia ille apparébat in carne, qui eléctos suos adscríberet in ætérnitáte ? Quo contra de réprobis per prophétam dícitur : Deleántur de libro vivéntium, et cum justis non scribántur. Qui bene étiam in Béthlehem náscitur. Béthlehem quippe domus panis interpretátur. Ipse namque est qui ait : Ego sum panis vivus, qui de cælo descéndi. Locus ergo, in quo Dóminus náscitur, domus panis ántea vocátus est : quia futúrum profécto erat, ut ille ibi per matériam carnis apparéret, qui electórum mentes intérna satietáte refíceret. Qui non in paréntum domo, sed in via náscitur : ut profécto osténderet, quia per humanitátem suam, quam assúmpserat, quasi in alién nascebátur. Tu autem Dómine miserére nobis.

℟. Deo grátias.





rá- te Dó- mi- num. * Qui.

*Le Lecteur :* Jube domne benedícere.

*Bénédiction.* Per Evangélica dicta * deleántur nostra delícta. ℟. Amen.

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

**Leçon VIII.** *Chap. 2. b.*

In illo témpore : Pastóres loquebántur ad ínvicem : Transeámus usque Béthlehem, et videámus hoc verbum, quod factum est, quod Dóminus osténdit nobis. Et réliqua.

Homilía sancti Ambrósii Epíscopi.

Vidéte Ecclésiæ surgéntis exórdium. Christus náscitur, et pastóres vigiláre cœpérunt : qui géntium greges, pécudum modo ante vivéntes, in caulam Dómini congregárent, ne quos spiritálium bestiárum, per offúsas nóctium ténebras, paterántur incúrsus. Et bene pastóres vígilant, quos bonus pastor infórmat. Grex ígitur pópulus, nox sæculum, pastóres sunt sacerdótes. Aut fortásse étiam ille sit pastor, cui dícitur : Esto vígilans, et confírma. Quia non solum episcopos ad tuéndum gregem Dóminus ordinávit, sed étiam Angelos destinávit. Tu autem Dómine miserére nobis. ℟. Deo grátias.








ctum est ni- hil. * Et. ℣. Gló-ri- a Patri,
et Fí-li- o, et Spi-rí- tu- i San- cto. * Et.

*Le Lecteur :* Jube domne benedícere.

*Bénédiction.* Verba sancti Evangélii * dóceat nos Christus Fílius Dei. ℟. Amen.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

**Leçon IX.** *Chap. 1.*

In princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Et réliqua.

Homilía sancti Augustíni Epíscopi.

Ne vile áliquid putáres, quale consuevísti cogitáre, cum verba humána soléres audíre, audi quid cógites : Deus erat Verbum. Exeat nunc néscio quis infidélis Ariánus, et dicat, quia Verbum Dei factum est. Quómodo potest fíeri ut Verbum Dei factum sit, quando Deus per Verbum fecit ómnia ? Si et Verbum Dei ipsum factum est, per quod áliud Verbum factum est ? Si hoc dicis, quia hoc est verbum Verbi, per quod factum est illud, ipsum dico ego únicum Fílium Dei. Si autem non dicis verbum Verbi, concéde non factum, per quod facta sunt ómnia. Non enim per seípsum fíeri pótuit, per quod facta sunt ómnia. Crede ergo Evangelístæ. Tu autem Dómine miserére nobis. ℟. Deo grátias.

Te Deum laudámus. 59.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

**Oraison.**

Concede, quæsumus omnípotens Deus : ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet ; quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.




℟. De- o grá-ti- as.

## A LA MESSE DE MINUIT

Intr. 2.




**Collecte.**

DEUS, qui hanc sacratíssimam noctem veri lúminis fecísti illustratióne claréscere : da, quæsumus ; ut cujus lucis mystéria in terra cognóvimus, ejus quoque gáudiis in cælo perfruámur : Qui tecum vivit.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Titum.** *Tit. 2. c.*

CARISSIME : Appáruit grátia Dei Salvatóris nostri ómnibus homínibus, erúdiens nos, ut abnegántes impietátem, et sæculária desidéria, sóbrie, et juste, et pie vivámus in hoc sæculo, exspectántes beátam spem, et advéntum glóriæ magni Dei et Salvatóris nostri Jesu Christi : qui dedit semetípsum pro nobis : ut nos redímeret ab omni iniquitáte, et mundáret sibi pópulum acceptábilem, sectatórem bonórum óperum. Hæc lóquere, et exhortáre : in Christo Jesu Dómino nostro.

Grad. 2.








✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 2.*

In illo témpore : Exiit edíctum a Cæsare Augústo, ut describerétur univérsus orbis. Hæc descríptio prima facta est a præside Sýriæ Cyríno : et ibant omnes ut profiteréntur sínguli in suam civitátem. Ascéndit autem et Joseph a Galilæa de civitáte Názareth, in Judæam in civitátem David, quæ vocátur Béthlehem : eo quod esset de domo et família David, ut profiterétur cum María desponsáta sibi uxóre prægnánte. Factum est autem, cum essent ibi, impléti sunt dies ut páreret. Et péperit fílium suum primogénitum, et pannis eum involvit, et reclinávit eum in præsépio : quia non erat eis locus in diversório. Et pastóres erant in regióne eádem vigilántes, et custodiéntes vigílias noctis super gregem suum. Et ecce Angelus Dómini stetit juxta illos, et cláritas Dei circumfúlsit illos, et timuérunt timóre magno. Et dixit illis Angelus : Nolíte timére : ecce enim evangelízo vobis gáudium magnum, quod erit omni pópulo : quia natus est vobis hódie Salvátor, qui est Christus Dóminus, in civitáte David. Et hoc vobis signum : Inveniétis infántem pannis involútum, et pósitum in præsépio. Et súbito facta est cum Angelo multitúdo milítiæ cæléstis, laudántium Deum, et dicéntium : Glória in altíssimis Deo, et in terra pax homínibus bonæ voluntátis. Credo.




**Secrète.**

Accepta tibi sit, Dómine quæsumus, hodiérnæ festivitátis oblátio : ut, tua grátia largiénte, per hæc sacrosáncta commércia, in illíus inveniámur forma, in quo tecum est nostra substántia : Qui tecum vivit.






**Postcommunion.**

Da nobis, quæsumus Dómine Deus noster : ut, qui nativitátem Dómini nostri Jesu Christi mystériis nos frequentáre gaudémus ; dignis conversatiónibus ad ejus mereámur pervenire consórtium : Qui tecum vivit.

---

## A LAUDES

℣. Deus in adjutórium meum. 5o.




**Psaume 92.**

Dominus regnávit, decórem indútus est ; * indútus est Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se.

Etenim firmávit orbem terræ, * qui non commovébitur.

Paráta sedes tua ex tunc : * a sæculo tu es.

Elevavérunt flúmina Dómine : * elevavérunt flúmina vocem suam.

Elevavérunt flúmina fluctus suos, * a vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris : * mirábilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimis : * domum tuam decet sanctitúdo Dómine, in longitúdinem diérum.






**Psaume 99.**

JUBILATE Deo omnis terra : * servíte Dómino in lætítia.

Introíte in conspéctu ejus, * in exsultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus : * ipse fecit nos, et non ipsi nos.

Pópulus ejus, et oves páscuæ ejus : * introíte portas ejus in confessióne, átria ejus in hymnis : confitémini illi.

Laudáte nomen ejus : quóniam suávis est Dóminus, in ætérnum misericórdia ejus, * et usque in generatiónem et generatiónem véritas ejus.




**Psaume 62.**

DEUS Deus meus * ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta, et ínvia, et inaquósa : * sic in sancto appárui tibi, ut vidérem virtútem tuam, et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas : * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea : * et in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea : * et lábiis exsultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutínis meditábor in te : * quia fuísti adjútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, adhæsit ánima mea post te : * me suscépit déxtera tua.

Ipsi vero in vanum quæsiérunt ánimam meam, introíbunt in inferióra terræ : * tradéntur in manus gládii, partes vúlpium erunt.



Rex vero lætábitur in Deo, laudabúntur omnes qui jurant in eo : * quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.

*On ne dit pas* Glória Patri.

**Psaume 66.**

DEUS misereátur nostri, et benedícat nobis : * illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam : * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli, Deus : * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur et exsúltent gentes : * quóniam júdicas pópulos in æquitáte, et gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli, Deus, confiteántur tibi pópuli omnes : * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus : * et métuant eum omnes fines terræ.




**Cantique des 3 enfants.**

*Daniel. 3. c.*

BENEDICITE ómnia ópera Dómini Dómino ; * laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedícite Angeli Dómini Dómino : * benedícite cæli Dómino.

Benedícite aquæ omnes quæ super cælos sunt, Dómino : * benedícite omnes virtútes Dómini Dómino.

Benedícite sol et luna Dómino : * benedícite stellæ cæli Dómino.

Benedícite omnis imber et ros Dómino : * benedícite omnes spíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis et æstus Dómino : * benedícite frigus et æstus Dómino.

Benedícite rores et pruína Dómino : * benedícite gelu et frigus Dómino.

Benedícite glácies et nives Dómino : * benedícite noctes et dies Dómino.

Benedícite lux et ténebræ Dómino : * benedícite fúlgura et nubes Dómino.

Benedícat terra Dóminum : *

laudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite montes et colles Dómino : * benedícite univérsa germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino : * benedícite mária et flúmina Dómino.

Benedícite cete et ómnia quæ movéntur in aquis Dómino : * benedícite omnes vólucres cæli Dómino.

Benedícite omnes béstiæ et pécora Dómino : * benedícite fílii hóminum Dómino.

Benedícat Israel Dóminum : * laudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite sacerdótes Dómini Dómino : * benedícite servi Dómini Dómino.

Benedícite spíritus et ánimæ justórum Dómino : * benedícite sancti et húmiles corde Dómino.

Benedícite, Ananía, Azaría, Mísael, Dómino : * laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu : * laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli : * et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sæcula.

*On ne dit pas* Glória Patri.




### Psaume 148.

Laudate Dóminum de cælis : * laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus : * laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol et luna : * laudáte eum omnes stellæ et lumen.

Laudáte eum cæli cælórum : * et aquæ omnes quæ super cælos sunt laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt : * ipse mandávit, et creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum et in sæculum sæculi : * præcéptum pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracónes, et omnes abýssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum : * quæ fáciunt verbum ejus ;

Montes, et omnes colles ; * ligna fructífera, et omnes cedri.

Béstiæ et univérsa pécora ; * serpéntes et vólucres pennátæ;

Reges terræ, et omnes pópuli ; * príncipes et omnes júdices terræ ;

Júvenes et vírgines, senes cum junióribus laudent nomen Dómini : * quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super cælum et terram : * et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus : * fíliis Israel, pópulo appropinquánti sibi.

*On ne dit pas* Glória Patri.



### Psaume 149.

Cantate Dómino cánticum novum : * laus ejus in ecclésia sanctórum.

Lætétur Israel in eo, qui fecit eum : * et fílii Sion exsúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro ; * in týmpano et psaltério psallant ei :

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo : * et exaltábit mansuétos in salútem.

Exsultábunt sancti in glória : * lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum : * et gládii ancípites in mánibus eórum :

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus : * increpatiónes in pópulis :

Ad alligándos reges eórum in compédibus : * et nóbiles eórum in mánicis férreis ;

Ut fáciant in eis judícium conscríptum : * glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

*On ne dit pas* Glória Patri.

### Psaume 150.

Laudate Dóminum in sanctis ejus : * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus : * laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ : * laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano et choro : * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus : laudáte eum in cýmbalis jubilatiónis : * omnis spíritus laudet Dóminum.

### Capitule. *Hebr. 1.*

Multifariam, multísque modis olim Deus loquens pátribus in prophétis : novíssime diébus istis locútus est nobis in Fílio, quem constítuit hærédem universórum, per quem fecit et sæcula.











E u o u a e.

### Cantique de Zacharie.

*Luc. 1. g.*

BENEDICTUS Dóminus Deus Israel, * quia visitávit, et fecit redemptiónem plebis suæ :

Et eréxit cornu salútis nobis : * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sæculo sunt, prophetárum ejus :

Salútem ex inimícis nostris,* et de manu ómnium qui odérunt nos :

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris : * et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham patrem nostrum,* datúrum se nobis.

Ut sine timóre de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi.

In sanctitáte et justítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu puer, prophéta Altíssimi vocáberis : * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus.

Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus : * in remissiónem peccatórum eórum :

Per víscera misericórdiæ Dei nostri : * in quibus visitávit nos, óriens ex alto :

Illumináre his qui in ténebris et in umbra mortis sedent : * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

*Oraison.* Concéde quæsumus. 141.

℣. Benedicámus Dómino. 141.

## A LA MESSE DE L'AURORE

Intr. 8.




**Collecte.**

DA nobis, quæsumus omnípotens Deus : ut, qui nova incarnáti Verbi tui luce perfúndimur; hoc in nostro respléndeat ópere, quod per fidem fulget in mente. Per eúmdem.

Mémoire de sainte Anastasie. Collecte.

DA, quæsumus omnípotens Deus : ut qui beátæ Anastásiæ Mártyris tuæ solémnia cólimus; ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Titum.** *Tit. 3. b.*

CARISSIME : Appáruit benígnitas et humánitas Salvatóris nostri Dei : non ex opéribus justítiæ, quæ fécimus nos, sed secúndum suam misericórdiam salvos nos fecit per lavácrum



regeneratiónis et renovatiónis Spíritus Sancti, quem effúdit in nos abúnde per Jesum Christum Salvatórem nostrum : ut justificáti grátia ipsíus, hærédes simus secúndum spem vitæ ætérnæ : in Christo Jesu Dómino nostro.

Grad. 5.





te.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 2. b.*

In illo témpore : Pastóres loquebántur ad ínvicem : Transeámus usque Béthlehem, et videámus hoc verbum, quod factum est, quod Dóminus osténdit nobis. Et venérunt festinántes : et invenérunt Maríam, et Joseph, et infántem pósitum in præsépio. Vidéntes autem cognovérunt de verbo, quod dictum erat illis de púero hoc. Et omnes qui audiérunt, miráti sunt : et de his quæ dicta erant a pastóribus ad ipsos. María autem conservábat ómnia verba hæc, cónferens in corde suo. Et revérsi sunt pastóres glorificántes, et laudántes Deum in ómnibus quæ audíerant, et víderant, sicut dictum est ad illos. Credo.

Offert. 8.



D E-us firmá- vit or- bem terræ, qui non commo- vébi- tur : pará- ta se- des tu- a, De- us, ex tunc, a sæ- cu- lo tu es.

**Secrète.**

Munera nostra, quæsumus Dómine, Nativitátis hodiérnæ mystériis apta provéniant, et pacem nobis semper infúndant : ut, sicut homo génitus idem refúlsit et Deus, sic nobis hæc terréna substántia cónferat, quod divínum est. Per eúmdem.

**De sainte Anastasie. Secrète.**

Accipe, quæsumus Dómine, múnera dignánter obláta : et beátæ Anastásiæ Mártyris tuæ suffragántibus méritis, ad nostræ salútis auxílium provenire concéde. Per Dóminum.

Comm. 4.



E X-súlta fí- li- a Si- on, lauda fí- li- a Je- rú-





sa- lem : ecce Rex tu- us ve- nit sanctus, et Salvá-tor



mun- di.

**Postcommunion.**

Hujus nos, Dómine, sacraménti semper nóvitas natális instáuret : cujus Natívitas singuláris humánam répulit vetustátem. Per eúmdem.

**De sainte Anastasie. Postcommunion.**

Satiasti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris : ejus quæsumus semper interventióne nos réfove; cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum.

---

## A LA MESSE DU JOUR

Intr. 7.



P U-er na- tus est no- bis, et fí- li- us da-tus est no- bis : cu-jus impé-ri- um super hú- me-rum e- jus : et vocá- bi- tur nomen e- jus, magni consí- li- i An-ge- lus. *Ps.* Cantá-te Dómino cánticum novum, qui- a mi-rabí- li- a fe- cit. Gló- ri- a Patri. E u o u a e. *ou* E u o u a e.

### Collecte.

CONCEDE, quæsumus omnípotens Deus : ut nos Unigéniti tui nova per carnem natívitas líberet ; quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum.

### Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. *Hebr.* 1.

MULTIFARIAM, multísque modis olim Deus loquens pátribus in prophétis : novíssime diébus istis locútus est nobis in Fílio, quem constítuit hærédem universórum, per quem fecit et sæcula : qui cum sit splendor glóriæ, et figúra substántiæ ejus, portánsque ómnia verbo virtútis suæ, purgatiónem peccatórum fáciens, sedet ad déxteram majestátis in excélsis : tanto mélior Angelis efféctus, quanto differéntius præ illis nomen hæreditávit. Cui enim dixit aliquándo Angelórum : Fílius meus es tu, ego hódie génui te ? Et rursum : Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in fílium ? Et cum íterum introdúcit primogénitum in orbem terræ, dicit : Et adórent eum omnes Angeli Dei. Et ad Angelos quidem dicit : Qui facit Angelos suos spíritus, et minístros suos flammam ignis. Ad Fílium autem : Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi : virga æquitátis, virga regni tui. Dilexísti justítiam, et odísti iniquitátem : propterea unxit te Deus, Deus tuus, óleo exsultatiónis præ participibus tuis. Et : Tu in princípio, Dómine, terram fundásti : et ópera mánuum tuárum sunt cæli. Ipsi períbunt, tu autem permanébis et omnes ut vestiméntum veteráscent : et velut amíctum mutábis eos, et mutabúntur : tu autem idem ipse es, et anni tui non defícient.

Grad. 5.









*Évangile.* In princípio. 10.





dis tu- æ.

**Secrète.**

OBLATA, Dómine, múnera, nova Unigéniti tui Nativitáte sanctífica : nosque a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per eúmdem Dóminum.

Comm. 1.



V Idé- runt omnes fi-nes ter- ræ sa-lu- tá- re De- i nostri.

**Postcommunion.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut natus hódie Salvátor mundi, sicut divínæ nobis generatiónis est auctor ; ita et immortalitátis sit ipse largítor : Qui tecum vivit.

*Dernier Évangile.* Cum natus esset Jesus. *du jour de l'Épiphanie,* 193.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* 1. Dixit Dóminus. 63. — 2. Confitébor tibi. 63. — 3. Beátus vir. 64. — 4. De profúndis. 87. — 5. Meménto. 87.

1. Ant. 1. g



T Ecum princí- pi- um in di- e virtú-tis tu-æ, in splendó-ribus sanctórum, ex úte-ro ante lucí-ferum génu- i te. E u o u a e.

2. Ant. 7. a

R Edempti- ónem mi-sit Dóminus pópu-lo su- o : mandávit in æ-tér-num testamén-





tum su-um. E u o u a e.

3. Ant. 7. b

E X-ór-tum est in té- ne-bris lumen rectis corde : misé-ri-cors et mi-será-tor, et justus Dóminus. E u o u a e.

4. Ant. 4. A



A -pud Dóminum mi-se-ri-córdi- a, et copi- ó-sa apud e-um redémpti- o. E u o u a e.

5. Ant. 8. G



D E fructu ventris tu- i ponam super sedem tu-am. E u o u a e.

*Capitule de Laudes. Hymne des I. Vêpres.*

℣. Notum fecit Dóminus, allelúia.
℟. Salutáre suum, allelúia.

A Magnificat Ant. 1. J



H Odi- e Chri-stus natus est : hódi- e Salvátor apparu- it : hódi- e in terra canunt Ange-li, lætántur Archánge-li : hódi- e exsúl-tant justi, dicéntes : Gló-ri- a in excélsis De- o, alle-lú-ia. E u o u a e.

*Oraison.* Concéde quæsumus. 156.

*Mémoire de saint Étienne.*

Ant. 8.




℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

*Oraison.* Da nobis quæsumus. 161.

26 DÉCEMBRE

## S. ÉTIENNE PREMIER MARTYR

**Double de II. Classe.**

A LA MESSE

Intr. 1.






**Collecte.**

DA nobis, quæsumus Dómine, imitári quod cólimus : ut discámus et inimícos dilígere ; quia ejus natalítia celebrámus, qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti.

**Mémoire de la Nativité. Collecte.**

CONCEDE, quæsumus omnípotens Deus : ut nos Unigéniti tui nova per carnem natívitas líberet : quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum.

**Lectio Actuum Apostolorum.** *c. 6. et 7. e.*

IN diébus illis : Stéphanus plenus grátia et fortitúdine, faciébat prodígia et signa magna in pópulo. Surrexérunt autem quidam de synagóga, quæ appellátur Libertinórum, et Cyrenénsium, et Alexandrinórum, et eórum qui erant a Cilícia, et Asia, disputántes cum Stéphano : et non póterant resístere sapiéntiæ et spirítui, qui loquebátur. Audiéntes autem hæc, dissecabántur córdibus suis, et stridébant déntibus in eum. Cum autem esset Stéphanus plenus Spíritu Sancto, inténdens in cælum, vidit glóriam Dei, et Jesum stantem a dextris Dei. Et ait : Ecce vídeo cælos apértos, et Fílium hóminis stantem a dextris Dei. Exclamántes autem voce magna continuérunt aures suas, et ímpetum fecérunt unanímiter in eum. Et ejiciéntes eum extra civitátem, lapidábant : et testes deposuérunt vestiménta sua secus pedes adolescéntis, qui vocabátur Saulus. Et lapidábant Stéphanum invocántem, et dicéntem : Dómine Jesu, súscipe spíritum meum. Pósitis autem génibus, clamávit voce magna dicens : Dómine, ne státuas illis hoc peccátum. Et cum hoc dixísset, obdormívit in Dómino.

Grad. 5.






✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 23.*

In illo témpore : Dicébat Jesus scribis et pharisæis : Ecce ego mitto ad vos prophétas, et sapiéntes, et scribas, et ex illis occidétis et crucifigétis, et ex eis flagellábitis in synagógis vestris, et persequémini de civitáte in civitátem : ut véniat super vos omnis sanguis justus, qui effúsus est super terram, a sánguine Abel justi usque ad sánguinem Zacharíæ, fílii Barachíæ, quem occidístis inter templum et altáre. Amen dico vobis, vénient hæc ómnia super generatiónem istam. Jerúsalem, Jerúsalem, quæ occídis prophétas, et lápidas eos, qui ad te missi sunt, quóties vólui congregáre fílios tuos, quemádmodum gallína cóngregat pullos suos sub alas, et noluísti ? Ecce relinquétur vobis domus vestra desérta. Dico enim vobis, non me vidébitis ámodo, donec dicátis : Benedíctus, qui venit in nómine Dómini. Credo.









**Secrète.**

Suscipe Dómine múnera pro tuórum commemoratióne sanctórum : ut, sicut illos pássio gloriósos effécit ; ita nos devótio reddat innócuos. Per Dóminum.

*De la Nativité. Secrète.* Obláta Dómine. 158.




**Postcommunion.**

Auxilientur nobis, Dómine, sumpta mystéria : et, intercedénte beáto Stéphano Mártyre tuo, sempitérna protectióne confírment. Per Dóminum.

*De la Nativité. Postcommunion.* Præsta quæsumus. 158.

## A VÊPRES

*Antiennes et Psaumes de la Nativité,* 158.

**Capitule.** *Act. 6. b.*

Stephanus autem, plenus grátia et fortitúdine, faciébat prodígia et signa magna in pópulo.

Hymn. 1.




℣. Stéphanus vidit cælos apértos.
℟. Vidit et introívit : beátus homo, cui cæli patébant.



℣ Magnificat Ant. 8. G




*Mémoire de S. Jean.*

Ant. 1.




℣. Valde honorándus est beátus Joánnes.
℟. Qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit.

*On fait ensuite mémoire de la Nativité. Ant.* Hódie. 159. ℣. Notum fecit. *Oraison.* Concéde, quæsumus. 156.

27 DÉCEMBRE

## S. JEAN APOTRE ET ÉVANGÉLISTE

Double de II. Classe.

### A LA MESSE

*Introït.* In médio. *du Commun des Docteurs.*

**Collecte.**

Ecclesiam tuam, Dómine, benígnus illústra : ut beáti Joánnis Apóstoli tui et Evangelístæ illumináta doctrínis, ad dona pervéniat sempitérna. Per Dóminum.

*Mémoire de la Nativité. Collecte.* Concéde. 156. — *de S. Étienne. Collecte.* Da nobis. 161.

**Lectio libri Sapientiæ.** *Eccli. 15.*

Qui timet Deum, fáciet bona : et qui cóntinens est justítiæ, apreheéndet illam, et obviábit illi quasi mater honorificáta. Cibábit illum pane vitæ et intelléctus, et aqua sapiéntiæ

salutáris potábit illum : et firmábitur in illo, et non flectétur : et continébit illum, et non confundétur : et exaltábit illum apud próximos suos, et in médio ecclésiæ apériet os ejus, et adimplébit illum spíritu sapiéntiæ et intelléctus, et stola glóriæ véstiet illum. Jucunditátem, et exsultatiónem thesaurizábit super illum, et nómine ætérno hæreditábit illum, Dóminus Deus noster.









℣. **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 21. d.*

In illo témpore : Dixit Jesus Petro : Séquere me. Convérsus Petrus vidit illum discípulum, quem diligébat Jesus, sequéntem, qui et recúbuit in cœna super pectus ejus, et dixit : Dómine, quis est qui tradet te ? Hunc ergo cum vidísset Petrus, dixit Jesu : Dómine, hic autem quid ? Dicit ei Jesus : Sic eum volo manére, donec véniam, quid ad te ? tu me séquere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quia discípulus ille non móritur. Et non dixit ei Jesus : Non móritur ; sed : Sic eum volo manére, donec véniam, quid ad te ? Hic est discípulus ille, qui testimónium pérhibet de his, et scripsit hæc : et scimus, quia verum est testimónium ejus. Credo.

*Offertoire.* Justus ut palma. *du Commun des Docteurs.*

**Secrète.**

Suscipe Dómine múnera, quæ in ejus tibi solemnitáte deférimus, cujus nos confídimus patrocínio liberári. Per Dñum.

*Secrète de la Nativité.* Obláta Dñe. 158. — *de S. Étienne.* Súscipe Dómine. 163.

*Préface de la Nativité,* II.




**Postcommunion.**

Refecti cibo, potúque cælésti, Deus noster, te súpplices deprecámur : ut, in cujus hæc commemoratióne percépimus, ejus muniámur et précibus. Per Dóminum.

*Postcomm. de la Nativité.* Præsta. 158. — *de S. Étienne.* Auxiliéntur. 163.

## A VÊPRES

*Antiennes et Psaumes de la Nativité*, 158.

**Capitule.** *Eccli. 15.*

Qui timet Deum, fáciet bona : et qui cóntinens est justítiæ, apprehéndet illam, et obviábit illi quasi mater honorificáta.

Hymn. 1.









6. Jesu, tibi sit glória, Qui natus es... *ci-dessousou*, 150.

℣. Valde honorándus est beátus Joánnes.
℟. Qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit.

A Magnificat Ant. 6. F




E u o u a e.

*Mémoire des saints Innocents.*

Ant. 1.




℣. Heródes irátus occídit multos púeros.
℟. In Béthlehem Judæ civitáte David.

*Oraison.* Deus cujus hodiérna die. *ci-dessous*, 170.

*Puis de la Nativité. Ant.* Hódie. 159. ℣. Notum fecit. *Oraison.* Concéde. 156. — *Et de S. Étienne. Ant.* Sepeliérunt. 165. ℣. Stéphanus vidit. *Oraison.* Da nobis. 161.

28 DÉCEMBRE

# FÊTE DES SAINTS INNOCENTS

Double de II. Classe.

## A LA MESSE

Intr. 2.




*On ne dit pas le* Glória in excélsis, *ni l'*Allelúia, *et le* ℣. Laudáte púeri, *ni* l'Ite missa est, *à moins que cette fête ne tombe un dimanche.*

### Collecte.

DEUS, cujus hodiérna die præcónium Innocéntes Mártyres non loquéndo, sed moriéndo conféssi sunt : ómnia in nobis vitiórum mala mortífica ; ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, étiam móribus vita fateátur. Per Dóminum.

*Mémoire de la Nativité. Collecte.* Concéde. 156. — *de S. Étienne.* Da nobis. 161. — *de S. Jean.* Ecclésiam tuam. 165.

### Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli. *Apoc. 14.*

IN diébus illis : Vidi supra montem Sion Agnum stantem, et cum eo centum quadragínta quátuor míllia, habéntes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in fróntibus suis. Et audívi vocem de cælo, tamquam vocem aquárum multárum, et tamquam vocem tonítrui magni : et vocem, quam audívi, sicut citharœdórum citharizántium in cítharis suis. Et cantábant quasi cánticum novum ante sedem, et ante quátuor animália, et senióres : et nemo póterat dícere cánticum, nisi illa centum quadragínta quátuor míllia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum muliéribus non sunt coinquináti : vírgines enim sunt. Hi sequúntur Agnum, quocúmque íerit. Hi empti sunt ex homínibus primítiæ Deo, et Agno : et in ore eórum non est invéntum mendácium : sine mácula enim sunt ante thronum Dei.



Grad. 5.




4.




*On dit ce Trait suivant à la place de l'*Allelúia *et du* ℣. Laudáte púeri. *si la fête tombe un autre jour que le dimanche.*




✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 2. c.*

In illo témpore : Angelus Dómini appáruit in somnis Joseph, dicens : Surge, et áccipe púerum, et matrem ejus, et fuge in Ægýptum, et esto ibi usque dum dicam tibi. Futúrum est enim, ut Heródes quærat púerum ad perdéndum eum. Qui consúrgens accépit púerum, et matrem ejus nocte, et secéssit in Ægýptum : et erat ibi usque ad óbitum Heródis : ut adimplerétur quod dictum est a Dómino per Prophétam dicéntem : Ex Ægýpto vocávi Fílium meum. Tunc Heródes videns quóniam illúsus esset a Magis, irátus est valde, et mittens occídit



omnes púeros, qui erant in Béthlehem, et in ómnibus fínibus ejus, a bimátu et infra, secúndum tempus quod exquisíerat a Magis. Tunc adimplétum est quod dictum est per Jeremíam prophétam dicéntem : Vox in Rama audíta est, plorátus et ululátus multus : Rachel plorans fílios suos, et nóluit consolári, quia non sunt. Credo.




**Secrète.**

Sanctorum tuórum, Dómine, nobis pia non desit orátio : quæ et múnera nostra concíliet, et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum.

*Secrète de la Nativité.* Obláta Dómine. 158. — *de S. Étienne.* Súscipe Dñe. 163. — *de S. Jean.* Súscipe Dñe. 167.




**Postcommunion.**

Votiva, Dómine, dona percépimus : quæ sanctórum nobis précibus, et præséntis, quæsumus, vitæ páriter et ætérnæ tríbue conférre subsídium. Per Dóminum.

*Postcommunion de la Nativité.* Præsta. 158. — *de S. Étienne.* Auxiliéntur. 163. — *de S. Jean.* Refécti cibo. 167.

## A VÊPRES

*Antiennes et Psaumes de la Nativité,* 158.

**Capitule.** *Apoc. 14.*

VIDI supra montem Sion Agnum stantem, et cum eo centum quadragínta quátuor míllia, habéntes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in fróntibus suis.




3. Jesu, tibi sit glória, Qui natus es... 150.

℣. Sub throno Dei omnes sancti clamant.
℟. Víndica sánguinem nostrum Deus noster.






*Mémoire de S. Thomas de Cantorbéry, si le lendemain n'est pas un dimanche. Ant.* Iste sanctus. *Comm. d'un Mart. I. Vêpres.*

℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

**Oraison.**

DEUS, pro cujus Ecclésia gloriósus Póntifex Thomas gládiis impiórum occúbuit : præsta, quæsumus; ut omnes qui ejus implórant auxílium, petitiónis suæ salutárem consequántur efféctum. (Per Dóminum.)

*On fait ensuite mémoire de la Nativité, de S. Étienne et de S. Jean, comme ci-dessous.*

### Mémoires des Octaves.

**De la Nativité.** *Ant.* Hódie Christus natus est. 159. ℣. Notum fecit. *Oraison.* Concéde, quæsumus. 156.

**De S. Étienne.** *Ant.* Sepeliérunt Stéphanum. 165. ℣. Stéphanus vidit. *Oraison.* Da nobis, quæsumus. 161.

**De S. Jean.** *Ant.* Exiit sermo. 169. ℣. Valde honorándus est. *Oraison.* Ecclésiam tuam. 165.

**Des SS. Innocents.** *Ant.* Innocéntes. 174. ℣. Sub throno Dei. *Oraison.* Deus, cujus hodiérna die. 170.

¶ *Si le lendemain est un Dimanche, au lieu de la mémoire de S. Thomas qu'on omet, on fait mémoire du Dimanche. Ant.* Dum médium. ℣. Verbum. *Oraison.* Omnípotens. 177. *Enfin des Octaves, comme ci-dessus.*

---

# Le Dimanche dans l'Octave de Noël.

## AUX I. VÊPRES

*Antiennes et Psaumes de la Nativité,* 158, *du rite semidouble.*

**Capitule.** *Galat. 4.*

FRATRES : Quanto témpore hæres párvulus est, nihil differt a servo, cum sit dóminus ómnium : sed sub tutóribus et actóribus est usque ad præfinítum tempus a patre.

*Hymne.* Jesu Redémptor ómnium. 119.

℣. Verbum caro factum est, allelúia.
℟. Et habitávit in nobis, allelúia.






A LA MESSE

Intr. 8.






**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo : ut in nómine dilécti Fílii tui, mereámur bonis opéribus abundáre : Qui tecum vivit.

*On fait mémoire des quatre Octaves.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas.** *Gal. 4.*

FRATRES : Quanto témpore hæres párvulus est, nihil differt a servo, cum sit dóminus ómnium : sed sub tutóribus et actóribus est usque ad præfinítum tempus a patre : ita et nos cum essémus párvuli, sub eleméntis mundi erámus serviéntes. At ubi venit plenitúdo témporis, misit Deus Fílium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus. Quóniam autem estis fílii, misit Deus Spíritum Fílii sui in corda vestra, clamántem : Abba, Pater. Itaque jam non est servus, sed fílius. Quod si fílius, et hæres per Deum.

Grad. 3.





ló- ci- ter scri- bén- tis.

Allelúia, allelúia. ℣. Dóminus regnávit. 153.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 2. c.*

In illo témpore : Erat Joseph et María mater Jesu, miréntes super his quæ dicebántur de illo. Et benedíxit illis Símeon, et dixit ad Maríam matrem ejus : Ecce pósitus est hic in ruínam, et in resurrectiónem multórum in Israel : et in signum cui contradicétur : et tuam ipsíus ánimam pertransíbit gládius, ut reveléntur ex multis córdibus cogitatiónes. Et erat Anna prophetíssa, fília Phánuel, de tribu Aser : hæc procésserat in diébus multis, et víxerat cum viro suo annis septem a virginitáte sua. Et hæc vídua usque ad annos octogínta quátuor ; quæ non discedébat de templo, jejúniis et obsecratiónibus sérviens nocte ac die. Et hæc, ipsa hora supervéniens, confitebátur Dómino, et loquebátur de illo ómnibus qui exspectábant redemptiónem Israel. Et ut perfecérunt ómnia secúndum legem Dómini, revérsi sunt in Galilæam, in civitátem suam Názareth. Puer autem crescébat et confortabátur, plenus sapiéntia : et grátia Dei erat in illo. Credo.

*Offertoire.* Deus firmávit. 154.

**Secrète.**

Concede, quæsumus omnípotens Deus : ut óculis tuæ majestátis munus oblátum, et grátiam nobis piæ devotiónis obtíneat, et effectum beátæ perennitátis acquírat. Per Dóminum.

*On fait mémoire des quatre Octaves.*




**Postcommunion.**

Per hujus, Dómine, operatiónem mystérii, et vítia nostra purgéntur, et justa desidéria compleántur. Per Dóminum.

*On fait mémoire des quatre Octaves.*



AUX II. VÊPRES

*Antiennes et Psaumes de la Nativité,* 158. *(On ne double pas les Antiennes si cet Office se fait le 29.)*

*Capitule, Hymne et ℣. des I. Vêpres,* 175.




*On fait ensuite mémoire des Octaves, comme plus haut,* 175.

## De l'Octave de la Nativité de N.-S.

**Messe.** Puer natus est. 155.

*On fait mémoire de saint Étienne, de saint Jean et des saints Innocents.*

*Épître.* Caríssime : Appáruit. 152. *Évangile.* Pastóres. 154.

31 DÉCEMBRE

## S. Silvestre Pape et Conf. *Double.*

AUX I. VÊPRES

*Antiennes et Ps. de la Nativité,* 158. *Depuis le Capitule, du Commun d'un Confesseur Pontife. Or.* Da quæsumus. — *Mémoire du Dimanche ou de S. Thomas, puis des Octaves,* 175.

A LA MESSE

*Introït.* Sacerdótes tui. *au Commun d'un Conf. Pont., 2°.*

*Oraisons de la Messe* Státuit. *Mémoire des 4 Octaves.*

*Épître.* Caríssime. *du Commun des Docteurs.*

*Graduel.* Ecce sacérdos. *de la Messe* Státuit.






*Évangile.* Sint lumbi. *de la Messe* Os justi. *Commun d'un Confesseur non Pontife,* 1°.

*Offertoire.* Invéni. *de la Messe* Státuit.

*Communion.* Beátus servus. *de la Messe* Sacerdótes tui.

## LA CIRCONCISION DE NOTRE-SEIGNEUR

### Octave de la Nativité.

**Double de II. Classe.**

AUX I. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Dixit Dñus. 63. — **2.** Laudáte púeri. 64. — **3.** Lætátus sum. 86. — **4.** Nisi Dñus. 86. — **5.** Lauda Jerúsalem. 90.

1. Ant. 6. F




2. Ant. 3. a









3. Ant. 4. E










4. Ant. 1. f







5. Ant. 2. D












*Après la Sept.* * mundi. E u o u a e.

**Capitule.** *Tit. 2. c.*

APPARUIT grátia Dei Salvatóris nostri ómnibus homínibus, erúdiens nos, ut abnegántes impietátem et sæculária desidéria, sóbrie, et juste, et pie vivámus in hoc sæculo.

*Hymne.* Jesu Redémptor ómnium. 119.

℣. Verbum caro factum est, allelúia.
℟. Et habitávit in nobis, allelúia.




*On ne fait aucune mémoire.*

## A LA MESSE

*Introït.* Puer natus est. 155.

**Collecte.**

DEUS, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fecúnda, humáno géneri præmia præstitísti : tríbue, quæsumus ; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit.

*Épître.* Appáruit. 142. *Graduel.* Vidérunt. 156.









℣. Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 2. c.*

IN illo témpore : Postquam consummáti sunt dies octo ut circumciderétur puer : vocátum est nomen ejus Jesus, quod vocátum est ab Angelo, priúsquam in útero conciperétur.

Credo.

*Offertoire.* Tui sunt cæli. 157.

**Secrète.**

MUNERIBUS nostris, quæsumus Dómine, precibúsque suscéptis : et cæléstibus nos munda mystériis, et cleménter exáudi. Per Dóminum nostrum.

*Communion.* Vidérunt. 158.

**Postcommunion.**

HÆC nos commúnio, Dómine, purget a crímine : et intercedénte beáta Vírgine Dei Genitríce María, cæléstis remédii fáciat esse consórtes. Per cúmdem Dóminum.

## AUX II. VÊPRES

*Tout comme aux I. Vêpres, excepté :*

℣. Notum fecit Dóminus, allelúia. ℟. Salutáre suum, allelúia.





vé-ni- ent, dicéntes : Gló-ri-a ti-bi Dó- mine. E u o u a e.

*Oraison.* Deus, qui salútis. *ci-dessus,* 182.

*Mémoire de S. Étienne. Ant.* Stéphanus autem. 160.

℣. Stéphanus vidit cælos apértos.

℟. Vidit et introívit : beátus homo, cui cæli patébant.

*Oraison.* Omnípotens. *ci-dessous.*

*On ne fait pas mémoire des autres Octaves.*

---

2 JANVIER

## Octave de S. Étienne. *Double.*

**Messe.** Sedérunt príncipes. *comme au jour de la fête,* 160, *excepté l'Oraison suivante :*

**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui primítias Mártyrum in beáti Levítæ Stéphani sánguine dedicásti : tríbue, quæsumus; ut pro nobis intercéssor exsístat, qui pro suis étiam persecutóribus exorávit Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit.

*Mémoire de S. Jean et des SS. Innocents.*

Credo. *Préface de la Nativité,* 11.

AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Dixit Dñus. 63. — **2.** Confitébor. 63. — **3.** Beátus vir. 64. — **4.** Laudáte púeri. 64. — **5.** Crédidi. 85.

1. Ant. 8. G



L Apidavérunt Stéphanum, et ipse invocábat



Dóminum, dicens : Ne státu- as il-lis hoc peccátum. Euouae.

2. Ant. 7. a



L Apides torréntis illi dulces fu- érunt : ipsum se-



quúntur omnes á-nimæ justæ. E u o u a e.



3. Ant. 8. G



A Dhæsit á- nima me- a post te, qui- a ca-ro me- a



lapidá-ta est pro te, De- us me- us. E u o u a e.

4. Ant. 8. G



S Téphanus vi-dit cælos apértos, vi-dit, et intro- í-



vit : be- á-tus homo, cu- i cæ-li patébant. E u o u a e.

5. Ant. 4. A



E Cce víde- o cælos a-pértos, et Jesum stantem



a dextris virtú-tis De- i. E u o u a e.

*A partir du Capitule, on fait de l'Octave de S. Jean.*

*Capitule.* Qui timet. 168. *Hymne.* Exsúltet. 168.

℣. Valde honorándus est beátus Joánnes.

℟. Qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit.

*A Magnificat, Ant.* Iste est Joánnes. 165. *Oraison.* Ecclésiam.

*Mémoire de S. Étienne. Ant.* Sepeliérunt. 165. ℣. Stéphanus vidit. 164. *Oraison.* Omnípotens. 184.

*Ensuite des SS. Innocents. Ant.* Innocéntes pro Christo. 174. ℣. Sub throno Dei. *Oraison.* Deus, cujus. 170.

---

3 JANVIER

## Octave de S. Jean. *Double.*

**Messe** *du jour de la fête,* 165, *avec mémoire des SS. Innocents seulement.* Credo. *Préface des Apôtres,* 12.

AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Dixit Dñus. 63. — **2.** Laudáte púeri. 64. — **3.** Crédidi. 85. — **4.** In converténdo. 86. — **5.** Dñe probásti me. 88.

1. Ant. 8. G

V Alde honorándus est be- á-tus Jo- ánnes, qui supra pectus Dómi-ni in cœna recúbu- it. E u o u a e.

2. Ant. 3. á

H IC est discípulus ille, qui testimóni- um pérhibet de his : et scimus qui- a ve-rum est testimóni- um e-jus. E u o u a e.

3. Ant. 3. á

H IC est discípulus me- us : sic e- um vo-lo manére do-nec véni- am. E u o u a e.

4. Ant. 1. f

S Unt de hic stántibus, qui non gustábunt mortem, donec víde- ant Fí-li- um hóminis in regno su-o. E u o u a e.

5. Ant. 1. f

E Cce pu- er me- us e- léctus, quem e-légi, pósu- i super e- um spí- ri-tum me- um. E u o u a e.

*Le reste comme au jour de la fête*, 168, *avec mémoire des SS. Innocents. Ant.* Hi sunt. 169. ℣. Heródes irátus. *Oraison.* Deus, cujus hodiérna die. 170.



4 JANVIER

## Octave des saints Innocents. *Double.*

**Messe.** Ex ore. *comme au jour de la fête*, 170, *mais en supprimant les mémoires. On dit le* Glória in excélsis, *le Graduel, l'*Allelúia *avec le* ℣. Laudáte púeri. *On ne dit pas le* Credo, *à moins que ce ne soit un dimanche.*

*On dit* Ite missa est.

### AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Dixit Dóminus. 63. — **2.** Confitébor. 63. — **3.** Beátus vir. 64. — **4.** Laudáte púeri. 64. — **5.** Crédidi. 85.

1. Ant. 1. f

H Eró-des i-rá-tus occídit multos pú-eros in Béthlehem Judæ ci-vi-táte David. E u o u a e.

2. Ant. 1. f

A bimá-tu et infra, occídit multos pú-e-ros Heró-des propter Dóminum. E u o u a e.

3. Ant. 8. G

A Nge-li e-ó-rum semper vi-dent fáci- em Patris. E u o u a e.

4. Ant. 2. D

V OX in Rama audí-ta est, plorátus et u-lulá-tus, Rachel plorans fí- li- os su-os. E u o u a e.

5. Ant. 8. c

S UB thro-no De- i omnes san-




*Le reste comme au jour de la fête,* 174.

*Après l'Oraison des SS. Innocents, on fait mémoire de la Vigile de l'Épiphanie. Ant.* Puer Jesus. 179.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúia. ℟. Salutáre suum, allelúia.

**Oraison.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo : ut in nómine dilécti Fílii tui mereámur bonis opéribus abundáre.

*Enfin, mémoire de S. Télesphore, Pape et Martyr. Ant.* Iste sanctus. ℣. Glória et honóre. *du Commun.*

**Oraison.**

DEUS, qui nos beáti Telésphori Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas : concéde propítius ; ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

## La Vigile de l'Épiphanie. *Semidouble.*

**Messe** *du Dimanche dans l'Octave de la Nativité,* 176, *excepté ce qui suit :*

*On omet les mémoires des Octaves. Mais on fait mémoire de S. Télesphore, Pape et Martyr : Collecte et Secrète de la Messe* Sacerdótes. *pour un Martyr Pontife ; Postcomm. de la Messe* Lætábitur. *pour un Martyr non Pontife.*

*Ensuite mémoire de la B. M. V. Oraisons de la Circoncision,* 182.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth.* 2.

IN illo témpore : Defúncto Heróde, ecce Angelus Dómini appáruit in somnis Joseph in Ægýpto, dicens : Surge, et áccipe púerum, et matrem ejus, et vade in terram Israel : defúncti sunt enim, qui quærébant ánimam púeri. Qui consúrgens, accépit púerum, et matrem ejus, et venit in terram Israel. Aúdiens autem quod Archeláus regnáret in Judæa pro Heróde patre suo, tímuit illo ire : et admónitus in somnis, secéssit in partes Galilææ. Et véniens habitávit in civitáte, quæ vocátur Názareth : ut adimplerétur quod dictum est per prophétas : Quóniam Nazaræus vocábitur. Credo.



# L'ÉPIPHANIE DE NOTRE-SEIGNEUR

**Double de I. Classe.**

AUX I. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Dixit Dñus. 63. — **2.** Confitébor. 63. — **3.** Beátus vir. 64. — **4.** Laudáte púeri. 64. — **5.** Laudáte Dóminum. 85.






**Capitule.** *Isaie. 60.*

SURGE, illumináre Jerúsalem, quia venit lumen tuum, et glória Dómini super te orta est.




2. Ibant Magi, quam ví-derant, Stellam sequéntes prævi- am:
Lumen requí- runt lúmi-ne : De- um faténtur múnere.

3. Lavácra puri gúrgi-tis Cæléstis Agnus áttigit : Peccáta,
quæ non détu- lit, Nos ablu-éndo sústu-lit. 4. Novum genus






¶ *Ainsi se chantent et se terminent les Hymnes pendant l'Octave.*

℣. Reges Tharsis et ínsulæ múnera ófferent.
℟. Reges Arabum et Saba dona addúcent.




¶ *L'Hymne de Complies sur le ton de l'Hymne de Vêpres.*

## A LA MESSE






**Collecte.**

DEUS, qui hodiérna die Unigénitum tuum géntibus stella duce revelásti : concéde propítius ; ut qui jam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúmdem Dóminum.

**Lectio Isaiæ Prophetæ.** *Isaie. 60.*

SURGE, illumináre Jerúsalem : quia venit lumen tuum, et glória Dómini super te orta est. Quia ecce ténebræ opérient terram, et calígo pópulos : super te autem oriétur Dóminus, et glória ejus in te vidébitur. Et ambulábunt gentes in lúmine tuo, et reges in splendóre ortus tui. Leva in circúitu óculos tuos, et vide : omnes isti congregáti sunt, venérunt tibi : fílii tui de longe vénient, et fíliæ tuæ de látere surgent. Tunc vidébis, et áfflues, mirábitur et dilatábitur cor tuum, quando convérsa fúerit ad te multitúdo maris, fortitúdo géntium vénerit tibi. Inundátio camelórum opériet te, dromedárii Mádian et Epha : omnes de Saba vénient, aurum et thus deferéntes, et laudem Dómino annuntiántes.









✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 2.*

CUM natus esset Jesus in Béthlehem Juda in diébus Heródis regis, ecce Magi ab Oriénte venérunt Jerosólymam, dicéntes : Ubi est qui natus est rex Judæórum ? Vídimus enim stellam ejus in Oriénte, et vénimus adoráre eum. Audiens autem Heródes rex, turbátus est, et omnis Jerosólyma cum illo. Et cóngregans omnes príncipes sacerdótum, et scribas pópuli, sciscitabátur ab eis, ubi Christus nascerétur. At illi dixérunt ei : In Béthlehem Judæ : sic enim scriptum est per Prophétam : Et tu Béthlehem terra Juda, nequáquam mínima es in princípibus Juda : ex te enim éxiet dux, qui regat pópulum meum Israel. Tunc Heródes, clam vocátis Magis, diligénter dídicit ab eis tempus stellæ, quæ appáruit eis : et mittens illos in Béthlehem, dixit : Ite, et interrogáte diligénter de púero : et cum invenéritis, renuntiáte mihi, ut et ego véniens adórem eum. Qui cum audíssent regem, abiérunt. Et ecce stella, quam víderant in Oriénte, antecedébat eos, usque dum véniens staret supra, ubi erat puer. Vidéntes autem stellam, gavísi sunt gáudio magno valde. Et intrántes domum, invenérunt púerum cum María matre ejus *(On fléchit le genou)*, et procidéntes adoravérunt eum. Et apértis thesáuris suis, obtulérunt ei múnera, aurum, thus, et myrrham. Et respónso accépto in somnis, ne redírent ad Heródem, per áliam viam revérsi sunt in regiónem suam. Credo.

Offert. 5.




**Secrète.**

Ecclesiæ tuæ, quæsumus Dómine, dona propítius intuére : quibus non jam aurum, thus, et myrrha profértur ; sed quod eísdem munéribus declarátur, immolátur et súmitur, Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster : Qui tecum vivit.

Comm. 4.




**Postcommunion.**

Præsta, quæsumus omnípotens Deus : ut quæ solémni celebrámus offício, purificátæ mentis intelligéntia consequámur. Per Dóminum nostrum.

## AUX II. VÊPRES

*Antiennes des I. Vêpres,* 189. *Psaumes du Dimanche,* 63.

*Capitule.* Surge. *Hymne.* Crudélis Heródes. 190.

℣. Reges Tharsis et ínsulæ múnera ófferent.
℟. Reges Arabum et Saba dona addúcent.



℣ Magnificat Ant. 1. J




¶ *Si l'Épiphanie est un Samedi, on fait aux II. Vêpres mémoire du Dimanche dans l'Octave.*

Ant. 2. D




E u o u a e.

℣. Omnes de Saba vénient, allelúia.
℟. Aurum et thus deferéntes, allelúia.

*Oraison.* Vota, quæsumus. 196.

# Le Dimanche dans l'Octave de l'Épiphanie.

Intr. 8.




### Collecte.

VOTA, quæsumus Dómine, supplicántis pópuli cælésti pietáte proséquere : ut et quæ agénda sunt, vídeant ; et ad implénda quæ víderint, convaléscant. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire de l'Épiphanie. Collecte.* Deus. 192.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.** *Rom.* 12.

FRATRES : Obsecro vos per misericórdiam Dei, ut exhibeátis córpora vestra hóstiam vivéntem, sanctam, Deo placéntem, rationábile obséquium vestrum. Et nolíte conformári huic sæculo, sed reformámini in novitáte sensus vestri : ut probétis quæ sit volúntas Dei bona, et benéplacens, et perfécta. Dico enim per grátiam, quæ data est mihi, ómnibus qui sunt inter vos : Non plus sápere, quam opórtet sápere, sed sápere ad sobrietátem : et unicuíque sicut Deus divísit mensúram fídei. Sícut enim in uno córpore multa membra habémus, ómnia autem membra non eúmdem actum habent : ita multi unum corpus sumus in Christo, sínguli autem alter altérius membra : in Christo Jesu Dómino nostro.



Grad. 7.




8.




℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 2. f.*

CUM factus esset Jesus annórum duódecim, ascendéntibus illis Jerosólymam secúndum consuetúdinem diéi festi, consummatísque diébus, cum redírent, remánsit puer Jesus in Jerúsalem, et non cognovérunt paréntes ejus. Existimántes autem illum esse in comitátu, venérunt iter diéi, et requirébant eum inter cognátos et notos. Et non inveniéntes, regréssi sunt in Jerúsalem, requiréntes eum. Et factum est, post tríduum invenérunt illum in templo sedéntem in médio doctórum, audiéntem illos, et interrogántem eos. Stupébant autem omnes, qui eum audiébant, super prudéntia et respónsis ejus. Et vidéntes admiráti sunt. Et dixit mater ejus ad illum : Fili, quid fecísti nobis sic? ecce pater tuus, et ego doléntes quærebámus te. Et ait ad illos : Quid est, quod me quærebátis ? nesciebátis, quia in his, quæ Patris mei sunt, opórtet me esse? Et ipsi non intellexérunt verbum, quod locútus est ad eos. Et descéndit cum eis, et venit Názareth : et erat súbditus illis. Et mater ejus conservábat ómnia verba hæc in corde suo. Et Jesus proficiébat sapiéntia, et ætáte, et grátia apud Deum et hómines. Credo.

Offert. 5.






**Secrète.**

OBLATUM tibi, Dómine, sacrifícium vivíficet nos semper, et múniat. Per Dóminum nostrum.

*De l'Épiphanie. Secrète.* Ecclésiæ tuæ. 194.

Comm. 1.




**Postcommunion.**

SUPPLICES te rogámus, omnípotens Deus : ut quos tuis réficis sacraméntis, tibi étiam plácitis móribus dignánter deservíre concédas. Per Dóminum nostrum.

*De l'Épiphanie. Postcommunion.* Præsta, quæsumus. 194.

## A VÊPRES

*Antiennes des I. Vêpres de la fête,* 194. *Ps. du Dimanche,* 63.

**Capitule.** *Rom. 12.*

FRATRES : Obsecro vos per misericórdiam Dei, ut exhibeátis córpora vestra hóstiam vivéntem, sanctam, Deo placéntem, rationábile obséquium vestrum.

*Hymne.* Crudélis Heródes. 190.

℣. Reges Tharsis et ínsulæ múnera ófferent.
℟. Reges Arabum et Saba dona addúcent.

A Magnificat Ant. 8. G





tis ? nesci-ebá-tis qui- a in i- is quæ Patris me- i sunt, o-

pórtet me esse. E u o u a e.

*Mémoire de l'Épiphanie. Ant.* Tribus miráculis. 195.

℣. Omnes de Saba vénient, allelúia.
℟. Aurum et thus deferéntes, allelúia.

*Oraison.* Deus, qui hodiérna die. 192.

## Octave de l'Épiphanie.

*Comme au jour de la fête,* 189, *excepté ce qui suit :*

**Collecte.**

DEUS, cujus Unigénitus in substántia nostræ carnis appáruit : præsta, quæsumus ; ut per eum, quem símilem nobis foris agnóvimus, intus reformári mereámur : Qui tecum vivit.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 1. d.*

IN illo témpore : Vidit Joánnes Jesum veniéntem ad se, et ait : Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi. Hic est, de quo dixi : Post me venit vir, qui ante me factus est : quia prior me erat. Et ego nesciébam eum, sed ut manifestétur in Israel, propterea veni ego in aqua baptízans. Et testimónium perhíbuit Joánnes, dicens : Quia vidi Spíritum descendéntem quasi colúmbam de cælo, et mansit super eum. Et ego nesciébam eum : sed qui misit me baptizáre in aqua, ille mihi dixit : Super quem víderis Spíritum descendéntem, et manéntem super eum, hic est, qui baptízat in Spíritu Sancto. Et ego vidi : et testimónium perhíbui, quia hic est Fílius Dei. Credo.

**Secrète.**

HOSTIAS tibi, Dómine, pro nati Fílii tui apparitióne deférimus, supplíciter exorántes : ut, sicut ipse nostrórum auctor est múnerum, ita sit ipse misércors et suscéptor, Jesus Christus Dóminus noster : Qui tecum vivit.

**Postcommunion.**

CÆLESTI lúmine, quæsumus Dómine, semper et ubíque nos prævéni : ut mystérium, cujus nos partícipes esse voluísti, et puro cernámus intúitu, et digno percipiámus affféctu. Per Dóminum nostrum.

¶ *Si l'Octave de l'Épiphanie arrive le Dimanche, on ne fait pas mémoire du Dimanche.*



LE II. DIMANCHE APRÈS L'ÉPIPHANIE

## FÊTE DU TRÈS SAINT NOM DE JÉSUS

**Double de II. Classe.**

AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Crédidi. 85.




**Capitule.** *Philipp. 2.*

FRATRES : Christus humiliávit semetípsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum, et donávit illi nomen quod est super omne nomen : ut in nómine Jesu omne genu flectátur.

Hymn. 1.




℣. Sit nomen Dómini benedíctum, allelúia.
℟. Ex hoc nunc, et usque in sæculum, allelúia.

A Magnificat Ant. 8. G









e-jus.

*Mémoire du Dimanche.*

Ant. 7.




℣. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

*Oraison.* Deus, qui Unigénitum. *ci-dessous,* 204.

¶ *L'Hymne de Complies sur le ton de celle de Vêpres avec la doxologie* Jesu tibi sit glória, Qui natus es de Vírgine.

## A LA MESSE

Intr. 8.






**Collecte.**

DEUS, qui Unigénitum Fílium tuum constituísti humáni géneris Salvatórem, et Jesum vocári jussísti : concéde propítius ; ut, cujus sanctum nomen venerámur in terris, ejus quoque aspéctu perfruámur in cælis. Per eúmdem Dóminum.

**Du II. Dimanche après l'Épiphanie. Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui cæléstia simul et terréna moderáris : supplicatiónes pópuli tui cleménter exáudi, et pacem tuam nostris concéde tempóribus. Per Dóminum.

**Lectio Actuum Apostolorum.** *Act. 4. b.*

IN diébus illis : Petrus replétus Spíritu Sancto, dixit : Príncipes pópuli et senióres, audíte. Si nos hódie dijudicámur in benefácto hóminis infírmi, in quo iste salvus factus est, notum sit ómnibus vobis, et omni plebi Israel : quia in nómine Dómini nostri Jesu Christi Nazaréni, quem vos crucifixístis, quem Deus suscitávit a mórtuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobátus est a vobis ædificántibus : qui factus est in caput ánguli : et non est in álio áliquo salus. Nec enim áliud nomen est sub cælo datum homínibus, in quo opórteat nos salvos fíeri.











*Après la Septuagésime, on omet l'*Allelúia *et son ỳ., et l'on dit*

Trait. 8.




*Au Temps Pascal, pour les Messes voëives :* Allelúia, allelúia. ỳ. Laudem Dómini. *comme ci-dessus ; puis :*

5.









*Évangile de la Circoncision,* 183.

Offert. 1.



### Secrète.

BENEDICTIO tua, clementíssime Deus, qua omnis viget creatúra, sanctíficet, quæsumus, hoc sacrifícium nostrum, quod ad glóriam nóminis Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi offérimus tibi : ut majestáti tuæ placére possit ad laudem, et nobis profícere ad salútem. Per eúmdem Dóminum.

Du II. Dimanche après l'Épiphanie. Secrète.

OBLATA, Dómine, múnera sanctífica : nosque a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per Dóminum.

*Préface de la Nativité,* II.




### Postcommunion.

OMNIPOTENS ætérne Deus, qui creásti et redemísti nos, réspice propítius vota nostra : et sacrifícium salutáris hóstiæ, quod in honórem nóminis Fílii tui, Dómini nostri Jesu Christi, majestáti tuæ obtúlimus, plácido et benígno vultu suscípere dignéris ; ut grátia tua nobis infúsa, sub glorióso nómine Jesu, ætérnæ prædestinatiónis título gaudeámus nómina nostra scripta esse in cælis. Per eúmdem Dóminum.

Du II. Dimanche après l'Épiphanie. Postcommunion.

AUGEATUR in nobis, quæsumus Dómine, tuæ virtútis operátio : ut divínis vegetáti sacraméntis, ad eórum promíssa capiénda, tuo múnere præparémur. Per Dóminum.



AUX II. VÊPRES

*Tout comme aux I. Vêpres, excepté :*




*Mémoire du Dimanche.*




℣. Dirigátur Dñe. ℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

## Oraisons qui doivent se dire le Dimanche.

### I. De l'Octave de l'Épiphanie à la Purification.

#### 2. De la sainte Vierge. Collecte.

DEUS, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fecúnda, humáno géneri præmia præstitísti : tríbue, quæsumus ; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

#### Secrète.

MUNERIBUS nostris, quæsumus Dómine, precibúsque suscéptis : et cæléstibus nos munda mystériis, et cleménter exáudi.

#### Postcommunion.

HÆC nos commúnio, Dómine, purget a crímine : et, intercedénte beáta Vírgine Dei Genitríce María, cæléstis remédii fáciat esse consórtes.

**3. Oraison.** *Pour l'Église ou pour le Pape, comme au I. Dimanche de l'Avent,* 92.

### II. Depuis la Purification jusqu'au Carême et de la Pentecôte à l'Avent.

**2. Pour demander les Suffrages des Saints. Collecte.**

A cunctis nos, quæsumus Dómine, mentis et córporis defénde perículis : et, intercedénte beáta et gloriósa semper Vírgine Dei Genitríce María, cum beáto Joseph, beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque beáto *N.* et ómnibus Sanctis, salútem nobis tríbue benígnus et pacem ; ut, destrúctis adversitátibus et erróribus univérsis, Ecclésia tua secúra tibi sérviat libertáte.

**Secrète.**

EXAUDI nos, Deus salutáris noster : ut, per hujus sacraménti virtútem, a cunctis nos mentis et córporis hóstibus tueáris ; grátiam tríbuens in præsénti, et glóriam in futúro.

**Postcommunion.**

MUNDET et múniat nos, quæsumus Dómine, divíni sacraménti munus oblátum : et, intercedénte beáta Vírgine Dei Genitríce María, cum beáto Joseph, beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque beáto *N.* et ómnibus Sanctis ; a cunctis nos reddat et perversitátibus expiátos, et adversitátibus expedítos.

**3. Oraison,** *au choix du Prêtre.*

## Le III. Dimanche après l'Épiphanie.






**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, infirmitátem nostram propítius réspice : atque ad protegéndum nos, déxteram tuæ majestátis exténde. Per Dóminum.

**2.** *de la sainte Vierge,* 209. — **3.** *pour l'Église ou pour le Pape,* 92.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.** *Rom. 12. d.*

FRATRES : Nolíte esse prudéntes apud vosmetípsos : nulli malum pro malo reddéntes : providéntes bona non tantum coram Deo, sed étiam coram ómnibus homínibus. Si fíeri potest, quod ex vobis est, cum ómnibus homínibus pacem habéntes : non vosmetípsos defendéntes, caríssimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim : Mihi vindícta ; ego retríbuam, dicit Dóminus. Sed si esuríerit inimícus tuus, ciba illum : si sitit, potum da illi : hoc enim fáciens, carbónes ignis cónges super caput ejus. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.






✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 8.*

In illo témpore : Cum descendísset Jesus de monte, secútæ sunt eum turbæ multæ : et ecce leprósus véniens adorábat eum, dicens : Dómine, si vis, potes me mundáre. Et exténdens Jesus manum, tétigit eum, dicens : Volo, mundáre. Et conféstim mundáta est lepra ejus. Et ait illi Jesus : Vide, némini díxeris ; sed vade, osténde te sacerdóti, et offer munus, quod præcépit Móyses, in testimónium illis. Cum autem introísset Caphárnaum, accéssit ad eum centúrio, rogans eum et dicens : Dómine, puer meus jacet in domo paralýticus, et male torquétur. Et ait illi Jesus : Ego véniam, et curábo eum. Et respóndens centúrio, ait : Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum : sed tantum dic verbo, et sanábitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestáte constitútus, habens sub me mílites, et dico huic : Vade, et vadit ; et álii : Veni, et venit ; et servo meo : Fac hoc, et facit. Audiens autem Jesus, mirátus est, et sequéntibus se dixit : Amen dico vobis, non invéni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab Oriénte et Occidénte vénient, et recúmbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob in regno cælórum : fílii autem regni ejiciéntur in ténebras exterióres : ibi erit fletus et stridor déntium. Et dixit Jesus centurióni : Vade, et sicut credidísti, fiat tibi. Et sanátus est puer in illa hora. Credo.









**Secrète.**

Hæc hóstia, Dómine quæsumus, emúndet nostra delícta : et ad sacrifícium celebrándum, subditórum tibi córpora, mentésque sanctíficet. Per Dóminum nostrum.

**2.** *de la sainte Vierge*, 209. — **3.** *pour l'Église ou pour le Pape*, 94.




**Postcommunion.**

Quos tantis, Dómine, largíris uti mystériis : quæsumus ; ut efféctibus nos eórum veráciter aptáre dignéris. Per Dñum.

**2.** *de la sainte Vierge*, 209. — **3.** *pour l'Église ou pour le Pape*, 95.

A VÊPRES




## Le IV. Dimanche après l'Épiphanie.

A LA MESSE

*Comme au III. Dimanche, excepté :*

**Collecte.**

Deus, qui nos in tantis perículis constitútos, pro humána scis fragilitáte non posse subsístere : da nobis salútem mentis et córporis ; ut ea, quæ pro peccátis nostris pátimur, te adjuvánte vincámus. Per Dóminum nostrum.

**2.** *de la sainte Vierge*, 209. — **3.** *pour l'Église ou pour le Pape*, 92.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.** *Rom. 13. c.*

FRATRES : Némini quidquam debeátis, nisi ut ínvicem diligátis : qui enim díligit próximum, legem implévit. Nam : Non adulterábis : Non occídes : Non furáberis : Non falsum testimónium dices : Non concupísces : et si quod est áliud mandátum, in hoc verbo instaurátur : Díliges próximum tuum sicut teípsum. Diléctio próximi malum non operátur. Plenitúdo ergo legis est diléctio.

℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 8. c.*

IN illo témpore : Ascendénte Jesu in navículam, secúti sunt eum discípuli ejus : et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navícula operirétur flúctibus, ipse vero dormiébat. Et accessérunt ad eum discípuli ejus, et suscitavérunt eum, dicéntes : Dómine, salva nos, perímus. Et dicit eis Jesus : Quid tímidi estis, módicæ fídei ? Tunc surgens, imperávit ventis et mari, et facta est tranquíllitas magna. Porro hómines miráti sunt, dicéntes : Qualis est hic, quia venti et mare obédiunt ei ?

Credo.

**Secrète.**

CONCEDE, quæsumus omnípotens Deus : ut hujus sacrifícii munus oblátum, fragilitátem nostram ab omni malo purget semper, et múniat. Per Dóminum nostrum.

2. *de la sainte Vierge,* 209. — 3. *pour l'Église ou pour le Pape,* 94.

**Postcommunio.**

MUNERA tua nos, Deus, a delectatiónibus terrénis expédiant, et cæléstibus semper instaúrent aliméntis. Per Dóminum.

2. *de la sainte Vierge,* 209. — 3. *pour l'Église ou pour le Pape,* 95.

A VÊPRES




## Le V. Dimanche après l'Épiphanie.

A LA MESSE

*Comme au III. Dimanche, excepté :*

**Collecte.**

FAMILIAM tuam, quæsumus Dómine, contínua pietáte custódi : ut quæ in sola spe grátiæ cæléstis innítitur, tua semper protectióne muniátur. Per Dóminum nostrum.

2. *de la sainte Vierge,* 209. — 3. *pour l'Église ou pour le Pape,* 92.



**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Colossenses.** *Col. 3. b.*

FRATRES : Indúite vos sicut elécti Dei, sancti et dilécti, víscera misericórdiæ, benignitátem, humilitátem, modéstiam, patiéntiam : supportántes ínvicem, et donántes vobismetípsis, si quis advérsus áliquem habet querélam : sicut et Dóminus donávit vobis, ita et vos. Super ómnia autem hæc, caritátem habéte, quod est vínculum perfectiónis : et pax Christi exsúltet in córdibus vestris, in qua et vocáti estis in uno córpore : et grati estóte. Verbum Christi hábitet in vobis abundánter, in omni sapiéntia, docéntes, et commonéntes vosmetípsos psalmis, hymnis, et cánticis spirituálibus, in grátia cantántes in córdibus vestris Deo. Omne quodcúmque fácitis in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jesu Christi, grátias agéntes Deo, et Patri per Jesum Christum Dóminum nostrum.

℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 13. c.*

IN illo témpore : Dixit Jesus turbis parábolam hanc : Símile factum est regnum cælórum hómini, qui seminávit bonum semen in agro suo. Cum autem dormírent hómines, venit inimícus ejus, et superseminávit zizánia in médio trítici, et ábiit. Cum autem crevísset herba, et fructum fecísset, tunc apparuérunt et zizánia. Accedéntes autem servi patrisfamílias, dixérunt ei : Dómine, nonne bonum semen seminásti in agro tuo ? Unde ergo habet zizánia ? Et ait illis : Inimícus homo hoc fecit. Servi autem dixérunt ei : Vis, imus, et collígimus ea ? Et ait : Non : ne forte colligéntes zizánia, eradicétis simul cum eis et tríticum. Sínite utráque créscere usque ad messem, et in témpore messis dicam messóribus : Collígite primum zizánia, et alligáte ea in fascículos ad comburéndum, tríticum autem congregáte in hórreum meum.

Credo.

**Secrète.**

HOSTIAS tibi, Dómine, placatiónis offérimus : ut et delícta nostra miserátus absólvas, et nutántia corda tu dírigas. Per Dóminum nostrum.

2. *de la sainte Vierge,* 209. — 3. *pour l'Église ou pour le Pape,* 94.

**Postcommunion.**

QUÆSUMUS, omnípotens Deus : ut illíus salutáris capiámus efféctum, cujus per hæc mystéria pignus accépimus. Per Dóminum nostrum.

2. *de la sainte Vierge,* 209. — 3. *pour l'Église ou pour le Pape,* 95.

A VÊPRES






# Le VI. Dimanche après l'Épiphanie.

A LA MESSE

*Comme au III. Dimanche, excepté :*

**Collecte.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut semper rationabília meditántes, quæ tibi sunt plácita, et dictis exsequámur, et factis. Per Dóminum.

2. *de la sainte Vierge,* 209. — 3. *pour l'Église ou pour le Pape,* 94.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.**

FRATRES : Grátias ágimus Deo semper pro ómnibus vobis, memóriam vestri faciéntes in oratiónibus nostris sine intermissióne, mémores óperis fídei vestræ, et labóris, et caritátis, et sustinéntiæ spei Dómini nostri Jesu Christi, ante Deum, et patrem nostrum : sciéntes fratres, dilécti a Deo, electiónem vestram : quia Evangélium nostrum non fuit ad vos in sermóne tantum, sed et in virtúte, et in Spíritu Sancto, et in plenitúdine multa, sicut scitis quales fuérimus in vobis propter vos. Et vos imitatóres nostri facti estis, et Dómini, excipiéntes verbum in tribulatióne multa, cum gáudio Spíritus Sancti : ita ut facti sitis forma ómnibus credéntibus in Macedónia, et in Achája. A vobis enim diffamátus est sermo Dómini, non solum in Macedónia, et in Achája, sed et in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, profécta est, ita ut non sit nobis necésse quidquam loqui. Ipsi enim de nobis annúntiant qualem intróitum habuérimus ad vos : et quómodo convérsi estis ad Deum a simulácris, servíre Deo vivo et vero, et exspectáre Fílium ejus de cælis (quem suscitávit ex mórtuis) Jesum, qui erípuit nos ab ira ventúra.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 13.*

IN illo témpore : Dixit Jesus turbis parábolam hanc : Símile est regnum cælórum grano sinápis, quod accípiens homo seminávit in agro suo : quod mínimum quidem est ómnibus semínibus : cum autem créverit, majus est ómnibus oléribus, et fit arbor, ita ut vólucres cæli véniant, et hábitent in ramis ejus. Aliam parábolam locútus est eis : Símile est regnum cælórum ferménto, quod accéptum múlier abscóndit in farínæ satis tribus, donec fermentátum est totum. Hæc ómnia locútus est Jesus in parábolis ad turbas : et sine parábolis non loquebátur eis : ut implerétur quod dictum erat per Prophétam dicéntem : Apériam in parábolis os meum, eructábo abscóndita a constitutióne mundi. Credo.



**Secrète.**

HÆC nos oblátio Deus mundet, quæsumus, et rénovet, gubérnet, et prótegat. Per Dóminum.

2. *de la sainte Vierge,* 209. — 3. *pour l'Église ou pour le Pape,* 94.

**Postcommunion.**

CÆLESTIBUS, Dómine, pasti delíciis : quæsumus ; ut semper éadem, per quæ veráciter vívimus, appetámus. Per Dñum.

2. *de la sainte Vierge,* 209. — 3. *pour l'Église ou pour le Pape,* 95.

A VÊPRES




# Le Dimanche de la Septuagésime.

A LA MESSE






¶ *On ne dit pas le* Glória in excélsis *depuis le Dimanche de la Septuagésime jusqu'à Pâques, excepté le Jeudi et le Samedi saints, et quand on dit la messe de quelque fête.*

**Collecte.**

PRECES pópuli tui, quæsumus Dómine, cleménter exáudi : ut qui juste pro peccátis nostris afflígimur, pro tui nóminis glória misericórditer liberémur. Per Dóminum.

2. A cunctis. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *1. Cor. 9.*

FRATRES : Nescítis quod ii qui in stádio currunt, omnes quidem currunt, sed unus áccipit bravíum ? Sic cúrrite, ut comprehendátis. Omnis autem, qui in agóne conténdit, ab ómnibus se ábstinet : et illi quidem ut corruptíbilem corónam accípiant ; nos autem incorrúptam. Ego ígitur sic curro, non quasi in incértum : sic pugno, non quasi áerem vérberans : sed castígo corpus meum, et in servitútem rédigo : ne forte cum áliis prædicáverim, ipse réprobus effíciar. Nolo enim vos ignoráre, fratres, quóniam patres nostri omnes sub nube fuérunt, et omnes mare transiérunt, et omnes in Móyse baptizáti sunt in nube, et in mari : et omnes eámdem escam spiritálem manducavérunt, et omnes eúmdem potum spiritálem bibérunt : (bibébant autem de spirituáli, consequénte eos, petra : petra autem erat Christus :) sed non in plúribus eórum beneplácitum est Deo.








✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 20.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc : Símile est regnum cælórum hómini patrifamílias, qui éxiit primo mane condúcere operários in víneam suam. Conventióne autem facta cum operáriis ex denário diúrno, misit eos in víneam suam. Et egréssus circa horam tértiam, vidit álios stantes in foro otiósos, et dixit illis : Ite et vos in víneam meam, et quod justum fúerit, dabo vobis. Illi autem abiérunt. Iterum



autem éxiit circa sextam et nonam horam : et fecit simíliter. Circa undécimam vero éxiit, et invénit álios stantes, et dicit illis : Quid hic statis tota die otiósi ? Dicunt ei : Quia nemo nos condúxit. Dicit illis : Ite et vos in víneam meam. Cum sero autem factum esset, dicit dóminus víneæ procuratóri suo : Voca operários, et redde illis mercédem, incípiens a novíssimis usque ad primos. Cum veníssent ergo qui circa undécimam horam vénerant, accepérunt síngulos denários. Veniéntes autem et primi, arbitráti sunt quod plus essent acceptúri : accepérunt autem et ipsi síngulos denários. Et accipiéntes murmurábant advérsus patremfamílias, dicéntes : Hi novíssimi una hora fecérunt, et pares illos nobis fecísti, qui portávimus pondus diéi, et æstus. At ille respóndens uni córum, dixit : Amíce, non fácio tibi injúriam : nonne ex denário convenísti mecum ? Tolle quod tuum est, et vade : volo autem et huic novíssimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi, quod volo, fácere ? an óculus tuus nequam est, quia ego bonus sum ? Sic erunt novíssimi primi, et primi novíssimi. Multi enim sunt vocáti, pauci vero elécti.

Credo.




*Secrète.* Munéribus nostris. 183.

2. Exáudi nos. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*



**Postcommunion.**

FIDELES tui, Deus, per tua dona firméntur : ut éadem et percipiéndo requírant, et quæréndo sine fine percípiant. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

A VÊPRES

*Antiennes et Psaumes du Dimanche,* 62.

**Capitule.** *1. Cor. 9. d.*

FRATRES : Nescítis quod ii qui in stádio currunt, omnes quidem currunt, sed unus áccipit bravíum? Sic cúrrite ut comprehendátis.

*Hymne.* Lucis Creátor. 66. ℣. Dirigátur.




## Le Dimanche de la Sexagésime.

A LA MESSE









**Collecte.**

DEUS, qui cónspicis, quia ex nulla nostra actióne confídimus : concéde propítius ; ut contra advérsa ómnia, Doctóris géntium protectióne muniámur. Per Dóminum nostrum.

2. A cunctis. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios** *2. Cor. 11.*

FRATRES : Libénter suffértis insipiéntes : cum sitis ipsi sapiéntes. Sustinétis enim si quis vos in servitútem rédigit, si quis dévorat, si quis áccipit, si quis extóllitur, si quis in fáciem vos cædit. Secúndum ignobilitátem dico, quasi nos infírmi fuérimus in hac parte. In quo quis audet (in insipiéntia dico), aúdeo et ego : Hebræi sunt, et ego : Israelítæ sunt, et ego : Semen Abrahæ sunt, et ego : Minístri Christi sunt (ut minus sápiens dico), plus ego : in labóribus plúrimis, in carcéribus abundántius, in plagis supra modum, in mórtibus frequénter. A Judæis quínquies quadragénas, una minus, accépi. Ter virgis cæsus sum, semel lapidátus sum, ter naufrágium feci, nocte et die in profúndo maris fui : in itinéribus sæpe, perículis flúminum, perículis latrónum, perículis ex génere, perículis ex géntibus, perículis in civitáte, perículis in solitúdine, perículis in mari, perículis in falsis frátribus : in labóre et ærúmna, in vigíliis multis, in fame et siti, in jejúniis multis, in frígore et nuditáte : præter illa quæ extrínsecus sunt, instántia mea quotidiána, sollicitúdo ómnium ecclesiárum. Quis infirmátur, et ego non infírmor? quis scandalizátur, et ego non uror? Si gloriári opórtet : quæ infirmitátis meæ sunt, gloriábor. Deus

et Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui est benedíctus in sæcula, scit quod non méntior. Damásci præpósitus gentis Arétæ regis, custodiébat civitátem Damascenórum, ut me comprehénderet : et per fenéstram in sporta demíssus sum per murum, et sic effúgi manus ejus. Si gloriári opórtet (non éxpedit quidem) : véniam autem ad visiónes, et revelatiónes Dómini. Scio hóminem in Christo ante annos quatuórdecim (sive in córpore, néscio, sive extra corpus, néscio, Deus scit), raptum hujúsmodi usque ad tértium cælum. Et scio hujúsmodi hóminem (sive in córpore, sive extra corpus, néscio, Deus scit), quóniam raptus est in paradísum : et audívit arcána verba, quæ non licet hómini loqui. Pro hujúsmodi gloriábor : pro me autem nihil gloriábor, nisi in infirmitátibus meis. Nam, et si volúero gloriári, non ero insípiens : veritátem enim dicam ; parco autem, ne quis me exístimet supra id quod videt in me, aut áliquid audit ex me. Et ne magnitúdo revelatiónum extóllat me, datus est mihi stímulus carnis meæ, ángelus sátanæ, qui me colaphízet. Propter quod ter Dóminum rogávi, ut discéderet a me : et dixit mihi : Súfficit tibi grátia mea : nam virtus in infirmitáte perfícitur. Libénter ígitur gloriábor in infirmitátibus meis, ut inhábitet in me virtus Christi.









℣. **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 8.*

In illo témpore : Cum turba plúrima convenírent, et de civitátibus properárent ad Jesum, dixit per similitúdinem : Exiit, qui séminat, seminare semen suum : et dum séminat, áliud cécidit secus viam, et conculcátum est, et vólucres cæli comedérunt illud. Et áliud cécidit supra petram : et natum áruit, quia non habébat humórem. Et áliud cécidit inter spinas, et simul exórtæ spinæ suffocavérunt illud. Et áliud cécidit in terram bonam : et ortum fecit fructum céntuplum. Hæc dicens,

clamábat : Qui habet aures audiéndi, áudiat. Interrogábant autem eum discípuli ejus, quæ esset hæc parábola. Quibus ipse dixit : Vobis datum est nosse mystérium regni Dei, céteris autem in parábolis : ut vidéntes non vídeant, et audiéntes non intélligant. Est autem hæc parábola : Semen est verbum Dei. Qui autem secus viam, hi sunt qui áudiunt : deínde venit diábolus, et tollit verbum de corde eórum, ne credéntes salvi fiant. Nam qui supra petram : qui cum audíerint, cum gáudio suscípiunt verbum : et hi radíces non habent : quia ad tempus credunt, et in témpore tentatiónis recédunt. Quod autem in spinas cécidit : hi sunt, qui audiérunt, et a sollicitudínibus, et divítiis, et voluptátibus vitæ, eúntes, suffocántur, et non réferunt fructum. Quod autem in bonam terram : hi sunt, qui in corde bono et óptimo audiéntes verbum rétinent, et fructum áfferunt in patiéntia. Credo.

Offert. 4.




**Secrète.**

OBLATUM tibi, Dómine, sacrifícium, vivíficet nos semper et múniat. Per Dóminum.

**2.** Exáudi nos. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

Comm. 8.






**Postcommunion.**

SUPPLICES te rogámus, omnípotens Deus : ut, quos tuis réficis sacraméntis, tibi étiam plácitis móribus dignánter deservíre concédas. Per Dóminum.

**2.** Mundet et múniat. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

## A VÊPRES

*Antiennes et Psaumes du Dimanche*, 62.

**Capitule.** *2. Cor. 11. d.*

FRATRES : Libénter suffértis insipiéntes, cum sitis ipsi sapiéntes : sustinétis enim si quis vos in servitútem rédigit, si quis dévorat, si quis áccipit, si quis extóllitur, si quis in fáciem vos cædit.

*Hymne.* Lucis Creátor. 66. ℣. Dirigátur.

℣ Magnificat Ant. 6. F




# Le Dimanche de la Quinquagésime.

## A LA MESSE

Intr. 1.






**Collecte.**

PRECES nostras, quæsumus Dómine, cleménter exáudi : atque a peccatórum vínculis absolútos, ab omni nos adversitáte custódi. Per Dóminum.

2. A cunctis. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *1. Cor. 13.*

FRATRES : Si linguis hóminum loquar, et Angelórum, caritátem autem non hábeam, factus sum velut æs sonans, aut cýmbalum tínniens. Et si habúero prophetíam, et nóverim mystéria ómnia, et omnem sciéntiam : et si habúero omnem fidem, ita ut montes tránferam, caritátem autem non habúero, nihil sum. Et si distribúero in cibos páuperum omnes facultátes meas, et si tradídero corpus meum, ita ut árdeam, caritátem autem non habúero, nihil mihi prodest. Cáritas pátiens est, benígna est : cáritas non æmulátur, non agit pérperam, non inflátur, non est ambitiósa, non quærit quæ sua sunt, non irritátur, non cógitat malum, non gaudet super iniquitáte, congáudet autem veritáti : ómnia suffert, ómnia credit, ómnia sperat, ómnia sústinet. Cáritas nunquam éxcidit : sive prophetíæ evacuabúntur, sive linguæ cessábunt, sive sciéntia destruétur. Ex parte enim cognóscimus, et ex parte prophetámus. Cum autem vénerit quod perféctum est, evacuábitur quod ex parte est. Cum essem párvulus, loquébar ut párvulus, sapiébam ut párvulus, cogitábam ut párvulus. Quando autem factus sum vir, evacuávi quæ erant párvuli. Vidémus nunc per spéculum in ænígmate : tunc autem fácie ad fáciem. Nunc cognósco ex parte : tunc autem cognóscam sicut et cógnitus sum. Nunc autem manent fides, spes, cáritas, tria hæc : major autem horum est cáritas.








✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 18. f.*

In illo témpore : Assúmpsit Jesus duódecim, et ait illis : Ecce ascéndimus Jerosólymam, et consummabúntur ómnia, quæ scripta sunt per prophétas de Fílio hóminis. Tradétur enim géntibus, et illudétur, et flagellábitur, et conspuétur : et postquam flagelláverint, occídent eum, et tértia die resúrget. Et ipsi nihil horum intellexérunt, et erat verbum istud abscónditum ab eis, et non intelligébant quæ dicebántur. Factum est autem, cum appropinquáret Jéricho, cæcus quidam sedébat secus viam, mendícans. Et cum audíret turbam prætereúntem, interrogábat quid hoc esset ? Dixérunt autem ei, quod Jesus Nazarénus transíret. Et clamávit dicens : Jesu fili David miserére mei. Et qui præíbant, increpábant eum ut tacéret. Ipse vero multo magis clamábat : Fili David, miserére mei. Stans autem Jesus, jussit illum addúci ad se. Et cum appropinquásset, interrogávit illum, dicens : Quid tibi vis fáciam ? At ille dixit : Dómine, ut vídeam. Et Jesus dixit illi : Réspice, fides tua te salvum fecit. Et confestim vidit, et sequebátur illum, magníficans Deum. Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo.

Credo.









**Secrète.**

Hæc hóstia, Dómine quæsumus, emúndet nostra delícta : et ad sacrifícium celebrándum, subditórum tibi córpora, mentésque sanctíficet. Per Dóminum nostrum.

**2.** Exáudi nos. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*




**Postcommunion.**

Quæsumus, omnípotens Deus : ut, qui cæléstia aliménta percépimus, per hæc contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum nostrum.

**2.** Mundet et múniat. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

## A VÊPRES

*Antiennes et Psaumes du Dimanche,* 62.

**Capitule.** *1. Cor. 13.*

Fratres : Si linguis hóminum loquar, et Angelórum, caritátem autem non hábeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tínniens.

*Hymne.* Lucis Creátor. 66. ℣. Dirigátur.

A Magnificat Ant. 1. J




## Le Mercredi des Cendres.

*Avant la bénédiction des Cendres, le Chœur chante :*

Ant. 7.




*On répète* Exáudi nos.



Orémus. *Oraison.*

OMNIPOTENS sempitérne Deus, parce pæniténtibus, propitiáre supplicántibus, et míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui benedí ✠ cat, et sanctí ✠ ficet hos cíneres, ut sint remédium salúbre ómnibus nomen sanctum tuum humíliter implorántibus, ac semetípsos pro consciéntia delictórum suórum accusántibus, ante conspéctum divínæ cleméntiæ tuæ facínora sua deplorántibus, vel sereníssimam pietátem tuam supplíciter, obnixéque flagitántibus : et præsta per invocatiónem sanctíssimi nóminis tui ; ut quicúmque per eos aspérsi fúerint, pro redemptióne peccatórum suórum, córporis sanitátem, et ánimæ tutélam percípiant. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

DEUS, qui non mortem, sed pæniténtiam desíderas peccatórum : fragilitátem conditiónis humánæ benigníssime réspice ; et hos cíneres, quos causa proferéndæ humilitátis, atque promeréndæ véniæ, capítibus nostris impóni decérnimus, bene ✠ dícere pro tua pietáte dignáre ; ut, qui nos cínerem esse, et ob pravitátis nostræ demérítum in púlverem reversúros cognóscimus ; peccatórum ómnium véniam, et prǽmia pæniténtibus repromíssa, misericórditer cónsequi mereámur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

DEUS, qui humiliatióne flécteris, et satisfactióne placáris : aurem tuæ pietátis inclína précibus nostris ; et capítibus servórum tuórum, horum cínerum aspersióne contáctis, effúnde propítius grátiam tuæ benedictiónis : ut eos et spíritu compunctiónis répleas, et quæ juste postuláverint, efficáciter tríbuas ; et concéssa perpétuo stabilíta, et intácta manére decérnas. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui Ninivítis in cínere et cilício pæniténtibus, indulgéntiæ tuæ remédia præstitísti : concéde propítius ; ut sic eos imitémur hábitu, quátenus véniæ prosequámur obténtu. Per Dóminum.

*Pendant l'imposition des Cendres, le Chœur chante :*

Ant. 1.











*Le Prêtre, en mettant les Cendres sur la tête des fidèles, dit :*

Meménto homo, quia pulvis es, et in púlverem revertéris.

*Les Cendres distribuées, le Prêtre dit :*

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

CONCEDE nobis, Dómine, præsídia milítiæ christiánæ sanctis inchoáre jejúniis : ut contra spirituáles nequítias pugnatúri continéntiæ muniámur auxíliis. Per Christum.

## A LA MESSE






**Collecte.**

PRÆSTA Dómine fidélibus tuis : ut jejuniórum veneránda solémnia, et cóngrua pietáte suscípiant, et secúra devotióne percúrrant. Per Dóminum.

*De ce jour au dimanche de la Passion,* 2. A cunctis. 210.

3. Pour les vivants et pour les morts. Collecte.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul et mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide et ópere futúros esse prænóscis : te súpplices exorámus ; ut, pro quibus effúndere preces decrévimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore suscépit, intercedéntibus ómnibus sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntia, omnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Joelis Prophetæ.** *Joel. 2. c.*

HÆC dicit Dóminus : Convertímini ad me in toto corde vestro, in jejúnio, et in fletu, et in planctu. Et scíndite corda vestra, et non vestiménta vestra, et convertímini ad Dóminum Deum vestrum : quia benígnus et miséricors est, pátiens, et multæ misericórdiæ, et præstábilis super malítia. Quis scit, si convertátur, et ignóscat, et relínquat post se benedictiónem, sacrifícium, et libámen Dómino Deo vestro ? Cánite tuba in Sion, sanctificáte jejúnium, vocáte cœtum, congregáte pópulum, sanctificáte Ecclésiam, coadunáte senes, congregáte párvulos, et sugéntes úbera : egrediátur sponsus de cubíli suo, et sponsa de thálamo suo. Inter vestíbulum et altáre plorábunt sacerdótes minístri Dómini, et dicent : Parce, Dómine, parce pópulo tuo : et ne des hæreditátem tuam in oppróbrium, ut domináentur eis natiónes. Quare dicunt in pópulis : Ubi est Deus eórum ? Zelátus est Dóminus terram suam, et pepércit pópulo suo. Et respóndit Dóminus, et dixit pópulo suo : Ecce ego mittam vobis fruméntum, et vinum, et óleum, et replebímini eis : et non dabo vos ultra oppróbrium in géntibus : dicit Dóminus omnípotens.











✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 6.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Cum jejunátis, nolíte fíeri sicut hypócritæ, tristes. Extérminant enim fácies suas, ut appáreant homínibus jejunántes. Amen dico vobis, quia recepérunt mercédem suam. Tu autem, cum jejúnas, unge caput tuum, et fáciem tuam lava, ne videáris homínibus jejúnans, sed Patri tuo, qui est in abscóndito : et Pater tuus, qui videt in abscóndito, reddet tibi. Nolíte thesaurizáre vobis thesáuros in terra : ubi ærúgo, et tínea demolítur : et ubi fures effódiunt, et furántur. Thesaurizáte autem vobis thesáuros in cælo : ubi neque ærúgo, neque tínea demolítur ; et ubi fures non effódiunt, nec furántur. Ubi enim est thesáurus tuus, ibi est et cor tuum.









**Secrète.**

Fac nos, quæsumus Dómine, his munéribus offeréndis conveniénter aptári : quibus ipsíus venerábilis sacraménti celebrámus exórdium. Per Dóminum nostrum.

2. Exáudi. 210.

3. Pour les vivants et pour les morts. Secrète.

Deus, cui soli cógnitus est númerus electórum in supérna felicitáte locándus : tríbue, quæsumus ; ut, intercedéntibus ómnibus sanctis tuis, universórum quos in oratióne commendátos suscépimus, et ómnium fidélium nómina, beátæ prædestinatiónis liber adscrípta retíneat. Per Dóminum nostrum.




**Postcommunion.**

Percepta nobis, Dómine, præbeant sacraménta subsídium : ut tibi grata sint nostra jejúnia, et nobis proficiant ad medélam. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. 210.

3. Pour les vivants et pour les morts. Postcommunion.

PURIFICENT nos, quæsumus omnípotens et miséricors Deus, sacraménta quæ súmpsimus : et, intercedéntibus ómnibus sanctis tuis, præsta ; ut hoc tuum sacraméntum non sit nobis reátus ad pœnam, sed intercéssio salutáris ad véniam : sit ablútio scélerum, sit fortitúdo fragílium, sit contra ómnia mundi perícula firmaméntum : sit vivórum atque mortuórum fidélium remíssio ómnium delictórum. Per Dóminum.

Oraison sur le peuple.

Orémus. Humiliáte cápita vestra Deo.

INCLINANTES se, Dómine, majestáti tuæ, propitiátus inténde : ut qui divíno múnere sunt refécti, cæléstibus semper nutriántur auxíliis. Per Dóminum nostrum.

## Le I. Dimanche de Carême.

A LA MESSE

Intr. 8.




**Collecte.**

DEUS, qui Ecclésiam tuam ánnua quadragesimáli observatióne purificas : præsta famíliæ tuæ ; ut, quod a te obtinére abstinéndo nítitur, hoc bonis opéribus exsequátur. Per Dóminum nostrum.

2. A cunctis. 210. — 3. Omnípotens sempitérne Deus. 236.



**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *2. Cor. 6.*

FRATRES : Exhortámur vos, ne in vácuum grátiam Dei recipiátis. Ait enim : Témpore accépto exaudívi te, et in die salútis adjúvi te. Ecce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies salútis. Némini dantes ullam offensiónem, ut non vituperétur minstérium nostrum : sed in ómnibus exhibeámus nosmetípsos sicut Dei minístros, in multa patiéntia, in tribulatiónibus, in necessitátibus, in angústiis, in plagis, in carcéribus, in seditiónibus, in labóribus, in vigíliis, in jejúniis, in castitáte, in sciéntia, in longanimitáte, in suavitáte, in Spíritu Sancto, in caritáte non ficta, in verbo veritátis, in virtúte Dei, per arma justítiæ a dextris, et a sinístris : per glóriam et ignobilitátem : per infámiam, et bonam famam : ut seductóres et veráces : sicut qui ignóti, et cógniti : quasi moriéntes, et ecce vívimus : ut castigáti, et non mortificáti : quasi tristes, semper autem gaudéntes : sicut egéntes, multos autem locupletántes : tamquam nihil habéntes, et ómnia possidéntes.

Grad. 2.



Trait. 2.


QUI há-bi- tat in adjutó-ri- o Altís-
si-mi, in protecti- ó- ne De- i cæ- li
commo-rá- bi-tur. ℣. Di-cet Dómi- no : Suscéptor
me- us es tu, et re-fú- gi- um me-
um, De- us me- us : spe- rá- bo in e-
um. ℣. Quóni- am i-
pse li-be- rá- vit me de láque- o ve-nán- ti-
um, et a verbo á- spe-ro. ℣. Scápu- lis
su- is ob-umbrá- bit ti- bi, et sub pennis
e- jus spe- rá- bis. ℣. Scu-to circúmda-
bit te vé-ri- tas e- jus : non timé- bis




a timóre noctúr-no. ℣. A sa-gít- ta vo-lán-
te per di- em, a negó-ti- o perambu-
lán- te in té- nebris, a ru- ína
et dæmó- ni- o me- ri-di- á- no. ℣. Ca-
dent a lá- te- re tu- o míl-
le, et decem míl- li- a
a dextris tu- is : tibi au- tem non ap-
propinquá- bit. ℣. Quóni- am Ange- lis su- is
mandá- vit de te, ut custódi- ant te in óm-
nibus vi- is tu- is. ℣. In má-ni- bus por- tá-
bunt te, ne unquam offéndas ad lá-









✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 4.*

In illo témpore : Ductus est Jesus in desértum a Spíritu, ut tentarétur a diábolo. Et cum jejunásset quadragínta diébus, et quadragínta nóctibus, póstea esúriit. Et accédens tentátor, dixit ei : Si Fílius Dei es, dic ut lápides isti panes fiant. Qui respóndens, dixit : Scriptum est : Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procédit de ore Dei. Tunc assúmpsit eum diábolus in sanctam civitátem, et státuit eum super pináculum templi, et dixit ei : Si Fílius Dei es, mitte te deórsum. Scriptum est enim : Quia Angelis suis mandávit de te, et in mánibus tollent te, ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum. Ait illi Jesus : Rursum scriptum est : Non tentábis Dóminum Deum tuum. Iterum assúmpsit eum diábolus in montem excélsum valde : et osténdit ei ómnia regna mundi, et glóriam eórum, et dixit ei : Hæc ómnia tibi dabo, si cadens adoráveris me. Tunc dicit ei Jesus : Vade Sátana : scriptum est enim : Dóminum Deum tuum adorábis : et illi soli sérvies. Tunc relíquit eum diábolus : et ecce Angeli accessérunt, et ministrábant ei. Credo.




**Secrète.**

Sacrificium quadragesimális initii solémniter immolámus, te, Dómine, deprecántes : ut cum epulárum restrictióne carnálium, a nóxiis quoque voluptátibus temperémus. Per Dóminum nostrum.

**2.** Exáudi nos. 210. — **3.** Deus, cui soli. 239.






**Postcommunion.**

TUI nos, Dómine, sacraménti libátio sancta restáuret : et a vetustáte purgátos, in mystérii salutáris fáciat transíre consórtium. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. 210. — 3. Purificent nos. 240.

## A VÊPRES

*Antiennes et Psaumes du Dimanche,* 62.

**Capitule.** *2. Cor. 6.*

FRATRES : Hortámur vos, ne in vácuum grátiam Dei recipiátis. Ait enim : Témpore accépto exaudívi te, et in die salútis adjúvi te.









℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.




**Ton de l'Hymne à Complies.**





mus, Ut pro tu-a cleménti- a Sis præsul et custódi- a.

2. Procul recédant... 3. Præsta, Pater...

¶ *Ce ton se chante jusqu'au Dimanche de la Passion, quand on fait l'Office du Temps.*

# Le II. Dimanche de Carême.

## A LA MESSE

Intr. 4.



R Emi-nísce-re mi- se-ra- ti- ó- num tu- á- rum, Dómi- ne, et mi- sè-ri-córdi- æ tu- æ, quæ a sæculo sunt : ne unquam domi-néntur no-bis inimí- ci no-stri : líbe-ra nos De- us Is- ra- el ex ómni- bus angú- sti- is no- stris. *Ps.* Ad te Dómine levávi ánimam me-am : De- us me-us in te confído, non e-rubéscam. Gló-ri- a Patri. E u o u a e.

*ou* E u o u a e.



### Collecte.

DEUS, qui cónspicis omni nos virtúte destítui : intérius exteriúsque custódi; ut ab ómnibus adversitátibus muniámur in córpore, et a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum nostrum.

2. A cunctis. 210. — 3. Omnípotens sempitérne Deus. 236.

### Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

FRATRES : Rogámus vos, et obsecrámus in Dómino Jesu : ut, quemádmodum accepístis a nobis, quómodo opórteat vos ambuláre et placére Deo, sic et ambulétis, ut abundétis magis. Scitis enim quæ præcépta déderim vobis per Dóminum Jesum. Hæc est enim volúntas Dei, sanctificátio vestra : ut abstinéatis vos a fornicatióne, ut sciat unusquísque vestrum vas suum possidére in sanctificatióne, et honóre ; non in passióne desidérii, sicut et gentes, quæ ignórant Deum : et ne quis supergrediátur, neque circumvéniat in negótio fratrem suum : quóniam vindex est Dóminus de his ómnibus, sicut prædíximus vobis, et testificáti sumus. Non enim vocávit nos Deus in immundítiam, sed in sanctificatiónem : in Christo Jesu Dómino nostro.

Grad. 5.



T Ribu-la- ti- ó- nes cordis me- i di- la- tá- tæ sunt : de necessi-tá-ti-bus me- is é-ri-pe me, Dó- mi- ne. ℣. Vi- de humi- li- tá-tem me- am, et labó- rem me- um : et dimítte ó- mni- a pec- cá-ta me- a.

Trait. 2.






✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 17.*

In illo témpore : Assúmpsit Jesus Petrum, et Jacóbum, et Joánnem fratrem ejus, et duxit illos in montem excélsum seórsum : et transfigurátus est ante eos. Et resplénduit fácies ejus sicut sol : vestiménta autem ejus facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuérunt illis Móyses et Elías cum eo loquéntes. Respóndens autem Petrus, dixit ad Jesum : Dómine, bonum est nos hic esse : si vis, faciámus hic tria tabernácula, tibi unum, Móysi unum, et Elíæ unum. Adhuc eo loquénte, ecce nubes lúcida obumbrávit eos. Et ecce vox de nube, dicens : Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi bene complácui : ipsum audíte. Et audiéntes discípuli, cecidérunt in fáciem suam, et timuérunt valde. Et accéssit Jesus, et tétigit eos, dixítque eis : Súrgite, et nolíte timére. Levántes autem óculos suos, néminem vidérunt, nisi solum Jesum. Et descendéntibus illis de monte, præcépit eis Jesus, dicens : Némini dixéritis visiónem, donec Fílius hóminis a mórtuis resúrgat. Credo.

Offert. 2.




Secrète.

Sacrificiis præséntibus, Dómine quæsumus, inténde placátus : ut et devotióni nostræ proficiant, et salúti. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 210. — 3. Deus, cui soli. 239.

Comm. 5.





us : quóni- am ad te orábo, Dó- mi- ne.

**Postcommunion.**

SUPPLICES te rogámus, omnípotens Deus : ut, quos tuis réficis sacraméntis, tibi étiam plácitis móribus dignánter deservíre concédas. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. 210. — 3. Purificent nos. 240.

A VÊPRES

*Antiennes et Psaumes du Dimanche,* 62.

**Capitule.** *1. Thess. 4.*

FRATRES : Rogámus vos, et obsecrámus in Dómino Jesu : ut quemádmodum accepístis a nobis quómodo vos opórteat ambuláre, et placére Deo : sic et ambulétis, ut abundétis magis.

*Hymne.* Audi benígne Cónditor. 246. ℣. Angelis suis.

A Magnificat 1. f



V I-si- ónem quam vi-dístis, némini dixé- ri- tis, do-nec a mórtu- is resúrgat Fí-li- us hóminis.

E u o u a e.

# Le III. Dimanche de Carême.

A LA MESSE

Intr. 7.



O - cu-li me- i sem- per ad Dó-mi- num, qui- a ipse evél- let de láque- o pedes me- os :





réspi- ce in me, et mi-se-ré-re me- i, quóni- am úni- cus et pau- per sum e- go. *Ps.* Ad te Dómine levávi ánimam me- am : De- us me- us, in te confído, non eru-bé- scam. Gló- ri- a Patri.

E u o u a e. *ou* E u o u a e.

**Collecte.**

QUÆSUMUS omnípotens Deus, vota humílium réspice : atque ad defensiónem nostram, déxteram tuæ majestátis exténde. Per Dóminum nostrum.

2. A cunctis. 210. — 3. Omnípotens sempitérne Deus. 236.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios.** *Ephes. 5.*

FRATRES : Estóte imitatóres Dei, sicut fílii caríssimi : et ambuláte in dilectióne, sicut et Christus diléxit nos, et trádidit semetípsum pro nobis oblatiónem, et hóstiam Deo in odórem suavitátis. Fornicátio autem, et omnis immundítia, aut avarítia, nec nominétur in vobis, sicut decet sanctos : aut turpitúdo, aut stultilóquium, aut scurrílitas, quæ ad rem non pértinet ; sed magis gratiárum áctio. Hoc enim scitóte intelligéntes, quod omnis fornicátor, aut immúndus, aut avárus, quod est idolórum sérvitus, non habet hæreditátem in regno Christi et Dei. Nemo vos sedúcat inánibus verbis : propter hæc enim venit ira Dei in fílios diffidéntiæ. Nolíte ergo éffici partícipes córum. Erátis enim aliquándo ténebræ ; nunc autem lux in Dómino. Ut fílii lucis ambuláte : fructus enim lucis est in omni bonitáte, et justítia, et veritáte.

Grad. 3.



E X- súr-ge Dó- mi-ne. non









✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 11. b.*

In illo témpore : Erat Jesus ejíciens dæmónium, et illud erat mutum. Et cum ejecísset dæmónium, locútus est mutus, et admirátæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixérunt : In Beélzebub príncipe dæmoniórum éjicit dæmónia. Et álii tentántes, signum de cælo quærébant ab eo. Ipse autem ut vidit cogitatiónes córum, dixit eis : Omne regnum in seípsum divísum desolábitur, et domus supra domum cadet. Si autem et sátanas in seípsum divísus est, quómodo stabit regnum ejus? quia dícitis in Beélzebub me ejícere dæmónia. Si autem ego in Beélzebub ejício dæmónia : fílii vestri in quo ejíciunt? Ideo ipsi

júdices vestri erunt. Porro si in dígito Dei ejício dæmónia : profécto pervénit in vos regnum Dei. Cum fortis armátus custódit átrium suum, in pace sunt ea quæ póssidet. Si autem fórtior eo supervéniens vícerit eum, univérsa arma ejus áuferet, in quibus confidébat, et spólia ejus distríbuet. Qui non est mecum, contra me est : et qui non cólligit mecum, dispérgit. Cum immúndus spíritus exíerit de hómine, ámbulat per loca inaquósa, quærens réquiem : et non invéniens, dicit : Revértar in domum meam, unde exívi. Et cum vénerit, ínvenit eam scopis mundátam, et ornátam. Tunc vadit, et assúmit septem álios spíritus secum nequióres se, et ingréssi hábitant ibi. Et fiunt novíssima hóminis illíus pejóra prióribus. Factum est autem, cum hæc díceret : extóllens vocem quædam múlier de turba, dixit illi : Beátus vester, qui te portávit, et úbera, quæ suxísti. At ille dixit : Quinímo beáti, qui áudiunt verbum Dei, et custódiunt illud. Credo.

Offert. 6.




**Secrète.**

Hæc hóstia, Dómine quæsumus, emúndet nostra delícta : et ad sacrifícium celebrándum, subditórum tibi córpora, mentésque sanctíficet. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 210. — 3. Deus, cui soli. 239.

Comm. 1.









**Postcommunion.**

Acunctis nos, quæsumus Dómine, reátibus et perículis propitiátus absólve : quos tanti mystérii tríbuis esse partícipes. Per Dóminum.

2. Mundet et múniat. 210. — 3. Purificent nos. 240.

## A VÊPRES

*Antiennes et Psaumes du Dimanche*, 62.

**Capitule.** *Ephes. 5.*

Fratres : Estóte imitatóres Dei, sicut fílii caríssimi : et ambuláte in dilectióne, sicut et Christus diléxit nos, et trádidit semetípsum pro nobis oblatiónem et hóstiam Deo in odórem suavitátis.

*Hymne.* Audi benígne Cónditor. 246. ℣. Angelis suis.

A Magnificat Ant. 8. G



# Le IV. Dimanche de Carême.

## A LA MESSE

Intr. 5




**Collecte.**

CONCEDE, quæsumus omnípotens Deus : ut, qui ex mérito nostræ actiónis afflígimur, tuæ grátiæ consolatióne respirémus. Per Dóminum nostrum.

2. A cunctis. 210. — 3. Omnípotens. 236.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas.** *Gal. 4. c.*

FRATRES : Scriptum est : Quóniam Abraham duos fílios hábuit : unum de ancílla, et unum de líbera. Sed qui de ancílla, secúndum carnem natus est : qui autem de líbera, per repromissiónem : quæ sunt per allegoríam dicta. Hæc enim



sunt duo testaménta. Unum quidem in monte Sina, in servitútem génerans : quæ est Agar : Sina enim mons est in Arábia, qui conjúnctus est ei, quæ nunc est Jerúsalem, et servit cum fíliis suis. Illa autem, quæ sursum est Jerúsalem, líbera est, quæ est mater nostra. Scriptum est enim : Lætáre stérilis, quæ non paris : erúmpe, et clama quæ non párturis : quia multi fílii desértæ, magis quam ejus, quæ habet virum. Nos autem, fratres, secúndum Isaac promissiónis fílii sumus. Sed quómodo tunc is, qui secúndum carnem natus fúerat, persequebátur eum, qui secúndum spíritum : ita et nunc. Sed quid dicit Scriptúra ? Ejice ancíllam, et fílium ejus : non enim hæres erit fílius ancíllæ cum fílio líberæ. Itaque, fratres, non sumus ancíllæ fílii, sed líberæ : qua libertáte Christus nos liberávit.

Grad. 7.




Trait. 8.




✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 6.*

In illo témpore : Abiit Jesus trans mare Galilææ, quod est Tiberíadis : et sequebátur eum multitúdo magna, quia vidébant signa, quæ faciébat super his, qui infirmabántur. Súbiit ergo in montem Jesus : et ibi sedébat cum discípulis suis. Erat autem próximum Pascha, dies festus Judæórum. Cum sublevásset ergo óculos Jesus, et vidísset quia multitúdo máxima venit ad eum, dixit ad Philíppum : Unde emémus panes, ut mandúcent hi? Hoc autem dicébat tentans eum : ipse enim sciébat quid esset factúrus. Respóndit ei Philíppus : Ducentórum denariórum panes non sufficiunt eis, ut unusquísque módicum quid accípiat. Dicit ei unus ex discípulis ejus, Andréas frater Simónis Petri : Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeáceos, et duos pisces : sed hæc quid sunt inter tantos? Dixit ergo Jesus : Fácite hómines discúmbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuérunt ergo viri, número quasi quinque míllia. Accépit ergo Jesus panes : et cum grátias egísset, distríbuit discumbéntibus : símiliter et ex píscibus quantum volébant. Ut autem impléti sunt, dixit discípulis suis : Collígite quæ superavérunt fragménta, ne péreant. Collegérunt ergo, et implevérunt duódecim cóphinos fragmentórum ex quinque pánibus hordeáceis quæ superfuérunt his, qui manducáverant. Illi ergo hómines cum vidíssent quod Jesum fécerat signum, dicébant : Quia hic est vere Prophéta, qui ventúrus est in mundum. Jesus ergo cum cognovísset, quia ventúri essent ut ráperent eum, et fácerent eum regem, fugit íterum in montem ipse solus. Credo.






**Secrète.**

Sacrificiis præséntibus, Dómine quæsumus, inténde placátus : ut et devotióni nostræ proficiant, et salúti. Per Dóminum.

**2.** Exáudi nos. 210. — **3.** Deus, cui soli. 239.




**Postcommunion.**

Da nobis, quæsumus misericors Deus : ut sancta tua, quibus incessánter explémur, sincéris tractémus obséquiis, et fidéli semper mente sumámus. Per Dóminum nostrum.

**2.** Mundet et múniat. 210. — **3.** Purificent nos. 240.

A VÊPRES

*Antiennes et Psaumes du Dimanche,* 62.

**Capitule.** *Galat. 4. c.*

FRATRES : Scriptum est quóniam Abraham duos fílios hábuit : unum de ancílla, et unum de líbera : sed qui de ancílla, secúndum carnem natus est : qui autem de líbera, per repromissiónem : quæ sunt per allegoríam dicta.

*Hymne.* Audi benígne Cónditor. 246. ℣. Angelis suis.

A Magnificat Ant. 1. g




# LE DIMANCHE DE LA PASSION

A LA MESSE

Intr. 4.









*On ne dit plus* Glória Patri. *à l'Introït jusqu'à Pâques, les messes des fêtes exceptées ; mais le Psaume terminé, on répète l'Introït jusqu'au Psaume.*

**Collecte.**

QUÆSUMUS, omnípotens Deus, famíliam tuam propítius réspice : ut, te largiénte, regátur in córpore ; et te servánte, custodiátur in mente. Per Dóminum.

2. *pour l'Église ou pour le Pape,* 92.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos.** *Hebr. 9. c.*

FRATRES : Christus assístens Póntifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manu fáctum, id est, non hujus creatiónis ; neque per sánguinem hircórum aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in Sancta, ætérna redemptióne invénta. Si enim sanguis hircórum et taurórum, et cinis vítulæ aspérsus, inquinátos sanctíficat ad emundatiónem carnis ; quanto magis sanguis Christi, qui per Spíritum Sanctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviéndum Deo vivénti ? Et ídeo novi testaménti mediátor est : ut morte intercedénte, in redemptiónem eárum prævaricatiónum, quæ erant sub prióri testaménto, repromissiónem accípiant, qui vocáti sunt ætérnæ hæreditátis, in Christo Jesu Dómino nostro.

Grad. 3.











✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 8. f.*

In illo témpore : Dicébat Jesus turbis Judæórum : Quis ex vobis árguet me de peccáto ? Si veritátem dico vobis, quare non créditis mihi ? Qui ex Deo est, verba Dei audit. Proptérea vos non audítis, quia ex Deo non estis. Respondérunt ergo Judæi, et dixérunt ei : Nonne bene dícimus nos, quia Samaritánus es tu, et dæmónium habes ? Respóndit Jesus : Ego dæmónium non hábeo : sed honorífico Patrem meum, et vos inhonorástis me. Ego autem non quæro glóriam meam : est qui quærat, et júdicet. Amen, amen dico vobis : si quis sermónem meum serváverit, mortem non vidébit in ætérnum. Dixérunt ergo Judæi : Nunc cognóvimus quia dæmónium habes. Abraham mórtuus est, et prophétæ : et tu dicis : Si quis sermónem meum serváverit, non gustábit mortem in ætérnum. Numquid tu major es patre nostro Abraham, qui mórtuus est ? et prophétæ mórtui sunt. Quem teípsum facis ? Respóndit Jesus : Si ego glorífico meípsum, glória mea nihil est : est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dícitis quia Deus vester est, et non cognovístis eum : ego autem novi eum : et si díxero, quia non scio eum, ero símilis vobis, mendax. Sed scio eum, et sermónem ejus servo. Abraham pater vester exsultávit, ut vidéret diem meum : vidit, et gavísus est. Dixérunt ergo Judæi ad eum : Quinquagínta annos nondum habes, et Abraham vidísti ? Dixit eis Jesus : Amen, amen dico vobis, ántequam Abraham fieret, ego sum. Tulérunt ergo lápides, ut jácerent in eum : Jesus autem abscóndit se, et exívit de templo.

Credo.






**Secrète.**

HÆC múnera, quæsumus Dómine, et víncula nostræ pravitátis absólvant, et tuæ nobis misericórdiæ dona concílient. Per Dóminum nostrum.

2. *pour l'Église ou pour le Pape,* 94. — *Préface de la Croix,* 11.




**Postcommunion.**

ADESTO nobis, Dómine Deus noster : et quos tuis mystériis recreásti, perpétuis defénde subsídiis. Per Dóminum.

2. *pour l'Église ou pour le Pape,* 95.



## A VÊPRES

*Antiennes et Psaumes du Dimanche,* 62.

**Capitule.** *Hebr. 9. c.*

FRATRES : Christus assístens Póntifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manu factum, id est, non hujus creatiónis : neque per sánguinem hircórum aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in Sancta, ætérna redemptióne invénta.





po-ris, Tu-lít-que prædam tárta-ri. 6. O Crux ave spes ú-



ni-ca, Hoc passi- ó-nis témpore Pi- is adáuge grá-ti- am,



Re- ís-que de-le crímina. 7. Te, fons sa-lú- tis Trí- ni-tas,



Colláudet omnis spí-ri-tus : Quibus Cru-cis victó-ri- am Lar-



gí- ris, adde prǽmi- um. Amen.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.
℟. A viro iníquo éripe me.

A Magnificat
Ant. 2. D



A -braham pa-ter vester exsultávit ut vi-



déret di- em me-um : vi-dit, et gavísus est. E u o u a e.

¶ *On supprime les Suffrages des Saints jusqu'à la Trinité.*

¶ *L'Hymne de Complies sur le ton de l'Hymne de Vêpres.*

¶ *Jusqu'au Jeudi saint, quand on fait l'Office du Temps, on ne dit plus* Glória Patri. *au* ℟. *bref de Complies, mais à sa place, on répète immédiatement le* ℟. In manus tuas.

## LE DIMANCHE DES RAMEAUX

*Après l'aspersion de l'eau bénite, le Chœur chante :*

Ant. 7.



H Osánna fí- li- o David : bene-dí- ctus qui





ve-nit in nómine Dómi-ni. O Rex Isra- el : Hosánna



in excélsis.

**Oraison.**

DEUS, quem dilígere et amáre justítia est, ineffábilis grátiæ tuæ in nobis dona multíplica : et qui fecísti nos in morte Fílii tui speráre quæ crédimus ; fac nos eódem resurgénte perveníre quo téndimus. Qui tecum vivit.

**Lectio libri Exodi.** *Exod. 15. d. et 16.*

IN diébus illis : Venérunt fílii Israel in Elim, ubi erant duódecim fontes aquárum, et septuagínta palmæ : et castrametáti sunt juxta aquas. Profectíque sunt de Elim, et venit omnis multitúdo filiórum Israel in desértum Sin, quod est inter Elim et Sínai : quintodécimo die mensis secúndi, postquam egréssi sunt de terra Ægýpti. Et murmurávit omnis congregátio filió-Israel contra Móysen et Aaron in solitúdine. Dixerúntque fílii Israel ad eos : Utinam mórtui essémus per manum Dómini in terra Ægýpti, quando sedebámus super ollas cárnium, et comedebámus panem in saturitáte : cur eduxístis nos in desértum istud, ut occiderétis omnem multitúdinem fame ? Dixit autem Dóminus ad Móysen : Ecce, ego pluam vobis panes de cælo : egrediátur pópulus, et cólligat quæ sufficiunt per síngulos dies : ut tentem eum, utrum ámbulet in lege mea, an non. Die autem sexto parent quod ínferant : et sit duplum, quam collígere solébant per síngulos dies. Dixerúntque Móyses et Aaron ad omnes fílios Israel : Véspere sciétis, quod Dóminus edúxerit vos de terra Ægýpti : et mane vidébitis glóriam Dómini.

*Le Chœur chante ensuite un des Répons suivants :*

℟. *Joann. 11.* Collegérunt pontífices et pharisæi concílium, et dixérunt : Quid fácimus, quia hic homo multa signa facit ? Si dimíttimus eum sic, omnes credent in eum : * Et vénient Románi, et tollent nostrum locum, et gentem. ℣. Unus autem ex illis, Cáiphas nómine, cum esset póntifex anni illíus, prophetávit dicens : Expedit vobis, ut unus moriátur homo pro pópulo, et non tota gens péreat. Ab illo ergo die cogitavérunt interfícere eum, dicéntes. * Et vénient.

Rép. 8.



I N mon-te O-livé- ti o-rá- vit ad




℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 21.*

In illo témpore : Cum appropinquásset Jesus Jerosólymis, et venísset Béthphage ad montem Olivéti : tunc misit duos discípulos suos, dicens eis : Ite in castéllum, quod contra vos est, et statim inveniétis ásinam alligátam, et pullum cum ea : sólvite, et addúcite mihi : et si quis vobis áliquid díxerit, dícite, quia Dóminus his opus habet, et confestim dimíttet eos. Hoc autem totum factum est, ut adimplerétur quod dictum est per Prophétam, dicéntem : Dícite fíliæ Sion : Ecce Rex tuus venit tibi mansuétus, sedens super ásinam, et pullum, fílium subjugális. Eúntes autem discípuli, fecérunt sicut præcépit illis Jesus. Et adduxérunt ásinam, et pullum : et imposuérunt super eos vestiménta sua, et eum désuper sedére fecérunt. Plúrima autem turba stravérunt vestiménta sua in via : álii autem cædébant ramos de arbóribus, et sternébant in via : turbæ autem, quæ præcedébant, et quæ sequebántur, clamábant, dicéntes : Hosánna fílio David : benedíctus, qui venit in nómine Dómini.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oraison.*

Auge fidem in te sperántium, Deus, et súpplicum preces cleménter exáudi : véniat super nos múltiplex miseri córdia tua : bene ✠ dicántur et hi pálmites palmárum, seu olivárum : et sicut in figúra Ecclésiæ multiplicásti Noe egrediéntem de arca, et Móysen exeúntem de Ægýpto cum fíliis Israel ; ita nos



portántes palmas, et ramos olivárum, bonis áctibus occurrámus óbviam Christo : et per ipsum in gáudium introeámus ætérnum : Qui tecum vivit.

℣. *et* ℟. *avant la Préface sur le ton férial,* 16.

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus. Qui gloriáris in consílio sanctórum tuórum. Tibi enim sérviunt creatúræ tuæ : quia te solum auctórem et Deum cognóscunt, et omnis factúra tua te colláudat, et benedícunt te sancti tui. Quia illud magnum Unigéniti tui nomen coram régibus et potestátibus hujus sæculi líbera voce confiténtur. Cui assístunt Angeli et Archángeli, Throni et Dominatiónes : cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicéntes.

Sanctus, *comme aux Féries de Carême,* 38.

Orémus. *Oraison.*

Petimus, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus : ut hanc creatúram olívæ, quam ex ligni matéria prodíre jussísti, quamque colúmba rédiens ad arcam próprio pértulit ore, bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris ; ut quicúmque ex ea recéperint, accípiant sibi protectiónem ánimæ et córporis : fiátque, Dómine, nostræ salútis remédium, tuæ grátiæ sacraméntum. Per Dóminum. ℟. Amen.

Orémus.

Deus, qui dispérsa cóngregas, et congregáta consérvas : qui pópulis óbviam Jesu ramos portántibus benedixísti : béne✠dic étiam hos ramos palmæ et olívæ, quos tui fámuli ad honórem nóminis tui fidéliter suscípiunt ; ut in quemcúmque locum introducti fúerint, tuam benedictiónem habitatóres loci illíus consequántur ; et omni adversitáte effugáta, déxtera tua prótegat quos redémit Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster : Qui tecum vivit.

Orémus.

Deus, qui miro dispositiónis órdine, ex rebus étiam insensibílibus, dispensatiónem nostræ salútis osténdere voluísti : da, quæsumus ; ut devóta tuórum corda fidélium salúbriter intélligant, quid mýstice desígnet in facto, quod hódie cælésti lúmine afflata, Redemptóri óbviam procédens, palmárum atque olivárum ramos vestígiis ejus turba substrávit. Palmárum ígitur rami de mortis príncipe triúmphos exspéctant ; súrculi vero olivárum, spirituálem unctiónem advenísse quodámmodo clamant. Intelléxit enim jam tunc illa hóminum beáta multitúdo præfigurári : quia Redémptor noster humánis cóndolens misériis, pro totíus mundi vita cum mortis príncipe esset pugnatúrus, ac moriéndo triumphatúrus. Et ídeo tália óbsequens administrávit, quæ in illo, et triúmphos victóriæ, et misericórdiæ pinguédinem declarárent. Quod nos quoque plena fide, et factum et significátum retinéntes, te, Dómine sancte, Pater

omnípotens, ætérne Deus, per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum supplíciter exorámus : ut in ipso, atque per ipsum, cujus nos membra fíeri voluísti, de mortis império victóriam reportántes, ipsíus gloriósæ resurrectiónis partícipes esse mereámur : Qui tecum vivit.

Orémus.

DEUS, qui per olívæ ramum, pacem terris colúmbam nuntiáre jussísti : præsta, quæsumus ; ut hos olívæ, ceterarúmque árborum ramos, cælésti bene ✠ dictióne sanctífices : ut cuncto pópulo tuo proficiant ad salútem. Per Christum Dóminum.

Orémus.

BENE ✠ DIC, quæsumus Dómine, hos palmárum, seu olivárum ramos : et præsta ; ut quod pópulus tuus in tui veneratiónem hodiérna die corporáliter agit, hoc spirituáliter summa devotióne perfíciat, de hoste victóriam reportándo, et opus misericórdiæ summópere diligéndo. Per Dóminum.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DEUS, qui Fílium tuum Jesum Christum Dóminum nostrum pro salúte nostra in hunc mundum misísti, ut se humiliáret ad nos, et nos revocáret ad te : cui étiam, dum Jerúsalem veníret, ut adimpléret Scriptúras, credéntium populórum turba, fidelíssima devotióne vestiménta sua cum ramis palmárum in via sternébant : præsta, quæsumus ; ut illi fídei viam præparémus, de qua, remóto lápide offensiónis, et petra scándali, fróndeant apud te ópera nostra justítiæ ramis : ut ejus vestígia sequi mereámur : Qui tecum vivit.

*Le Célébrant distribue les rameaux bénits, pendant que le Chœur chante les Antiennes suivantes :*

Ant. 1.










Autre Ant. 1.












*Si ces Antiennes ne suffisent pas, on les répète jusqu'à la fin de la distribution des rameaux.*

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui Dóminum nostrum Jesum Christum super pullum ásinæ sedére fecísti, et turbas populórum vestiménta, vel ramos árborum in via stérnere, et Hosánna decantáre in laudem ipsíus docuísti : da, quæsumus ; ut illórum innocéntiam imitári possímus, et eórum méritum cónsequi mereámur. Per eúmdem Christum. ℟. Amen.

*On fait ensuite la Procession.*

*Le Diacre dit :*




*Le Chœur répond :*




*Pendant la Procession, on chante une ou plusieurs des Antiennes suivantes, suivant la longueur du parcours.*

Ant. 8. et 7.















**Ant.** *Joann. 12.* Cum audísset pópulus, quia Jesus veńit Jerosólymam, accepérunt ramos palmárum : et exiérunt ei óbviam, et clamábant púeri, dicéntes : Hic est salus nostra, et redémptio Israel. Quantus est iste, cui Throni et Dominatiónes



occúrrunt ! Noli timére fília Sion : ecce Rex tuus venit tibi, sedens super pullum ásinæ, sicut scriptum est. Salve Rex, fabricátor mundi, qui venísti redímere nos.

**Autre Ant.** Ante sex dies solémnis Paschæ, quando venit Dóminus in civitátem Jerúsalem, occurrérunt ei púeri : et in mánibus portábant ramos palmárum, et clamábant voce magna dicéntes : Hosánna in excélsis : benedíctus qui venísti in multitúdine misericórdiæ tuæ : Hosánna in excélsis.





Ho-sánna in excélsis.

*Au retour de la Procession, deux ou quatre chantres entrent dans l'église, et, la porte étant fermée, ils se tournent vers la Procession et chantent :*



1. G Ló-ri- a, laus, et honor, tibi sit Rex Christe Redémptor : Cui pu- e- rí- le de-cus prompsit Hosánna pi- um.

*Le Chœur au dehors répète :* Glória, laus.



1. Isra-el es tu Rex, Davídis et íncly-ta pro-les : Nómine qui in Dómi- ni, Rex bene-dícte, venis. Glória, laus.



2. Cœtus in excél-sis te laudat cæ-li-cus omnis, Et mortális homo, et cuncta cre- á-ta simul. Glória, laus.



3. Plebs Hebræ-a ti-bi cum palmis óbvi- a venit : Cum prece, voto, hymnis ádsumus ecce ti-bi. Glória, laus.



4. Hi tibi passú-ro solvé-bant múni- a laudis : Nos tibi





regnánti pángimus ecce me-los. Glória, laus.



5. Hi placu- ére ti- bi, pláce- at devó- ti- o nostra : Rex bone, Rex clemens, cu- i bo-na cuncta placent. Glória, laus.

*Puis la Procession entre dans l'église, en chantant :*



Rép. 2. I Ngredi- énte Dó-mi-no in sanctam civi- tá- tem, Hebræ-ó- rum pú- e- ri, resurrectiónem vitæ pro- nunti- án- tes, * Cum ramis palmá- rum Hosánna clamá- bant in ex- cél- sis.



℣. Cum audís-set pópulus, quod Jesus vení-ret Jerosó-lymam, exi- érunt ób- vi- am e- i. * Cum ramis.

## A LA MESSE



Intr. 8. D Omi-ne, ne longe fá-ci- as auxí-li- um




**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui humáno géneri ad imitándum humilitátis exémplum, Salvatórem nostrum carnem súmere, et crucem subíre fecísti : concéde propítius ; ut et patiéntiæ ipsíus habére documénta, et resurrectiónis consórtia mereámur. Per eúmdem Dóminum.

**Leotio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Philippenses.** *Phil.* 2.

FRATRES : Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Jesu : qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo : sed semetípsum exinanívit formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, et hábitu invéntus ut homo. Humiliávit semetípsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum : et donávit illi nomen, quod est super omne nomen : *( On fléchit le genou )* ut in nómine Jesu omne genu flectátur cæléstium, terréstrium, et infernórum : et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.









us, réspi-ce in me : quare me dere-li-
quí- sti ? ℣. Lon- ge a sa-lú-te
me- a ver- ba de- lictó- rum me- ó-
rum. ℣. De- us me- us clamá- bo per
di- em, nec exáu- di- es : in nocte, et non
ad insi-pi-én- ti- am mi- hi. ℣. Tu au-
tem in sancto há- bi- tas, laus I- sra-
el. ℣. In te speravé- runt patres
no- stri : speravé- runt, et li- be- rásti
e- os. ℣. Ad te cla-mavé- runt, et sal-vi fa- cti
sunt : in te spe-ravé- runt, et non sunt con-




fú- si. ℣. Ego au- tem sum
vermis, et non ho- mo : oppróbri- um
hó- minum, et abjécti- o ple- bis. ℣. Omnes
qui vi- dé- bant me, aspernabán- tur
me : locú-ti sunt lá- bi- is, et movérunt ca-
put. ℣. Spe-rávit in Dómi- no, e- rí-pi- at e-
um : salvum fáci- at e- um, quóni- am vult
e- um. ℣. Ipsi ve-ro conside-ravé-runt,
et conspexé- runt me : divi-sérunt si- bi
vestiménta me- a, et super vestem me- am mi- sé-
runt sortem. ℣. Lí- be-ra me




**Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Matthæum.**

*Matth. 26. et 27.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : ✠ Scitis quia post bíduum Pascha fiet, et Fílius hóminis tradétur ut crucifigátur? **C** Tunc congregáti sunt príncipes sacerdótum, et senióres pópuli in átrium príncipis sacerdótum, qui dícebátur Cáiphas : et consílium fecérunt ut Jesum dolo tenérent, et occíderent. Dicébant autem : **S** Non in die festo, ne forte tumúltus fieret in pópulo. **C** Cum autem Jesus esset in Bethánia in domo Simónis leprósi, accéssit ad eum múlier habens alabástrum unguénti pretiósi, et effúdit super caput ipsíus recumbéntis. Vidéntes autem discípuli, indignáti sunt dicéntes : **S** Ut quid perdítio hæc? pótuit enim istud venúmdari multo, et dari paupéribus. **C** Sciens autem Jesus, ait illis : ✠ Quid molésti estis huic mulíeri? opus enim bonum operáta est in me. Nam semper páuperes habétis vobíscum : me autem non semper habétis. Mittens enim hæc unguéntum hoc in corpus meum, ad sepeliéndum me fecit. Amen dico vobis, ubicúmque prædicátum fúerit hoc Evangélium in toto mundo, dicétur et quod hæc fecit in memóriam ejus. **C** Tunc ábiit unus de duódecim, qui dicebátur Judas Iscariótes, ad príncipes sacerdótum, et ait illis : **S** Quid vultis mihi dare, et ego vobis eum tradam? **C** At illi constituérunt ei trigínta argénteos. Et exínde quærébat opportunitátem ut eum tráderet. Prima autem die azymórum accessérunt discípuli ad Jesum, dicéntes : **S** Ubi vis parémus tibi comédere pascha? **C** At Jesus dixit : ✠ Ite in civitátem ad quemdam, et dícite ei : Magíster dicit : Tempus meum prope est, apud te fácio pascha cum discípulis meis. **C** Et fecérunt discípuli sicut constítuit illis Jesus, et paravérunt pascha. Véspere autem facto, discumbébat cum duódecim discípulis suis. Et edéntibus illis, dixit : ✠ Amen dico vobis, quia unus vestrum me traditúrus est. **C** Et contristáti valde, cœpérunt sínguli dícere : **S** Numquid ego sum, Dómine? **C** At ipse respóndens, ait : ✠ Qui intíngit mecum manum in parópside, hic me tradet. Fílius quidem hóminis vadit, sicut scriptum est de illo; væ autem hómini illi, per quem Fílius hóminis tradétur : bonum erat ei, si natus non fuísset homo ille. **C** Respóndens autem Judas, qui trádidit eum, dixit : **S** Numquid ego sum, Rabbi? **C** Ait illi : ✠ Tu dixísti. **C** Cœnántibus autem eis, accépit Jesus panem, et benedíxit, ac fregit, dedítque discípulis suis, et ait : ✠ Accípite, et comédite : hoc est corpus meum. **C** Et accípiens cálicem, grátias egit : et dedit illis, dicens : ✠ Bíbite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus novi testaménti, qui pro multis effundétur in remissiónem peccatórum. Dico autem vobis : non bibam ámodo de hoc genímine vitis, usque in diem illum, cum illud bibam vobíscum novum in regno Patris mei. **C** Et hymno dicto, exiérunt in montem Olivéti. Tunc dicit illis Jesus : ✠ Omnes vos scándalum patiémini in me, in ista nocte. Scriptum est enim : Percútiam pastórem, et dispergéntur oves gregis. Postquam autem resurréxero, præcédam vos in Galilæam. **C** Respóndens autem Petrus, ait illi : **S** Et si omnes scandalizáti fúerint in te, ego nunquam scandalizábor. **C** Ait illi Jesus : ✠ Amen dico tibi, quia in hac nocte, ántequam gallus cantet, ter me negábis. **C** Ait illi Petrus : **S** Etiam si oportúerit me mori tecum, non te negábo. **C** Simíliter et omnes discípuli dixérunt. Tunc venit Jesus cum illis in villam, quæ dícitur Gethsémani, et dixit discípulis suis : ✠ Sedéte hic donec vadam illuc, et orem. **C** Et assúmpto Petro, et duóbus fíliis Zebedæi, cœpit contristári, et mœstus esse. Tunc ait illis : ✠ Tristis est ánima mea usque ad

mortem : sustinéte hic, et vigiláte mecum. ℭ Et progréssus pusíllum, prócidit in fáciem suam, orans, et dicens : ✠ Pater mi, si possíbile est, tránseat a me calix iste. Verúmtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. ℭ Et venit ad discípulos suos, et invénit eos dormiéntes : et dicit Petro : ✠ Sic non potuístis una hora vigiláre mecum? Vigiláte, et oráte, ut non intrétis in tentatiónem. Spíritus quidem promptus est, caro autem infírma. ℭ Iterum secúndo ábiit, et orávit, dicens : ✠ Pater mi, si non potest hic calix transíre, nisi bibam illum, fiat volúntas tua. ℭ Et venit íterum, et invénit eos dormiéntes : erant enim óculi eórum graváti. Et relíctis illis, íterum ábiit, et orávit tértio, eúmdem sermónem dicens. Tunc venit ad discípulos suos, et dicit illis : ✠ Dormíte jam, et requiéscite : ecce appropinquávit hora, et Fílius hóminis tradétur in manus peccatórum. Súrgite, eámus : ecce appropinquávit qui me tradet. ℭ Adhuc eo loquénte, ecce Judas unus de duódecim venit, et cum eo turba multa cum gládiis, et fústibus, missi a princípibus sacerdótum, et senióribus pópuli. Qui autem trádidit eum, dedit illis signum, dicens : ℣ Quemcúmque osculátus fúero, ipse est, tenéte eum. ℭ Et conféstim accédens ad Jesum, dixit : ℣ Ave, Rabbi. ℭ Et osculátus est eum. Dixítque illi Jesus : ✠ Amíce, ad quid venísti? ℭ Tunc accessérunt, et manus injecérunt in Jesum, et tenuérunt eum. Et ecce unus ex his, qui erant cum Jesu, exténdens manum, exémit gládium suum, et percútiens servum príncipis sacerdótum, amputávit aurículam ejus. Tunc ait illi Jesus : ✠ Convérte gládium tuum in locum suum. Omnes enim, qui accéperint gládium, gládio períbunt. An putas, quia non possum rogáre Patrem meum, et exhibébit mihi modo plus quam duódecim legiónes Angelórum? Quómodo ergo implebúntur Scriptúræ, quia sic opórtet fíeri? ℭ In illa hora dixit Jesus turbis : ✠ Tamquam ad latrónem exístis cum gládiis, et fústibus comprehéndere me : quotídie apud vos sedébam docens in templo, et non me tenuístis. ℭ Hoc autem totum factum est, ut adimpleréntur Scriptúræ prophetárum. Tunc discípuli omnes, relícto eo, fugérunt. At illi tenéntes Jesum, duxérunt ad Cáipham príncipem sacerdótum, ubi scribæ, et senióres convénerant. Petrus autem sequebátur eum a longe, usque in átrium príncipis sacerdótum. Et ingréssus intro, sedébat cum ministris ut vidéret finem. Príncipes autem sacerdótum, et omne concílium, quærébant falsum testimónium contra Jesum, ut eum morti tráderent : et non invenérunt, cum multi falsi testes accessíssent. Novíssime autem venérunt duo falsi testes, et dixérunt : ℣ Hic dixit : Possum destrúere templum Dei, et post tríduum reædificáre illud. ℭ Et surgens princeps sacerdótum ait illi : ℣ Nihil respóndes ad ea, quæ isti advérsum te testificántur? ℭ Jesus autem tacébat. Et princeps sacerdótum ait illi : ℣ Adjúro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus Fílius Dei. ℭ Dicit illi Jesus : ✠ Tu dixísti. Verúmtamen dico vobis, ámodo vidébitis Fílium hóminis sedéntem a déxtris virtútis Dei, et veniéntem in núbibus cæli. ℭ Tunc princeps sacerdótum scidit vestiménta sua, dicens : ℣ Blasphemávit : quid adhuc egémus téstibus? Ecce nunc audístis blasphemíam : quid vobis vidétur? ℭ At illi respondéntes, dixérunt : ℣ Reus est mortis. ℭ Tunc expuérunt in fáciem ejus, et cólaphis eum cecidérunt, álii autem palmas in fáciem ejus dedérunt, dicéntes : ℣ Prophetíza nobis, Christe, quis est qui te percússit? ℭ Petrus vero sedébat foris in atrio : et accéssit ad eum una ancílla, dicens : ℣ Et tu cum Jesu Galiléo eras. ℭ At ille negávit coram ómnibus, dicens : ℣ Néscio quid dicis. ℭ Exeúnte autem illo jánuam, vidit eum ália ancílla, et ait his qui erant ibi : ℣ Et hic erat cum Jesu Nazaréno. ℭ Et íterum negávit cum juraménto : Quia non novi hóminem. Et post pusíllum accessérunt qui stabant, et dixérunt Petro : ℣ Vere et tu ex illis es : nam et loquéla tua maniféstum te facit. ℭ Tunc cœpit detestári, et juráre quia non novísset hóminem. Et contínuo gallus cantávit. Et recordátus est Petrus verbi Jesu, quod díxerat : Priúsquam gallus cantet, ter me negábis. Et egréssus foras, flevit amáre. Mane autem facto, consílium iniérunt omnes príncipes sacerdótum, et senióres pópuli advérsus Jesum, ut eum morti tráderent. Et vinctum adduxérunt eum, et tradidérunt Póntio Piláto præsidi. Tunc videns Judas, qui eum trádidit, quod damnátus esset, pæniténtia ductus, rétulit trigínta argénteos princípibus sacerdótum, et senióribus, dicens : ℣ Peccávi, tradens sánguinem justum. ℭ At illi dixérunt : ℣ Quid ad nos? Tu víderis. ℭ Et projéctis argénteis in templo, recéssit : et ábiens, láqueo se suspéndit. Príncipes autem sacerdótum, accéptis argénteis, dixérunt : ℣ Non licet eos míttere in córbonam : quia prétium sánguinis est. ℭ Consílio autem ínito, emérunt ex illis agrum fíguli, in sepultúram peregrinórum. Propter hoc vocátus est ager ille, Hacéldama, hoc est, ager sánguinis, usque in hodiérnum diem. Tunc implétum est, quod dictum est per Jeremíam prophétam, dicéntem : Et accepérunt trigínta argénteos prétium appretiáti, quem appretiavérunt a fíliis Israel : et dedérunt eos in agrum fíguli, sicut constítuit mihi Dóminus. Jesus autem stetit ante præsidem : et interrogávit eum præses, dicens : ℣ Tu es Rex Judæórum? ℭ Dicit illi Jesus : ✠ Tu dicis. ℭ Et cum accusarétur a princípibus sacerdótum, et senióribus, nihil respóndit. Tunc dicit illi Pilátus : ℣ Non audis quanta advérsum te dicunt testimónia? ℭ Et non respóndit ei ad ullum verbum, ita ut mirarétur præses veheménter. Per diem autem solémnem consuéverat præses pópulo dimíttere unum vinctum, quem voluíssent. Habébat autem tunc vinctum insignem, qui dicebátur Barábbas. Congregátis ergo illis, dixit Pilátus : ℣ Quem vultis dimíttam vobis : Barábbam, an Jesum, qui dícitur Christus? ℭ Sciébat enim quod per invídiam tradidíssent eum. Sedénte autem illo pro tribunáli, misit ad eum uxor ejus, dicens : ℣ Nihil tibi, et justo illi : multa enim passa sum hódie per visum propter eum. ℭ Príncipes autem sacerdótum, et senióres persuasérunt

pópulis ut péterent Barábbam, Jesum vero pérderent. Respóndens autem præses, ait illis : S Quem vultis vobis de duóbus dimítti? C At illi dixérunt : S Barábbam. C Dicit illis Pilátus : S Quid ígitur fáciam de Jesu, qui dícitur Christus? C Dicunt omnes : S Crucifigátur. C Ait illis præses : S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamábant, dicéntes : S Crucifigátur. C Videns autem Pilátus quia nihil proficeret, sed magis tumúltus fieret : accépta aqua, lavit manus coram pópulo, dicens : S Innocens ego sum a sánguine justi hujus : vos vidéritis. C Et respóndens univérsus pópulus dixit : S Sanguis ejus super nos, et super fílios nostros. C Tunc dimísit illis Barábbam : Jesum autem flagellátum trádidit eis, ut crucifigerétur. Tunc mílites præsidis suscipiéntes Jesum in prætórium, congregavérunt ad eum univérsam cohórtem : et exuéntes eum, chlámydem coccíneam circumdedérunt ei : et plecténtes corónam de spinis, posuérunt super caput ejus et arúndinem in déxtera ejus. Et genu flexo ante eum, illudébant ei, dicéntes : S Ave Rex Judæórum. C Et exspuéntes in eum, accepérunt arúndinem, et percutiébant caput ejus. Et postquam illusérunt ei, exuérunt eum chlámyde, et induérunt eum vestiméntis ejus, et duxérunt eum ut crucifígerent. Exeúntes autem, invenérunt hóminem Cyrenæum, nómine Simónem : hunc angariavérunt ut tólleret crucem ejus. Et venérunt in locum, qui dícitur Gólgotha, quod est Calváriæ locus. Et dedérunt ei vinum bíbere cum felle mixtum. Et cum gustásset, nóluit bíbere. Postquam autem crucifixérunt eum, divisérunt vestiménta ejus, sortem mitténtes : ut implerétur quod dictum est per Prophétam, dicéntem : Divisérunt sibi vestiménta mea, et super vestem meam misérunt sortem. Et sedéntes, servábant eum. Et imposuérunt super caput ejus causam ipsíus scriptam : Hic est Jesus Rex Judæórum. Tunc crucifíxi sunt cum eo duo latrónes : unus a dextris, et unus a sinístris. Prætereúntes autem blasphemábant eum, movéntes cápita sua, et dicéntes : S Vah, qui déstruis templum Dei, et in tríduo illud reædíficas : salva temetípsum. Si Fílius Dei es, descénde de cruce. C Simíliter et príncipes sacerdótum illudéntes cum scribis et senióribus dicébant : S Alios salvos fecit, seípsum non potest salvum fácere : si Rex Israel est, descéndat nunc de cruce, et crédimus ei : confídit in Deo : líberet nunc, si vult eum; dixit enim : Quia Fílius Dei sum. C Idípsum autem et latrónes, qui crucifíxi erant cum eo, improperábant ei. A sexta autem hora ténebræ factæ sunt super univérsam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamávit Jesus voce magna, dicens : ✠ Eli, Eli, lamma sabacthání? C Hoc est : ✠ Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquísti me? C Quidam autem illic stantes, et audiéntes, dicébant : S Elíam vocat iste. C Et contínuo currens unus ex eis, accéptam spóngiam implévit acéto, et impósuit arúndini, et dabat ei bíbere. Céteri vero dicébant : S Sine, videámus an véniat Elías líberans eum. C Jesus autem íterum clamans voce magna, emísit spíritum. *(On se met à genoux*



*pendant quelques instants.)* Et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque deórsum : et terra mota est, et petræ scissæ sunt, et monuménta apérta sunt : et multa córpora sanctórum, qui dormíerant, surrexérunt. Et exeúntes de monuméntis post resurrectiónem ejus, venérunt in sanctam civitátem, et apparuérunt multis. Centúrio autem, et qui cum eo erant, custodiéntes Jesum, viso terræ motu, et his quæ fiébant, timuérunt valde, dicéntes : S Vere Fílius Dei erat iste. C Erant autem ibi mulíeres multæ a longe, quæ secútæ erant Jesum a Galiláea, ministrántes ei : inter quas erat María Magdaléne, et María Jacóbi, et Joseph mater, et mater filiórum Zebedæi. Cum autem sero factum esset, venit quidam homo dives ab Arimathæa, nómine Joseph, qui et ipse discípulus erat Jesu. Hic accéssit ad Pilátum, et pétiit corpus Jesu. Tunc Pilátus jussit reddi corpus. Et accépto córpore, Joseph invólvit illud in síndone munda. Et pósuit illud in monuménto suo novo, quod excíderat in petra. Et advólvit saxum magnum ad óstium monuménti, et ábiit. Erat autem ibi María Magdaléne, et áltera María, sedéntes contra sepúlchrum.

ALTERA autem die, quæ est post Parascéven, convenérunt príncipes sacerdótum, et pharisæi ad Pilátum, dicéntes : Dómine, recordáti sumus, quia sedúctor ille dixit adhuc vivens : Post tres dies resúrgam. Jube ergo custodíri sepúlchrum usque in diem tértium : ne forte véniant discípuli ejus, et furéntur eum, et dicant plebi : Surréxit a mórtuis : et erit novíssimus error pejor prióre. Ait illis Pilátus : Habétis custódiam, ite, custodíte sicut scitis. Illi autem abeúntes, muniérunt sepúlchrum, signántes lápidem, cum custódibus. Credo.






**Secrète.**

CONCEDE, quæsumus Dómine : ut óculis tuæ majestátis munus oblátum, et grátiam nobis devotiónis obtíneat, et efféctum beátæ perennitátis acquírat. Per Dóminum.




**Postcommunion.**

PER hujus, Dómine, operatiónem mystérii : et vítia nostra purgéntur, et justa desidéria compleántur. Per Dóminum.

## A VÊPRES

*Antiennes et Psaumes du Dimanche*, 62.

**Capitule.** *Philipp.* 2.

FRATRES : Hoc enim sentíte in vobis quod et in Christo Jesu : qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo : sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, et hábitu invéntus ut homo.

*Hymne.* Vexílla Regis. 267.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.
℟. A viro iníquo éripe me.









# LE JEUDI SAINT

## A MATINES

*Les trois jours suivants, après avoir dit à voix basse* Pater noster. Ave María. *et à Matines,* Credo. *on omet tout le reste, et on commence l'Office par la première Antienne. On double les Antiennes.*

*On ne dit pas* Glória Patri. *à la fin des Psaumes ni à la fin des Répons.*

*A la fin de chaque Psaume et du Cantique, à Matines et à Laudes, on ne fait pas la modulation ordinaire, mais on baisse la dernière syllabe d'un ton ou d'un demi-ton, suivant la teneur du chant.*

*Aux Vêpres, qui se disent sans chanter, on baisse d'un ton la dernière syllabe des Psaumes et du Cantique. On fait de même à Complies à la fin du dernier Psaume et du Cantique* Nunc dimíttis. *On termine ainsi le Ps.* Miserére. *qui se dit à toutes les Heures après le ℣.* Christus factus est.

AU I. NOCTURNE




**Psaume 68.**

SALVUM me fac Deus : * quóniam intravérunt aquæ usque ad ánimam meam.

Infíxus sum in limo profúndi : * et non est substántia.

Veni in altitúdinem maris : * et tempéstas demérsit me.

Laborávi clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ : * defecérunt óculi mei, dum spero in Deum meum.

P. R.

Multiplicáti sunt super capíllos cápitis mei, * qui odérunt me gratis.

Confortáti sunt qui persecúti sunt me inimíci mei injúste : * quæ non rápui, tunc exsolvébam.

Deus tu scis insipiéntiam meam : * et delícta mea a te non sunt abscóndita.

Non erubéscant in me qui exspéctant te Dómine, * Dómine virtútum.

Non confundántur super me * qui quærunt te Deus Israel.

Quóniam propter te sustínui oppróbrium : * opéruit confúsio fáciem meam.

Extráneus factus sum frátribus meis, * et peregrínus fíliis matris meæ.

Quóniam zelus domus tuæ comédit me : * et oppróbria exprobrántium tibi cecidérunt super me.

Et opérui in jejúnio ánimam meam : * et factum est in oppróbrium mihi.

Et pósui vestiméntum meum cilícium : * et factus sum illis in parábolam.

Advérsum me loquebántur qui sedébant in porta : * et in me psallébant qui bibébant vinum.

Ego vero oratiónem meam ad te Dómine : * tempus benepláciti Deus.

In multitúdine misericórdiæ tuæ exáudi me : * in veritáte salútis tuæ.

Eripe me de luto, ut non infígar : * líbera me ab iis qui odérunt me, et de profúndis aquárum.

Non me demérgat tempéstas aquæ, neque absórbeat me profúndum : * neque úrgeat super me púteus os suum.

Exáudi me Dómine, quóniam benígna est misericórdia tua : * secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum réspice in me.

Et ne avértas fáciem tuam a púero tuo : * quóniam tríbulor, velóciter exáudi me.

Inténde ánimæ meæ, et líbera eam : * propter inimícos meos éripe me.

Tu scis impropérium meum et confusiónem meam, * et reveréntiam meam.

In conspéctu tuo sunt omnes qui tríbulant me : * impropérium exspectávit cor meum, et miséria m.

Et sustínui qui simul contristarétur, et non fuit : * et qui consolarétur, et non invéni.

Et dedérunt in escam meam fel : * et in siti mea potavérunt me acéto.

Fiat mensa eórum coram ipsis in láqueum, * et in retributiónes, et in scándalum.

Obscuréntur óculi eórum ne vídeant : * et dorsum eórum semper incúrva.

Effúnde super eos iram tuam : * et furor iræ tuæ comprehéndat eos.

Fiat habitátio eórum desérta : * et in tabernáculis eórum non sit qui inhábitet.

Quóniam quem tu percussísti, persecúti sunt : * et super dolórem vúlnerum meórum addidérunt.

Appóne iniquitátem super iniquitátem eórum : * et non intrent in justítiam tuam.

Deleántur de libro vivéntium : * et cum justis non scribántur.

Ego sum pauper et dolens : * salus tua Deus suscépit me.

Laudábo nomen Dei cum cántico : * et magnificábo eum in laude :



Et placébit Deo super vítulum novéllum : * córnua producéntem et úngulas.

Vídeant páuperes et læténtur : * quærite Deum, et vivet ánima vestra :

Quóniam exaudívit páuperes Dóminus : * et vinctos suos non despéxit.

Laudent illum cæli et terra, * mare, et ómnia reptília in eis.

Quóniam Deus salvam fáciet Sion : * et ædificabúntur civitátes Juda.

Et inhabitábunt ibi, * et hæreditáte acquírent eam.

Et semen servórum ejus possidébit eam, * et qui díligunt nomen ejus, habitábunt in ea.




**Psaume 69.**

DEUS in adjutórium meum inténde : * Dómine ad adjuvándum me festína.

Confundántur et revereántur, * qui quærunt ánimam meam.

Avertántur retrórsum, et erubéscant, * qui volunt mihi mala :

Avertántur statim erubescéntes, * qui dicunt mihi : Euge, euge.

Exsúltent et læténtur in te omnes qui quærunt te, * et dicant semper : Magnificétur Dóminus : qui díligunt salutáre tuum.

Ego vero egénus et pauper sum : * Deus ádjuva me.

Adjútor meus et liberátor meus es tu : * Dómine ne moréris.




**Psaume 70.**

IN te Dómine sperávi, non confúndar in ætérnum : * in justítia tua líbera me, et éripe me.

Inclína ad me aurem tuam, * et salva me.

Esto mihi in Deum protectórem, et in locum munítum : * ut salvum me fácias,

Quóniam firmaméntum meum, * et refúgium meus es tu.

Deus meus éripe me de manu peccatóris, * et de manu contra legem agéntis et iníqui :

Quóniam tu es patiéntia mea

Dómine : * Dómine spes mea a juventúte mea.

In te confirmátus sum ex útero : * de ventre matris meæ tu es protéctor meus.

In te cantátio mea semper : * tamquam prodígium factus sum multis : et tu adjútor fortis.

Repleátur os meum laude, ut cantem glóriam tuam : * tota die magnitúdinem tuam.

Ne projícias me in témpore senectútis : * cum defécerit virtus mea, ne derelínquas me.

Quia dixérunt inimíci mei mihi : * et qui custodiébant ánimam meam, consílium fecérunt in unum,

Dicéntes : Deus derelíquit eum, persequímini et comprehéndite eum : * quia non est qui erípiat.

Deus ne elongéris a me : * Deus meus in auxílium meum réspice.

Confundántur et defíciant detrahéntes ánimæ meæ : * operiántur confusióne et pudóre qui quærunt mala mihi.

Ego autem semper sperábo : * et adjíciam super omnem laudem tuam.

Os meum annuntiábit justítiam tuam : * tota die salutáre tuum.

Quóniam non cognóvi litteratúram, introíbo in poténtias Dómini : * Dómine memorábor justítiæ tuæ solíus.

Deus docuísti me a juventúte mea : * et usque nunc pronuntiábo mirabília tua.

Et usque in senéctam et sénium : * Deus ne derelínquas me,

Donec annúntiem bráchium tuum * generatióni omni quæ ventúra est :

Poténtiam tuam et justítiam tuam Deus usque in altíssima, quæ fecísti magnália : * Deus quis símilis tibi ?

Quantas ostendísti mihi tribulatiónes multas et malas : et convérsus vivificásti me : * et de abýssis terræ íterum reduxísti me.

Multiplicásti magnificéntiam tuam : * et convérsus consolátus es me.

Nam et ego confitébor tibi in vasis psalmi veritátem tuam : * Deus psallam tibi in cíthara, sanctus Israel.

Exsultábunt lábia mea cum cantávero tibi : * et ánima mea, quam redemísti.

Sed et lingua mea tota die meditábitur justítiam tuam : * cum confúsi et revériti fúerint, qui quærunt mala mihi.

℣. Avertántur retrórsum et eru- béscant.
℟. Qui có- gi- tant mihi ma- la.

Pater noster. *tout bas.*

*Durant ces trois jours, il n'y a ni Absolution, ni Bénédiction. A la fin des Leçons, on ne dit pas* Tu autem.

**Leçon I.** *Chap. 1.*

I Nci-pit Lamentá-ti- o Je-remí- æ Prophé- tæ.



A- leph. Quómodo sedet so-la cívi-tas plena pópulo ? facta est quasi vídu- a dómina génti- um : princeps provinciárum facta est sub tribú- to. Beth. Plorans plorávit in nocte, et lácrimæ e-jus in maxíllis e-jus : non est qui consolétur e- am ex ómnibus ca-ris e-jus : omnes amí-ci e-jus sprevérunt e- am, et facti sunt e- i inimí- ci. Ghi- mel. Migrávit Judas propter afflicti-ónem, et multi-túdinem servitú-tis : habi-távit inter gentes, nec invénit réqui- em : omnes perse-cutóres e-jus apprehendérunt e- am inter angústi- as. Da- leth. Vi-æ Si- on lugent e-o quod non sint qui véni- ant ad so-lemni-tá-tem : omnes portæ e-jus destrúctæ :


sacerdótes e-jus geméntes : vírgines e-jus squá-lidæ, et i-
psa oppréssa ama-ri-tú- di-ne. He. Facti sunt hostes e-
jus in cápi-te, inimí-ci e-jus locuple-tá-ti sunt : qui- a Dó-
minus locútus est super e- am propter multi-túdinem in-i-
quitá-tum e-jus : párvu-li e-jus ducti sunt in captivi-tá-tem,
ante fá-ci- em tribu-lán-tis. Jerúsa-lem, Je- rúsa-lem, convér-
te-re ad Dóminum De- um tu- um.
Rép. 8.
I N mon- te Oli-vé- ti o-rá- vit ad
Pa- trem : Pa-ter, si fí- e-ri po- test, tránse-at a me
ca- lix i- ste : * Spí- ri-tus qui-dem promptus est,
ca- ro autem infír- ma. ℣. Vi-gi-lá- te, et




o-rá- te, ut non intré-tis in ten- ta- ti- ó- nem.
* Spíritus.
Leçon II.
V A- u. Et egréssus est a fí-li- a Si- on omnis
decor e-jus : facti sunt príncipes e-jus ve-lut a-rí- e-tes non
inveni- éntes páscu- a : et abi- érunt absque fortitúdine
ante fá-ci- em subsequén-tis. Za- in. Recordáta est Je-
rúsa-lem di- érum afflicti- ónis su- æ, et præva-rica-ti- ónis
ómni- um de-side-rabí-li- um su- órum, quæ habú-e-rat a di-
ébus antíquis, cum cáderet pópulus ejus in manu hostíli,
et non esset auxi-li- á-tor : vidérunt e-am hostes, et de-ri-
sérunt sábbata e- jus. Heth. Peccátum peccávit Jerúsa-
lem, proptére- a instábi-lis facta est : omnes qui glo-ri-


ficábant e- am, sprevérunt illam, qui- a vidérunt ignomí-ni-
am e-jus : ipsa autem gemens convérsa est retrór-sum.
Teth. Sordes e-jus in pédibus e-jus, nec recordáta est fi-
nis su- i : depó-sita est veheménter, non habens conso-la-
tó-rem : vide Dómine afflicti-ónem me- am, quóni- am erè-
ctus est in-jmí- cus. Jerúsa-lem, Je- rúsa-lem, convértere ad
Dóminum De- um tu- um.
Rép. 8.
T Ristis est á-nima me- a us- que ad
mor- tem : sustiné-te hic, et vi-gi-lá-te me- cum :
nunc vidé-bi- tis turbam, quæ circúmda-bit me : * Vos
fu- gam capi- é- tis, et e- go va- dam im-




mo-lá- ri pro vo- bis. ℣. Ecce appro-pín-
quat ho- ra, et Fí-li- us hóminis tradétur in manus
pecca-tó- rum. ℟. Vos.
Leçon III.
I OD. Manum su- am mi-sit hostis ad ómni- a de-
side-rabí-li- a e-jus : qui- a vi-dit gentes ingréssas sanctu-
á-ri- um su- um, de quibus præcéperas ne intrárent in ec-
clé-si- am tu- am. Caph. Omnis pópulus ejus gemens, et
quærens panem : dedérunt pre-ti- ósa quæque pro cibo ad
re-focillándam ánimam. Vide Dómine et consídera, quóni-
am facta sum vi- lis. La- med. O vos omnes qui transí-
tis per vi- am, atténdite, et vidé-te si est dolor sicut









*On répète* Ecce vídimus *jusqu'au* ℣.

AU II. NOCTURNE





am : i-niqui-tá-tem in excélso locú-ti sunt. E u o u a e.

### Psaume 72.

QUAM bonus Israel Deus * his qui recto sunt corde!
Mei autem pene moti sunt pedes : * pene effúsi sunt gressus mei.
Quia zelávi super iníquos, * pacem peccatórum videns.
Quia non est respéctus morti eórum : * et firmaméntum in plaga eórum.
In labóre hóminum non sunt, * et cum homínibus non flagellabúntur.
Ideo ténuit eos supérbia, * opérti sunt iniquitáte et impietáte sua.
Pródiit quasi ex ádipe iníquitas eórum : * transiérunt in affléctum cordis.
Cogitavérunt, et locúti sunt nequítiam : * iniquitátem in excélso locúti sunt.
Posuérunt in cælum os suum : * et lingua eórum transívit in terra.
Ideo convertétur pópulus meus hic : * et dies pleni inveniéntur in eis.
Et dixérunt : Quómodo scit Deus, * et si est sciéntia in excélso?
Ecce ipsi peccatóres, et abundántes in sæculo, * obtinuérunt divítias.
Et dixi : Ergo sine causa justificávi cor meum, * et lavi inter innocéntes manus meas:
Et fui flagellátus tota die, * et castigátio mea in matutínis.
Si dicébam : Narrábo sic : * ecce natiónem filiórum tuórum reprobávi.
Existimábam ut cognóscerem hoc, * labor est ante me :
Donec intrem in sanctuárium Dei : * et intélligam in novíssimis eórum.
Verúmtamen propter dolos posuísti eis : * dejecísti eos dum allevaréntur.
Quómodo facti sunt in desolatiónem, súbito defecérunt : * periérunt propter iniquitátem suam.
Velut sómnium surgéntium Dómine, * in civitáte tua imáginem ipsórum ad níhilum rédiges.
Quia inflammátum est cor meum, et renes mei commutáti sunt : * et ego ad níhilum redáctus sum, et nescívi.
Ut juméntum factus sum apud te : * et ego semper tecum.
Tenuísti manum déxteram meam : et in voluntáte tua deduxísti me, * et cum glória suscepísti me.
Quid enim mihi est in cælo? * et a te quid vólui super terram?
Defécit caro mea, et cor meum : * Deus cordis mei, et pars mea Deus in ætérnum.
Quia ecce qui elóngant se a te, períbunt : * perdidísti omnes qui fornicántur abs te.
Mihi autem adhærére Deo bonum est : * pónere in Dómino Deo spem meam :
Ut annúntiem omnes prædicatiónes tuas, * in portis fíliæ Sion.






E u o u a e.

### Psaume 73.

UT quid Deus repulísti in finem : * irátus est furor tuus super oves páscuæ tuæ?
Memor esto congregatiónis tuæ : * quam possedísti ab inítio.
Redemísti virgam hæreditátis tuæ : * mons Sion, in quo habitásti in eo.
Leva manus tuas in supérbias eórum in finem : * quanta malignátus est inimícus in sancto!
Et gloriáti sunt qui odérunt te : * in médio solemnitátis tuæ.
Posuérunt signa sua, signa : * et non cognovérunt sicut in éxitu super summum.
Quasi in silva lignórum secúribus excidérunt jánuas ejus in idípsum : * in secúri et áscia dejecérunt eam.
Incendérunt igni sanctuárium tuum : * in terra polluérunt tabernáculum nóminis tui.
Dixérunt in corde suo cognátio eórum simul : * Quiéscere faciámus omnes dies festos Dei a terra.
Signa nostra non vídimus, jam non est prophéta : * et nos non cognóscet ámplius.
Usquequo Deus improperábit inimícus? * irritat adversárius nomen tuum in finem?
Ut quid avértis manum tuam et déxteram tuam, * de médio sinu tuo in finem?
Deus autem rex noster ante sæcula : * operátus est salútem in médio terræ.
Tu confirmásti in virtúte tua mare : * contribulásti cápita dracónum in aquis.
Tu confregísti cápita dracónis : * dedísti eum escam pópulis Æthíopum.
Tu dirupísti fontes et torréntes : * tu siccásti flúvios Ethan.
Tuus est dies, et tua est nox : * tu fabricátus es auróram et solem.
Tu fecísti omnes términos terræ : * æstátem et ver tu plasmásti ea.
Memor esto hujus, inimícus improperávit Dómino : * et pópulus insípiens incitávit nomen tuum.
Ne tradas béstiis ánimas confiténtes tibi, * et ánimas páuperum tuórum ne oblivíscáris in finem.
Réspice in téstaméntum tuum : * quia repléti sunt, qui obscuráti sunt terræ dómibus iniquitátum.
Ne avertátur húmilis factus confúsus : * pauper et inops laudábunt nomen tuum.
Exsúrge Deus, júdica causam tuam : * memor esto improperiórum tuórum, eórum quæ ab insipiénte sunt tota die.
Ne obliviscáris voces inimicórum tuórum : * supérbia eórum qui te odérunt ascéndit semper.



℣. De-us me-us é-ripe me de manu peccató-ris.
℟. Et de manu contra legem agéntis et iníqui.

Pater noster. *tout bas.*

Ex Tractátu sancti Augustíni Epíscopi super Psalmos.

**Leçon IV.**

EXAUDI Deus oratiónem meam, et ne despéxeris deprecatiónem meam : inténde mihi, et exáudi me. Satagéntis, sollíciti, in tribulatióne pósiti, verba sunt ista. Orat multa pátiens, de malo liberári desíderans. Súperest ut videámus in quo malo sit : et cum dícere cœperit, agnoscámus ibi non esse : ut communicáta tribulatióne, conjungámus oratiónem. Contristátus sum, inquit, in exercitatióne mea, et conturbátus sum. Ubi contristátus ? ubi conturbátus ? In exercitatióne mea, inquit. Hómines malos, quos pátitur, commemorátus est : eamdémque passiónem malórum hóminum, exercitatiónem suam dixit. Ne putétis gratis esse malos in hoc mundo, et nihil boni de illis ágere Deum. Omnis malus aut ídeo vivit, ut corrigátur : aut ídeo vivit, ut per illum bonus exerceátur.









**Leçon V.**

UTINAM ergo qui nos modo exércent, convertántur, et nobíscum exerceántur ! Tamen quámdiu ita sunt ut exérceant, non eos odérimus : quia in eo quod malus est quis eórum, utrum usque in finem perseveratúrus sit, ignorámus. Et plerúmque cum tibi vidéris odísse inimícum, fratrem odísti, et nescis. Diábolus et ángeli ejus in Scriptúris sanctis manifestáti sunt nobis, quod ad ignem ætérnum sint destináti. Ipsórum tantum desperánda est corréctio, contra quos habémus occúltam luctam : ad quam luctam nos armat Apóstolus, dicens : Non est nobis colluctátio advérsus carnem et sánguinem : id est, non advérsus hómines, quos vidétis, sed advérsus príncipes, et potestátes, et rectóres mundi, tenebrárum harum. Ne forte cum dixísset, mundi, intellígeres dæmones esse rectóres cæli et terræ. Mundi dixit, tenebrárum harum : mundi dixit, amatórum mundi : mundi dixit, impiórum et iniquórum : mundi dixit, de quo dicit Evangélium : Et mundus eum non cognóvit.



### Leçon VI.

QUONIAM vidi iniquitátem et contradictiónem in civitáte. Atténde glóriam crucis ipsíus. Jam in fronte regum crux illa fixa est, cui inimíci insultavérunt. Efféctus probávit virtútem : dómuit orbem, non ferro, sed ligno. Lignum crucis contuméliis dignum visum est inimícis, et ante ipsum lignum stantes caput agitábant, et dicébant : Si Fílius Dei est, descéndat de cruce. Extendébat ille manus suas ad pópulum non credéntem, et contradicéntem. Si enim justus est qui ex fide vivit, iníquus est qui non habet fidem. Quod ergo hic ait, iniquitátem, perfídiam intéllige. Vidébat ergo Dominus in civitáte iniquitátem et contradictiónem, et extendébat manus suas ad pópulum non credéntem, et contradicéntem : et tamen et ipsos exspéctans dicébat : Pater, ignósce illis, quia nésciunt quid fáciunt.




AU III. NOCTURNE









### Psaume 74.

CONFITEBIMUR tibi Deus : * confitébimur, et invocábimus nomen tuum.

Narrábimus mirabília tua : * cum accépero tempus, ego justítias judicábo.

Liquefácta est terra, et omnes qui hábitant in ea : * ego confirmávi colúmnas ejus.

Dixi iníquis : Nolíte iníque ágere : * et delinquéntibus : Nolíte exaltáre cornu :

Nolíte extóllere in altum cornu vestrum : * nolíte loqui advérsus Deum iniquitátem.

Quia neque ab Oriénte, neque ab Occidénte, neque a desértis móntibus : * quóniam Deus judex est.

Hunc humíliat, et hunc exáltat : * quia calix in manu Dómini vini meri plenus misto.

Et inclinávit ex hoc in hoc : verúmtamen fæx ejus non est exinaníta : * bibent omnes peccatóres terræ.

Ego autem annuntiábo in sæculum : * cantábo Deo Jacob.

Et ómnia córnua peccatórum confríngam : * et exaltabúntur córnua justi.




### Psaume 75.

NOTUS in Judæa Deus : * in Israel magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus : * et habitátio ejus in Sion.

Ibi confrégit poténtias árcuum, * scutum, gládium et bellum.

Illúminans tu mirabíliter a móntibus ætérnis : * turbáti sunt omnes insipiéntes corde.

Dormiérunt somnum suum : * et nihil invenérunt omnes viri divitiárum in mánibus suis.

Ab increpatióne tua Deus Jacob * dormitavérunt qui ascendérunt equos.

Tu terríbilis es, et quis resístet tibi ? * ex tunc ira tua.

De cælo audítum fecísti judícium : * terra trémuit et quiévit,

Cum exsúrgeret in judícium Deus, * ut salvos fáceret omnes mansuétos terræ.

Quóniam cogitátio hóminis confitébitur tibi : * et relíquiæ cogitatiónis diem festum agent tibi.

Vovéte, et réddite Dómino Deo vestro : * omnes qui in circúitu ejus affértis múnera.

Terríbili et ei qui aufert spíritum príncipum, * terríbili apud reges terræ.




**Psaume 76.**

Voce mea ad Dóminum clamávi : * voce mea ad Deum, et inténdit mihi.

In die tribulatiónis meæ Deum exquisívi, mánibus meis nocte contra eum : * et non sum decéptus.

Rénuit consolári ánima mea : * memor fui Dei, et delectátus sum, et exercitátus sum : et defécit spíritus meus.

Anticipavérunt vigílias óculi mei : * turbátus sum, et non sum locútus.

Cogitávi dies antíquos : * et annos ætérnos in mente hábui.

Et meditátus sum nocte cum corde meo, * et exercitábar, et scopébam spíritum meum.

Numquid in ætérnum projíciet Deus : * aut non appónet ut complacítior sit adhuc ?

Aut in finem misericórdiam suam abscíndet, * a generatióne in generatiónem ?

Aut obliviscétur miseréri Deus ? * aut continébit in ira sua misericórdias suas ?

Et dixi : Nunc cœpi : * hæc mutátio déxteræ Excélsi.

Memor fui óperum Dómini : * quia memor ero ab inítio mirabílium tuórum.

Et meditábor in ómnibus opéribus tuis : * et in adinventiónibus tuis exercébor.

Deus in sancto via tua : quis Deus magnus sicut Deus noster ? * tu es Deus qui facis mirabília.

Notam fecísti in pópulis virtútem tuam : * redemísti in bráchio tuo pópulum tuum, fílios Jacob et Joseph.

Vidérunt te aquæ Deus, vidérunt te aquæ : * et timuérunt, et turbátæ sunt abýssi.

Multitúdo sónitus aquárum : * vocem dedérunt nubes.

Etenim sagíttæ tuæ tránseunt : * vox tonítrui tui in rota.

Illuxérunt coruscatiónes tuæ orbi terræ : * commóta est, et contrémuit terra.

In mari via tua, et sémitæ tuæ in aquis multis : * et vestígia tua non cognoscéntur.

Deduxísti sicut oves pópulum tuum : * in manu Móysi et Aaron.



℣. Exsúrge Dómi-ne. ℟. Et júdi-ca causam me- am.

Pater noster. *tout bas.*

De Epístola prima beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

Leçon VII. *Chap. 11. d.*

Hoc autem præcípio : non laudans quod non in mélius, sed in detérius convenítis. Primum quidem conveniéntibus



vobis in ecclésiam, áudio scissúras esse inter vos, et ex parte credo. Nam opórtet et hæreses esse, ut et qui probáti sunt, manifésti fiant in vobis. Conveniéntibus ergo vobis in unum, jam non est domínicam cœnam manducáre. Unusquísque enim suam cœnam præsúmit ad manducándum. Et álius quidem ésurit, álius autem ébrius est. Numquid domos non habétis ad manducándum et bibéndum ? aut ecclésiam Dei contémnitis, et confúnditis eos qui non habent ? Quid dicam vobis ? Laudo vos ? In hoc non laudo.




Leçon VIII.

Ego enim accépi a Dómino quod et trádidi vobis, quóniam Dóminus Jesus in qua nocte tradebátur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit : Accípite et manducáte : hoc est

corpus meum, quod pro vobis tradétur : hoc fácite in meam commemoratiónem. Similiter et cálicem, postquam cœnávit, dicens : Hic calix novum testaméntum est in meo sánguine : hoc fácite, quotiescúmque bibétis, in meam commemoratiónem. Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc, et cálicem bibétis : mortem Dómini annuntiábitis, donec véniat.




**Leçon IX.**

ITAQUE quicúmque manducáverit panem hunc, vel bíberit cálicem Dómini indígne : reus erit córporis et sánguinis Dómini. Probet autem seípsum homo : et sic de pane illo edat, et de cálice bibat. Qui enim mandúcat et bibit indígne, judícium sibi mandúcat et bibit : non dijúdicans corpus Dómini. Ideo inter vos multi infírmi et imbecílles, et dórmiunt multi. Quod si nosmetípsos dijudicarémus, non útique judicarémur. Dum judicámur autem, a Dómino corrípimur, ut non cum hoc mundo damnémur. Itaque, fratres mei, cum convenítis ad manducándum, ínvicem exspectáte. Si quis ésurit, domi mandúcet : ut non in judícium conveniátis. Cétera autem, cum vénero, dispónam.






A LAUDES




**Psaume 50.**

MISERERE mei Deus, * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea : * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco : * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci : * ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum : * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti : * incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor : * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Auditui meo dabis gáudium et lætítiam : * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a pec-

cátis meis : * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : * et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua : * et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui : * et spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas : * et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salútis meæ : * et exsultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine lábia mea apéries : * et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem útique : * holocáustis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus : * cor contrítum et humiliátum Deus non despícies.

Benígne fac Dómine in bona voluntáte tua Sion : * ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium justítiæ, oblatiónes et holocásta : * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

2. Ant.
2. D




**Psaume 89.**

DOMINE, refúgium factus es nobis : * a generatióne in generatiónem.

Priúsquam montes fíerent, aut formarétur terra et orbis : * a sæculo et usque in sæculum tu es Deus.

Ne avértas hóminem in humilitátem : * et dixísti : Convertímini fílii hóminum.

Quóniam mille anni ante óculos tuos, * tamquam dies hestérna, quæ prætériit,

Et custódia in nocte, * quæ pro níhilo habéntur, eórum anni erunt.

Mane sicut herba tránseat, mane flóreat, et tránseat : * véspere décidat, indúret et aréscat.

Quia defécimus in ira tua, * et in furóre tuo turbáti sumus.

Posuísti iniquitátes nostras in conspéctu tuo : * sæculum nostrum in illuminatióne vultus tui.

Quóniam omnes dies nostri defecérunt : * et in ira tua defécimus.

Anni nostri sicut aránea meditabúntur : * dies annórum nostrórum in ipsis, septuagínta anni.

Si autem in potentátibus, octogínta anni : * et ámplius eórum, labor et dolor.

Quóniam supervénit mansuetúdo : * et corripiémur.

Quis novit potestátem iræ tuæ ? * et præ timóre tuo iram tuam dinumeráre ?

Déxteram tuam sic notam fac : * et erudítos corde in sapiéntia.

Convértere Dómine úsquequo ? * et deprecábilis esto super servos tuos.

Repléti sumus mane misericórdia tua : * et exsultávimus, et delectáti sumus ómnibus diébus nostris.

Lætáti sumus pro diébus, quibus nos humiliásti : * annis, quibus vídimus mala.

Réspice in servos tuos, et in ópera tua : * et dírige fílios eórum.

Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, et ópera mánuum nostrárum dírige super nos : * et opus mánuum nostrárum dírige.

3. Ant.
8. G




*Ps.* Deus, Deus meus. *et* Deus misereátur nostri. 146.

4. Ant.
4. A




**Cantique de Moyse.** *Exod. 15.*

CANTEMUS Dómino : glorióse enim magnificátus est, * equum et ascensórem dejécit in mare.

Fortitúdo mea et laus mea Dóminus, * et factus est mihi in salútem :

Iste Deus meus, et glorificábo eum : * Deus patris mei, et exaltábo eum.

Dóminus quasi vir pugnátor, Omnípotens nomen ejus. * Currus Pharaónis et exércitum ejus projécit in mare.

Elécti príncipes ejus submérsi sunt in mari Rubro : * abýssi operuérunt eos, descendérunt in profúndum quasi lapis.

Déxtera tua Dómine magnificáta est in fortitúdine : déxtera tua Dómine percússit inimícum. * Et in multitúdine glóriæ tuæ deposuísti adversários tuos :

Misísti iram tuam, quæ devorávit eos sicut stípulam. * Et in spíritu furóris tui congregátæ sunt aquæ :

Stetit unda fluens, * congregátæ sunt abýssi in médio mari.

Dixit inimícus : Pérsequar et comprehéndam, * dívidam spólia, implébitur ánima mea.

Evaginábo gládium meum, * interfíciet eos manus mea :

Flavit spíritus tuus, et opéruit eos mare : * submérsi

sunt quasi plumbum in aquis veheméntibus.

Quis símilis tui in fórtibus Dómine? * quis símilis tui, magníficus in sanctitáte, terríbilis atque laudábilis, fáciens mirabília?

Extendísti manum tuam, et devorávit eos terra. * Dux fuísti in misericórdia tua pópulo quem redemísti.

Et portásti eum in fortitúdine tua, * ad habitáculum sanctum tuum.

Ascendérunt pópuli, et iráti sunt : * dolóres obtinuérunt habitatóres Philísthiim.

Tunc conturbáti sunt príncipes Edom, robústos Moab obtínuit tremor: * obriguérunt omnes habitatóres Chánaan.

Irruat super eos formído et pavor, * in magnitúdine bráchii tui :

Fiant immóbiles quasi lapis, donec pertránseat pópulus tuus Dómine, * donec pertránseat pópulus tuus iste, quem possedísti.

Introdúces eos, et plantábis in monte hæreditátis tuæ, * firmíssimo habitáculo tuo quod operátus es Dómine :

Sanctuárium tuum Dómine, quod firmavérunt manus tuæ. * Dóminus regnábit in ætérnum, et ultra.

Ingréssus est enim eques Phárao cum cúrribus et equítibus ejus in mare : * et reduxit super eos Dóminus aquas maris.

Fílii autem Israel ambulavérunt per siccum * in médio ejus.




*Ps.* Laudáte Dóminum de cælis. 148. *avec les deux suivants.*

*On ne dit ni Capitule, ni Hymne.*







*Cant.* Benedíctus. 151.



*Après la répétition de l'Antienne à* Benedíctus. *on chante :*




*La seconde nuit, on ajoute :*




*La troisième nuit, on ajoute :*




*Lorsqu'on commence le* ℣. Christus factus est. *tous se mettent à genoux. Quand il est terminé, on dit* Pater noster. *tout bas ; puis, un peu plus haut le Ps.* Miserére. 309.

*On récite ensuite sur le même ton sans dire* Orémus.

**Oraison.**

Respice, quæsumus Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, et crucis subíre torméntum.

Qui tecum vivit. *se dit en silence. — L'Oraison terminée, on frappe avec bruit sur les sièges du Chœur, jusqu'à ce que le cierge qui avait été caché derrière l'autel reparaisse.*

## A LA MESSE

Intr. 4.




*On dit* Glória in excélsis.

### Collecte.

DEUS, a quo et Judas reátus sui pœnam, et confessiónis suæ latro præmium sumpsit, concéde nobis tuæ propitiatiónis efféctum : ut, sicut in passióne sua Jesus Christus Dóminus noster divérsa utrísque íntulit stipéndia meritórum ; ita nobis, abláto vetustátis erróre, resurrectiónis suæ grátiam largiátur. Qui tecum vivit.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *1. Cor. 11.*

FRATRES : Conveniéntibus vobis in unum, jam non est domínicam cœnam manducáre. Unusquísque enim suam cœnam præsúmit ad manducándum. Et álius quidem ésurit : álius autem ébrius est. Numquid domos non habétis ad manducándum et bibéndum ? aut ecclésiam Dei contémnitis, et confúnditis eos qui non habent ? Quid dicam vobis ? Laudo vos ? In hoc non laudo. Ego enim accépi a Dómino, quod et trádidi vobis, quóniam Dóminus Jesus in qua nocte tradebátur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit : Accípite, et manducáte : hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur : hoc fácite in meam commemoratiónem. Simíliter et cálicem,



postquam cœnávit, dicens : Hic calix novum testaméntum est in meo sánguine : hoc fácite, quotiescúmque bibétis, in meam commemoratiónem. Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc, et cálicem bibétis, mortem Dómini annuntiábitis donec véniat. Itaque quicúmque manducáverit panem hunc, vel bíberit cálicem Dómini indígne, reus erit córporis et sánguinis Dómini. Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat, et de cálice bibat. Qui enim mandúcat et bibit indígne, judícium sibi mandúcat et bibit : non dijúdicans corpus Dómini. Ideo inter vos multi infírmi et imbecílles, et dórmiunt multi. Quod si nosmetípsos dijudicarémus, non útique judicarémur. Dum judicámur autem, a Dómino corrípimur, ut non cum hoc mundo damnémur.

Grad. 5.




✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 13.*

ANTE diem festum Paschæ, sciens Jesus quia venit hora ejus, ut tránseat ex hoc mundo ad Patrem : cum dilexísset suos, qui erant in mundo, in finem diléxit eos. Et cœna facta, cum diábolus jam misísset in cor ut tráderet eum Judas Simónis Iscariótæ : sciens quia ómnia dedit ei Pater in manus, et quia a Deo exívit et ad Deum vadit : surgit a cœna, et ponit vestiménta sua : et cum accepísset línteum, præcínxit se. Deínde mittit aquam in pelvim, et cœpit laváre pedes discipulórum,

et extérgere línteo, quo erat præcínctus. Venit ergo ad Simónem Petrum. Et dicit ei Petrus : Dómine, tu mihi lavas pedes? Respóndit Jesus, et dixit ei : Quod ego fácio. tu nescis modo, scies autem póstea. Dicit ei Petrus : Non lavábis mihi pedes in ætérnum. Respóndit ei Jesus : Si non lávero te, non habébis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus : Dómine, non tantum pedes meos, sed et manus, et caput. Dicit ei Jesus : Qui lotus est, non índiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciébat enim quisnam esset qui tráderet eum : proptérea dixit : Non estis mundi omnes. Postquam ergo lavit pedes eórum, et accépit vestiménta sua : cum recubuísset íterum, dixit eis : Scitis quid fécerim vobis? Vos vocátis me Magíster et Dómine : et bene dícitis, sum étenim. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dóminus et Magíster : et vos debétis alter altérius laváre pedes. Exémplum enim dedi vobis, ut quemádmodum ego feci vobis, ita et vos faciátis. Credo.

Offert. 2.




**Secrète.**

Ipse tibi, quæsumus, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, sacrifícium nostrum reddat accéptum, qui discípulis suis in sui commemoratiónem hoc fíeri hodiérna traditióne monstrávit, Jesus Christus Fílius tuus Dñus noster : Qui tecum.

*Préface de la Croix,* 11.

Comm. 2.









**Postcommunion.**

Refecti vitálibus aliméntis, quæsumus Dómine Deus noster : ut quod témpore nostræ mortalitátis exséquimur, immortalitátis tuæ múnere consequámur. Per Dóminum.

*Après la Messe, le Célébrant porte au reposoir l'Hostie consacrée pour le lendemain ; on chante à la Procession des Vêpres du S^t Sacrement. Au retour on psalmodie Vêpres.* Pange lingua.

## A VÊPRES

*Après* Pater noster. *et* Ave María. *tout bas, on commence de suite par la 1re Ant. — On répète l'Ant. après chaque Psaume.*

**Ant.** Cálicem ✝ salutáris accípiam, et nomen Dñi invocábo. *Ps.* Crédidi. 85.

**Ant.** Cum his ✝ qui odérunt pacem, eram pacíficus : dum loquébar illis, impugnábant me gratis. *Ps.* Ad Dóminum. 85.

**Ant.** Ab homínibus ✝ iníquis líbera me Dómine. *Ps.* Erípe me. 89.

**Ant.** Custódi me ✝ a láqueo, quem statuérunt mihi, et a scándalis operántium iniquitátem. *Ps.* Dómine clamávi. 89.

**Ant.** Considerábam ✝ ad déxteram, et vidébam, et non erat qui cognósceret me. *Ps.* Voce mea. 90.

*On ne dit ni Capitule, ni Hymne, ni ℣.*

**A Magnificat, Antienne :**

Cœnántibus ✝ autem illis, accépit Jesus panem, et benedíxit, ac fregit, dedítque discípulis suis.

*Cant.* Magníficat. 67.

## Le Vendredi saint.

Cum accepísset ✝ acétum, dixit : Consummátum est ; et inclináto cápite, emísit spíritum.

*Après l'Ant., on dit* Christus factus est. *et le reste,* 313.

¶ *Le Célébrant avec ses ministres dépouille les Autels, disant :*

Divisérunt sibi ✝ vestiménta mea, et super vestem meam misérunt sortem.

*Ps. 21.* Deus, Deus meus réspice. 323. *On répète l'Antienne.*

## AU LAVEMENT DES PIEDS

*Après le chant de l'Évangile* Ante diem festum. 315, *pendant que le Prêtre fait le lavement des pieds, on chante ce qui suit.*

Ant. 8.

M Andátum novum do vobis : ut di-ligá-tis ínvi-cem, sicut di-léxi vos, di- cit Dóminus. *Ps.* Be-á-ti immaculá- ti in vi- a : qui ámbulant in le- ge Dómini.

*On répète l'Antienne* Mandátum novum.

*On répète de même les autres Antiennes qui ont des Psaumes ou des Versets.*

Ant. 4.

P Ostquam surréxit Dóminus a cœna, mi-sit a- quam in pel- vim, et cœpit lavá-re pedes discipu-lórum su- órum : hoc exémplum re-líquit e- is. *Ps.* Magnus Dóminus, et laudábi-lis nimis : in civi-tá-te De- i nostri, in monte sancto e-jus. Postquam.

Ant. 2.

D Omi- nus Jesus, postquam cœná- vit cum discí-



pu-lis su- is, lavit pedes e- órum, et a- it illis : Sci- tis quid fé-ce-rim vo- bis ego Dómi- nus et Magíster ? Exémplum de-di vo- bis, ut et vos i- ta fa-ci- á-tis. *Ps.* Benedixísti Dómi-ne terram tu- am : a-vertísti capti-vi- tá-tem Ja-cob. Dómi- nus Je-sus.

Ant. 5.

D Omi-ne, tu mi- hi la-vas pedes ? Respóndit Je- sus, et di-xit e- i : Si non láve-ro ti- bi pedes, non ha- bé-bis partem mecum. ℣. Venit ergo ad Simónem Petrum, et di-xit e- i Petrus. Dómi-ne. ℣. Quod ego fá-ci- o, tu ne- scis modo : sci- es autem póste- a. Dómi- ne.

Ant. 4.

S I ego Dóminus et Magíster ve- ster lavi vo-



bis pedes : quanto ma-gis debé-tis alter alté-ri- us la-



vá- re pedes ? *Ps.* Audíte hæc omnes gentes : áuribus per-



cí-pi-te qui habi-tá- tis orbem. Si ego.

Ant. 7.



I N hoc cognóscent omnes, qui- a discípu-li me- i



estis, si di-lecti- ónem habu-é-ri-tis ad ínvi-cem. ℣. Di-xit



Jesus discípu-lis su- is. In hoc cognóscent omnes.

Ant. 7.



M Ane- ant in vo- bis fides, spes, cá-ri-tas, tri- a



hæc : ma-jor autem horum est cáritas. ℣. Nunc autem manent



fides, spes, cá-ri-tas, tri- a hæc : ma- jor autem ho-rum est



cá-ri- tas. Máne- ant in vo- bis.

Ant. 2.



B Enedí-cta sit sancta Trí-ni-tas, atque indi-ví-





sa Uni-tas : confi-tébimur c- i, qui- a fe-cit nobíscum mi-



se-ri-cór-di- am su- am. ℣. Benedi-cámus Patrem et Fí-li- um,



cum Sancto Spí-ri-tu. *Ps.* Quam di-lécta tabernácu-la tu- a,



Dómi-ne virtútum ! concupíscit, et dé-fi-cit ánima me- a



in átri- a Dómi- ni. Bene-dícta sit.

Ant. 6.



U -bi cá-ri- tas, et amor, De- us i-bi est. ℣. Congre-



gávit nos in u-num Christi amor. ℣. Exsultémus, et in i-



pso jucundémur. ℣. Time- ámus, et amémus De- um vivum.



℣. Et ex corde di- ligámus nos sin-cé- ro. *Ant.* Ubi cá-ri- tas,



et amor, De- us i-bi est. ℣. Simul ergo cum in u-num



congregámur : ℣. Ne nos mente di-vidámur, cave- ámus.




Pater noster. *tout bas.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Tu mandásti mandáta tua Dómine. ℟. Custodíri nimis.
℣. Tu lavásti pedes discipulórum tuórum.
℟. Opera mánuum tuárum ne despícias.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus...
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oraison.*

ADESTO, Dómine quæsumus, offício servitútis nostræ : et quia tu discípulis tuis pedes laváre dignátus es, ne despícias ópera mánuum tuárum, quæ nobis retinénda mandásti : ut sicut hic nobis, et a nobis exterióra abluúntur inquinaménta; sic a te ómnium nostrum interióra lavéntur peccáta. Quod ipse præstáre dignéris, qui vivis et regnas Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

## A COMPLIES

*On commence immédiatement par le* Confíteor. Misereátur *et* Indulgéntiam. *puis on psalmodie les Psaumes ordinaires,* 73, *avec le Cantique* Nunc dimíttis. 78.

*Ensuite le* ℣. Christus factus est. *et le reste comme ci-dessus,* 313.



# LE VENDREDI SAINT

## A MATINES

Pater noster. Ave María. Credo. *tout bas.*

AU I. NOCTURNE




*Ps.* Quare fremuérunt gentes. 124.




### Psaume 21.

DEUS Deus meus réspice in me : quare me dereliquísti? * longe a salúte mea verba delictórum meórum.

Deus meus clamábo per diem, et non exáudies : * et nocte, et non ad insipiéntiam mihi.

Tu autem in sancto hábitas, * laus Israel.

In te speravérunt patres nostri : * speravérunt, et liberásti eos.

Ad te clamavérunt, et salvi facti sunt : * in te speravérunt, et non sunt confúsi.

Ego autem sum vermis, et non homo : * oppróbrium hóminum, et abjéctio plebis.

Omnes vidéntes me derisérunt me : * locúti sunt lábiis, et movérunt caput.

Sperávit in Dómino, erípiat eum : * salvum fáciat eum, quóniam vult eum.

Quóniam tu es qui extraxísti me de ventre : * spes mea ab ubéribus matris meæ. In te projéctus sum ex útero :

De ventre matris meæ Deus meus es tu, * ne discésseris a me :

Quóniam tribulátio próxima est : * quóniam non est qui ádjuvet.

Circumdedérunt me vítuli multi : * tauri pingues obsedérunt me.

Aperuérunt super me os suum, * sicut leo rápiens et rúgiens.

Sicut aqua effúsus sum : * et dispérsa sunt ómnia ossa mea.

Factum est cor meum tamquam cera liquéscens * in médio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea, et lingua mea adhæsit fáucibus meis : * et in púlverem mortis deduxísti me.

Quóniam circumdedérunt me canes multi : * concílium malignántium obsédit me.

Fodérunt manus meas et pedes meos : * dinumeravérunt ómnia ossa mea.

Ipsi vero consideravérunt et inspexérunt me : * divisérunt sibi vestiménta mea, et super vestem meam misérunt sortem.

Tu autem Dómine ne elongáveris auxílium tuum a me : * ad defensiónem meam cónspice.

Erue a frámea Deus ánimam meam : * et de manu canis únicam meam.

Salva me ex ore leónis : * et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Narrábo nomen tuum frátribus meis : * in médio ecclésiæ laudábo te.

Qui timétis Dóminum, laudáte eum : * univérsum semen Jacob glorificáte eum.

Tímeat eum omne semen Israel : * quóniam non sprevit neque despéxit deprecatiónem páuperis :

Nec avértit fáciem suam a me : * et cum clamárem ad eum, exaudívit me.

Apud te laus mea in eccléssia magna : * vota mea reddam in conspéctu timéntium eum.

Edent páuperes, et saturabúntur : et laudábunt Dóminum qui requírunt eum : * vivent corda eórum in sæculum sæculi.

Reminiscéntur et converténtur ad Dóminum * univérsi fines terræ :

Et adorábunt in conspéctu ejus * univérsæ famíliæ géntium.

Quóniam Dómini est regnum : * et ipse dominábitur géntium.

Manducavérunt et adoravérunt omnes pingues terræ : * in conspéctu ejus cadent omnes qui descéndunt in terram.

Et ánima mea illi vivet : * et semen meum sérviet ipsi.

Annuntiábitur Dómino generátio ventúra : * et annuntiábunt cæli justítiam ejus pópulo qui nascétur, quem fecit Dóminus.






**Psaume 26.**

Dominus illuminátio mea et salus mea, * quem timébo?

Dóminus protéctor vitæ meæ, * a quo trepidábo?

Dum apprópiant super me nocéntes, * ut edant carnes meas.

Qui tríbulant me inimíci mei, * ipsi infirmáti sunt, et cecidérunt.

Si consístant advérsum me castra, * non timébit cor meum.

Si exsúrgat advérsum me prælium, * in hoc ego sperábo.

Unam pétii a Dómino, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ :

Ut vídeam voluptátem Dómini, * et vísitem templum ejus.

Quóniam abscóndit me in tabernáculo suo : * in die malórum protéxit me in abscóndito tabernáculi sui.

In petra exaltávit me : * et nunc exaltávit caput meum super inimícos meos.

Circuívi, et immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferatiónis : * cantábo, et psalmum dicam Dómino.

Exáudi Dómine vocem meam qua clamávi ad te : * miserére mei, et exáudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisívit te fácies mea : * fáciem tuam Dómine requíram.

Ne avértas fáciem tuam a me : * ne declínes in ira a servo tuo.

Adjútor meus esto : * ne derelínquas me, neque despícias me Deus salutáris meus.

Quóniam pater meus et mater mea dereliquérunt me : * Dóminus autem assúmpsit me.

Legem pone mihi Dómine in via tua : * et dírige me in sémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me : * quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, et mentíta est iníquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Exspécta Dóminum, viríliter age : * et confortétur cor tuum, et sústine Dóminum.

℣. Divisérunt sibi vestiménta mea.
℟. Et super vestem meam misérunt sortem.

Pater noster. *tout bas.*

Leçon I. *Chap. 2. c.*




óne : luxítque antemurá-le, et murus pá-riter dissi-pá-
tus est. Teth. De-fíxæ sunt in terra portæ e-jus : pérdidit,
et contrívit vectes e-jus : regem e-jus et príncipes e-jus in
génti-bus : non est lex, et prophétæ e-jus non invené-runt
vi-si- ónem a Dó-mi-no. Iod. Sedérunt in terra, conti-
cu-érunt senes fí- li- æ Si- on : conspersérunt cínere cápi-ta
su-a, accíncti sunt ci-lí-ci- is, abjecé-runt in terram cá-
pi-ta su- a vírgines Je-rú- sa-lem. Caph. De-fecé-runt præ
lácrimis ócu-li me- i, conturbá-ta sunt víscera me- a :
effúsum est in terra jecur me- um super contri-ti- óne fí-
li- æ pópuli me- i, cum de-fí-ceret párvulus et lactens in




platé- is óppi-di. Jerúsa-lem, Je- rúsa-lem, convértere ad
Dóminum De- um tu- um.
Rép. 3.
O -mnes amí-ci me- i de-re- li-qué-
runt me, et præ- va-lu-é- runt insidi- án-tes
mi- hi : trádi-dit me, quem di-li-gé- bam : * Et terri-
bí-li-bus ó- cu- lis pla-ga crudé- li percu- ti- éntes, a-
cé- to po-tá- bant me. ℣. Inter in-í- quos
pro-jecé-runt me, et non pepercérunt á- nimæ me-
æ. * Et terri-bí-li-bus.
Leçon II.
L A- med. Mátribus su- is dixérunt : Ubi est trí-ti-
cum et vinum ? cum de-fí-cerent quasi vulne-rá-ti in pla-


té- is civi-tá-tis : cum exha-lárent ánimas su- as in sinu
matrum su- á- rum. Mem. Cu- i comparábo te ? vel cu- i
assimi-lábo te fí-li- a Je-rúsa-lem ? cu- i exæquábo te,
et consolábor te virgo fí-li- a Si- on ? magna est enim
velut mare contrí-ti- o tu-a : quis medébi-tur tu- i ?
Nun. Prophétæ tu-i vidérunt tibi falsa et stulta, nec a-
pe-ri- ébant iniquitá-tem tu- am, ut te ad pæniténti- am
provocá-rent : vidérunt autem tibi assumpti- ónes falsas et
e-jecti- ó- nes. Sa- mech. Plausérunt super te mánibus om-
nes transe-úntes per vi- am : sibi-lavérunt, et movérunt ca-
put su-um super fí-li- am Jerúsa-lem : Hæccine est urbs, di-




céntes, perfécti decó-ris, gáudi- um univérsæ ter-ræ ? Je-
rúsa-lem, Je- rúsa-lem, convértere ad Dóminum De- um
tu- um.
Rép. 2.
V E-lum templi scis- sum est, * Et omnis ter-
ra trému- it : latro de cru- ce clamábat,
di- cens : Meménto me- i Dómi- ne, dum véneris
in regnum tu- um. ℣. Pe-træ scissæ sunt, et monu-
ménta apérta sunt, et multa córpora sanctórum qui
dormí- e-rant, surre- xé- runt. * Et omnis.
Leçon III. Chap. 3.
A - leph. Ego vir videns paupertátem me- am in
virga indigna-ti- ónis e- jus. A- leph. Me minávit, et









AU II. NOCTURNE




**Psaume 37.**

DOMINE ne in furóre tuo árguas me : * neque in ira tua corrípias me.

Quóniam sagíttæ tuæ infíxæ sunt mihi : * et confirmásti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea a fácie iræ tuæ : * non est pax óssibus meis a fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meæ supergréssæ sunt caput meum : * et sicut onus grave gravátæ sunt super me.

Putruérunt et corrúptæ sunt cicatríces meæ, * a fácie insipiéntiæ meæ.

Miser factus sum, et curvátus sum usque in finem : * tota die contristátus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impléti sunt illusiónibus : * et non est sánitas in carne mea.

Afflictus sum et humiliátus sum nimis : * rugiébam a gémitu cordis mei.

Dómine ante te omne desidérium meum : * et gémitus meus a te non est abscónditus.

Cor meum conturbátum est, derelíquit me virtus mea : * et lumen oculórum meórum, et ipsum non est mecum.

Amíci mei et próximi mei * advérsum me appropinquavérunt et stetérunt.

Et qui juxta me erant, de longe stetérunt : * et vim faciébant, qui quærébant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala mihi, locúti sunt vanitátes : * et dolos tota die meditabántur.

Ego autem tamquam surdus non audiébam : * et sicut mutus non apériens os suum.

Et factus sum sicut homo non áudiens, * et non habens in ore suo redargutiónes.

Quóniam in te Dómine sperávi : * tu exáudies me Dómine Deus meus.

Quia dixi : Nequándo supergáudeant mihi inimíci mei : * et dum commovéntur pedes mei, super me magna locúti sunt.

Quóniam ego in flagélla parátus sum : * et dolor meus in conspéctu meo semper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo : * et cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt, et confirmáti sunt super me : * et multiplicáti sunt qui odérunt me iníque.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi : * quóniam sequébar bonitátem.

Ne derelínquas me Dómine Deus meus : * ne discésseris a me.

Inténde in adjutórium meum, * Dómine Deus salútis meæ.

2. Ant.
4. A

C Onfundántur et reve-re- ántur, qui quærunt ánimam me- am, ut áuferant e- am. E u o u a e.

**Psaume 39.**

EXSPECTANS exspectávi Dóminum, * et inténdit mihi.

Et exaudívit preces meas : * et edúxit me de lacu miséria et de luto fæcis.

Et státuit super petram pedes meos : * et diréxit gressus meos.

Et immísit in os meum cánticum novum, * carmen Deo nostro.



Vidébunt multi, et timébunt : * et sperábunt in Dómino.

Beátus vir cujus est nomen Dómini spes ejus : * et non respéxit in vanitátes et insánias falsas.

Multa fecísti tu Dómine Deus meus mirabília tua : * et cogitatiónibus tuis non est qui símilis sit tibi.

Annuntiávi et locútus sum : * multiplicáti sunt super número.

Sacrifícium et oblatiónem noluísti : * aures autem perfecísti mihi.

Holocáustum et pro peccáto non postulásti : * tunc dixi : Ecce vénio.

In cápite libri scriptum est de me ut fácerem voluntátem tuam : * Deus meus vólui, et legem tuam in médio cordis mei.

Annuntiávi justítiam tuam in ecclésia magna, * ecce lábia mea non prohibébo, Dómine tu scisti.

Justítiam tuam non abscóndi in corde meo : * veritátem tuam et salutáre tuum dixi.

Non abscóndi misericórdiam tuam et veritátem tuam * a concílio multo.

Tu autem Dómine ne longe fácias miseratiónes tuas a me : * misericórdia tua et véritas tua semper suscepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est número : * comprehendérunt me iniquitátes meæ, et non pótui ut vidérem.

Multiplicátæ sunt super capíllos cápitis mei : * et cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi Dómine ut éruas me : * Dómine ad adjuvándum me réspice.

Confundántur et revercántur simul qui quærunt ánimam meam, * ut áuferant eam.

Convertántur retrórsum et revereántur * qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusiónem suam, * qui dicunt mihi : Euge, euge.

Exsúltent et lætántur super te omnes quæréntes te : * et et dicant semper : Magnificétur Dóminus, qui díligunt salutáre tuum.

Ego autem mendícus sum et pauper : * Dóminus sollícitus est mei.

Adjútor meus et protéctor meus tu es : * Deus meus ne tardáveris.

3. Ant.
4. A

A - li- éni insurrexé-runt in me, et fortes quæ- si- é-runt ánimam me- am. E u o u a e.

**Psaume 53.**

DEUS in nómine tuo salvum me fac : * et ín virtúte tua júdica me.

Deus exáudi oratiónem meam : * áuribus pércipe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt advérsum me, et fortes quæsiérunt ánimam meam : *

et non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus ádjuvat me : * et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Avérte mala inimícis meis : * et in veritáte tua dispérde illos.

Voluntárie sacrificábo tibi, * et confitébor nómini tuo Dómine : quóniam bonum est :

Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me : * et super inimícos meos despéxit óculus meus.

℣. Insurrexérunt in me testes iníqui.
℟. Et mentíta est iníquitas sibi.

Pater noster. *tout bas.*

Ex Tractátu sancti Augustíni Episcopi super Psalmos.

**Leçon IV.**

PROTEXISTI me Deus a convéntu malignántium, a multitúdine operántium iniquitátem. Jam ipsum caput nostrum intueámur. Multi mártyres tália passi sunt, sed nihil sic elúcet, quómodo caput mártyrum : ibi mélius intuémur quod illi expérti sunt. Protéctus est a multitúdine malignántium, protegénte se Deo, protegénte carnem suam ipso Fílio, et hómine, quem gerébat : quia fílius hóminis est, et Fílius Dei est : Fílius Dei, propter formam Dei ; fílius hóminis, propter formam servi. habens in potestáte pónere ánimam suam, et recípere eam. Quid ei potuérunt fácere inimíci ? Occidérunt corpus, ánimam non occidérunt. Inténdite. Parum ergo erat, Dóminum hortári mártyres verbo, nisi firmáret exémplo.









**Leçon V.**

NOSTIS qui convéntus erat malignántium Judæórum, et quæ multitúdo erat operántium iniquitátem. Quam iniquitátem? Quia voluérunt occídere Dóminum Jesum Christum. Tanta ópera bona, inquit, osténdi vobis : propter quod horum me vultis occídere ? Pértulit omnes infírmos eórum, curávit omnes lánguidos eórum, prædicávit regnum cælórum, non tácuit vítia eórum, ut ipsa pótius eis displicérent, non médicus, a quo sanabántur. His ómnibus curatiónibus ejus ingráti, tamquam multa febre phrenétici, insaniéntes in médicum qui vénerat curáre eos, excogitavérunt consílium perdéndi eum : tamquam ibi voléntes probáre, utrum vero homo sit, qui mori possit, an áliquid super hómines sit, et mori se non permíttat. Verbum ipsórum agnóscimus in Sapiéntia Salomónis : Morte turpíssima, ínquiunt, condemnémus eum. Interrogémus eum : erit enim respéctus in sermónibus illíus. Si enim vere Fílius Dei est, líberet eum.






* Et inclináto.

### Leçon VI.

EXACUERUNT tamquam gládium linguas suas. Non dicant Judæi : Non occídimus Christum. Etenim proptérea eum dedérunt júdici Piláto, ut quasi ipsi a morte ejus videréntur immúnes. Nam cum dixísset eis Pilátus : Vos eum occídite, respondérunt : Nobis non licet occídere quemquam. Iniquitátem facínoris sui in júdicem hóminem refúndere volébant : sed numquid Deum júdicem fallébant? Quod fecit Pilátus, in eo ipso quod fecit, aliquántum párticeps fuit : sed in comparatióne illórum, multo ipse innocéntior. Institit enim quantum pótuit, ut illum ex córum mánibus liberáret : nam proptérea flagellátum prodúxit ad eos. Non persequéndo Dóminum flagellávit, sed eórum furóri satisfácere volens : ut vel sic jam mitéscerent, et desínerent velle occídere, cum flagellátum vidérent. Fecit et hoc. At ubi perseveravérunt, nostis illum lavísse manus, et dixísse, quod ipse non fecísset, mundum se esse a morte illíus. Fecit tamen. Sed si reus, quia fecit vel invítus : illi innocéntes, qui coegérunt ut fáceret? Nullo modo. Sed ille dixit in eum sententiam, et jussit eum crucifígi, et quasi ipse occídit : et vos, o Judæi, occidístis. Unde occidístis? Gládio linguæ : acuístis enim linguas vestras. Et quando percussístis, nisi quando clamástis : Crucifíge, crucifíge?









* Quia. ℟. Animam.

AU III. NOCTURNE




### Psaume 58.

ERIPE me de inimícis meis Deus meus : * et ab insurgéntibus in me líbera me.

Eripe me de operántibus iniquitátem : * et de viris sánguinum salva me.

Quia ecce cepérunt ánimam meam : * irruérunt in me fortes.

Neque iníquitas mea, neque peccátum meum Dómine : * sine iniquitáte cucúrri, et diréxi.

Exsúrge in occúrsum meum, et vide : * et tu Dómine Deus virtútum, Deus Israel,

Inténde ad visitándas omnes gentes : * non misereáris ómnibus qui operántur iniquitátem.

Converténtur ad vésperam : et famem patiéntur ut canes, * et circuíbunt civitátem.

Ecce loquéntur in ore suo, et gládius in lábiis eórum : * quóniam quis audívit?

Et tu Dómine deridébis eos : * ad níhilum dedúces omnes gentes.

Fortitúdinem meam ad te custódiam, quia Deus suscéptor meus es : * Deus meus, misericórdia ejus prævéniet me.

Deus osténdet mihi super inimícos meos, ne occídas eos : * nequándo obliviscántur pópuli mei.

Dispérge illos in virtúte tua : * et depóne eos, protéctor meus Dómine.

Delíctum oris eórum, sermónem labiórum ipsórum : * et comprehendántur in supérbia sua.

Et de exsecratióne et mendácio annuntiabúntur in consummatióne : * in ira consummatiónis, et non erunt.

Et scient quia Deus dominábitur Jacob : * et fínium terræ.

Converténtur ad vésperam : et famem patiéntur ut canes, * et circuíbunt civitátem.

Ipsi dispergéntur ad manducándum : * si vero non fúerint saturáti, et murmurábunt.

Ego autem cantábo fortitúdinem tuam : * et exsultábo mane misericórdiam tuam.

Quia factus es suscéptor meus, * et refúgium meum in die tribulatiónis meæ.

Adjútor meus tibi psallam, quia Deus suscéptor meus es : * Deus meus misericórdia mea.




et non egredi- ébar. E u o u a e.

### Psaume 87.

DOMINE Deus salútis meæ : * in die clamávi, et nocte coram te.

Intret in conspéctu tuo orátio mea : * inclína aurem tuam ad precem meam :

Quia repléta est malis ánima mea : * et vita mea inférno appropinquávit.

Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum : * factus sum sicut homo sine adjutório, inter mórtuos liber.

Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlcris, quorum non es memor ámplius : * et ipsi de manu tua repúlsi sunt.

Posuérunt me in lacu inferióri : * in tenebrósis, et in umbra mortis.

Super me confirmátus est furor tuus : * et omnes fluctus tuos induxísti super me.

Longe fecísti notos meos a me : * posuérunt me abominatiónem sibi.

Tráditus sum, et non egrediébar : * óculi mei languérunt præ inópia.



Clamávi ad te Dómine tota die : * expándi ad te manus meas.

Numquid mórtuis fácies mirabília : * aut médici suscitábunt, et confitebúntur tibi?

Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam tuam, * et veritátem tuam in perditióne?

Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília tua : * et justítia tua in terra obliviónis?

Et ego ad te Dómine clamávi : * et mane orátio mea prævéniet te.

Ut quid Dómine repéllis oratiónem meam : * avértis fáciem tuam a me?

Pauper sum ego, et in labóribus a juventúte mea : * exaltátus autem, humiliátus sum et conturbátus.

In me transiérunt iræ tuæ : * et terróres tui conturbavérunt me.

Circumdedérunt me sicut aqua tota die : * circumdedérunt me simul.

Elongásti a me amícum et próximum : * et notos meos a miséria.




céntem condemnábunt. E u o u a e.

### Psaume 93.

DEUS ultiónum Dóminus : * Deus ultiónum líbere egit.

Exaltáre qui júdicas terram : * redde retributiónem supérbis.

Usquequo peccatóres Dómine, * úsquequo peccatóres gloriabúntur.

Effabúntur, et loquéntur iniquitátem : * loquéntur omnes qui operántur injustítiam?

Pópulum tuum Dómine humiliavérunt : * et hæreditátem tuam vexavérunt.

Víduam et ádvenam interfecérunt : * et pupíllos occidérunt.

Et dixérunt : Non vidébit Dóminus, * nec intélliget Deus Jacob.

Intellígite insipiéntes in pópulo : * et stulti aliquándo sápite.

Qui plantávit aurem, non áudiet? * aut qui finxit óculum, non considerat?

Qui córripit gentes, non árguet : * qui docet hóminem sciéntiam?

Dóminus scit cogitatiónes hóminum, * quóniam vanæ sunt.

Beátus homo quem tu erudíeris Dómine : * et de lege tua docúeris eum,

Ut mítiges ei a diébus malis : * donec fodiátur peccatóri fóvea.

Quia non repéllet Dóminus plebem suam : * et hæreditátem suam non derelínquet.

Quoadúsque justítia convertátur in judícium : * et qui juxta illam omnes qui recto sunt corde.

Quis consúrget mihi advérsus malignántes? * aut quis

stabit mecum advérsus operántes iniquitátem ?

Nisi quia Dóminus adjúvit me : * paulo minus habitásset in inférno ánima mea.

Si dicébam : Motus est pes meus : * misericórdia tua Dómine adjuvábat me.

Secúndum multitúdinem dolórum meórum in corde meo : * consolatiónes tuæ lætificavérunt ánimam meam.

Numquid adhæret tibi sedes iniquitátis : * qui fingis labórem in præcépto ?

Captábunt in ánimam justi : * et sánguinem innocéntem condemnábunt.

Et factus est mihi Dóminus in refúgium : * et Deus meus in adjutórium spei meæ.

Et reddet illis iniquitátem ipsórum : et in malítia eórum dispérdet eos : * dispérdet illos Dóminus Deus noster.

℣. Locúti sunt advérsum me lingua dolósa.

℟. Et sermónibus ódii circumdedérunt me, et expugnavérunt me gratis.

Pater noster. *tout bas.*

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos.

**Leçon VII.** *Chap. 4. c. et 5.*

FESTINEMUS íngredi in illam réquiem : ut ne in idípsum quis incidat incredulitátis exémplum. Vivus est enim sermo Dei, et éfficax, et penetrabílior omni gládio ancípiti : et pertíngens usque ad divisiónem ánimæ ac spíritus, compágum quoque ac medullárum, et discrétor cogitatiónum et intentiónum cordis. Et non est ulla creatúra invisíbilis in conspéctu ejus : ómnia autem nuda et apérta sunt óculis ejus, ad quem nobis sermo. Habéntes ergo pontíficem magnum, qui penetrávit cælos, Jesum Fílium Dei : teneámus confessiónem. Non enim habémus pontíficem qui non possit cómpati infirmitátibus nostris : tentátum autem per ómnia pro similitúdine absque peccáto.









**Leçon VIII.**

ADEAMUS ergo cum fidúcia ad thronum grátiæ : ut misericórdiam consequámur, et grátiam inveniámus in auxílio opportúno. Omnis namque póntifex ex homínibus assúmptus, pro homínibus constitúitur in iis quæ sunt ad Deum, ut ófferat dona et sacrifícia pro peccátis : qui condolére possit iis qui ignórant et errant ; quóniam et ipse circúmdatus est infirmitáte : et proptérea debet, quemádmodum pro pópulo, ita étiam et pro semetípso offérre pro peccátis.



### Leçon IX.

Nec quisquam sumit sibi honórem, sed qui vocátur a Deo, tamquam Aaron. Sic et Christus non semetípsum clarificávit ut póntifex fíeret : sed qui locútus est ad eum : Fílius meus es tu, ego hódie génui te. Quemádmodum et in álio loco dicit : Tu es sacérdos in ætérnum, secúndum órdinem Melchísedech. Qui in diébus carnis suæ, preces supplicationésque ad eum, qui possit illum salvum fácere a morte, cum clamóre válido et lácrimis ófferens, exaudítus est pro sua reveréntia. Et quidem cum esset Fílius Dei, dídicit ex iis quæ passus est, obediéntiam : et consummátus, factus est ómnibus obtemperántibus sibi causa salútis ætérnæ, appellátus a Deo póntifex juxta órdinem Melchísedech.




### A LAUDES








sed pro nobis ómnibus trádi-dit illum. E u o u a e.

*Ps.* Miserére mei Deus. 309.




turbátum est cor me- um. E u o u a e.

### Psaume 142.

Domine exáudi oratiónem meam : áuribus pércipe obsecratiónem meam in veritáte tua : * exáudi me in tua justítia.

Et non intres in judícium cum servo tuo : * quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimícus ánimam meam : * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obscúris sicut mórtuos sæculi : * et anxiátus est super me spíritus meus, in me turbátum est cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, meditátus sum in ómnibus opéribus tuis : * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expándi manus meas ad te : * ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velóciter exáudi me Dómine : * defécit spíritus meus.

Non avértas fáciem tuam a me : * et símilis ero descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi mane misericórdiam tuam : * quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam in qua ámbulem : * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis Dómine, ad te confúgi : * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : * propter nomen tuum Dómine vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam : * et in misericórdia tua dispérdes inimícos meos.

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam : * quóniam ego servus tuus sum.





ne, dum véne-ris in regnum tu-um. E u o u a e.

*Ps.* Deus, Deus meus. *et* Deus misereátur nostri. 146.




C UM conturbá-ta fú- e-rit ánima me- a Dómi-ne, mise-ricórdi- æ memor e-ris. E u o u a e.

### Cantique d'Habacuc.

DOMINE audívi auditiónem tuam, * et tímui.

Dómine opus tuum, * in médio annórum vivífica illud :

In médio annórum notum fácies : * cum irátus fúeris, misericórdiæ recordáberis.

Deus ab Austro véniet, * et sanctus de monte Pharan :

Opéruit cælos glória ejus : * et laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus ut lux erit : * córnua in mánibus ejus :

Ibi abscóndita est fortitúdo ejus : * ante fáciem ejus ibit mors.

Et egrediétur diábolus ante pedes ejus. * Stetit, et mensus est terram.

Aspéxit, et dissólvit gentes : * et contríti sunt montes sæculi.

Incurváti sunt colles mundi, * ab itinéribus æternitátis ejus.

Pro iniquitáte vidi tentória Æthiópiæ, * turbabúntur pelles terræ Mádian.

Numquid in flumínibus irátus es Dómine ? * aut in flumínibus furor tuus ? vel in mari indignátio tua ?

Qui ascéndes super equos tuos : * et quadrígæ tuæ salvátio.

Súscitans suscitábis arcum tuum : * juraménta tríbubus quæ locútus es.

Flúvios scindes terræ : vidérunt te, et doluérunt montes : * gurges aquárum tránsiit.

Dedit abýssus vocem suam : * altitúdo manus suas levávit.

Sol et luna stetérunt in habitáculo suo, * in luce sagittárum tuárum, ibunt in splendóre fulgurántis hastæ tuæ.

In frémitu conculcábis terram : * et in furóre obstupefácies gentes.

Egréssus es in salútem pópuli tui : * in salútem cum Christo tuo.

Percussísti caput de domo ímpii : * denudásti fundaméntum ejus usque ad collum.

Maledixísti sceptris ejus, cápiti bellatórum ejus, * veniéntibus ut turbo ad dispergéndum me.

Exsultátio eórum * sicut ejus qui dévorat páuperem in abscóndito.

Viam fecísti in mari equis tuis, * in luto aquárum multárum.



Audívi, et conturbátus est venter meus : * a voce contremuérunt lábia mea.

Ingrediátur putrédo in óssibus meis, * et subter me scáteat.

Ut requiéscam in die tribulatiónis : * ut ascéndam ad pópulum accínctum nostrum.

Ficus enim non florébit : * et non erit germen in víneis.

Mentiétur opus olívæ : * et arva non áfferent cibum.

Abscindétur de ovíli pecus : * et non erit arméntum in præsépibus.

Ego autem in Dómino gaudébo : * et exsultábo in Deo Jesu meo.

Deus Dóminus fortitúdo mea : * et ponet pedes meos quasi cervórum.

Et super excélsa mea dedúcet me victor, * in psalmis canéntem.




M Eménto me- i Dómine, dum véne-ris in regnum tu-um. E u o u a e.

*Ps.* Laudáte Dóminum de cælis. 148. *avec les deux suivants.*

℣. Collocávit me in obscúris. ℟. Sicut mórtuos sæculi.




P Ósu-é-runt super caput e-jus causam ipsí- us scriptam : Je-sus Naza-ré-nus, Rex Judæ- órum. E u o u a e.

*Cant.* Benedíctus Dóminus. 151.

*On dit ensuite* Christus factus est. *et le reste, ci-dessus,* 313.

## A LA MESSE DES PRÉSANCTIFIÉS

**Leçon I.** *Osée 6.*

HÆC dicit Dóminus : In tribulatióne sua mane consúrgent ad me : Veníte, et revertámur ad Dóminum : quia ipse cepit, et sanábit nos : percútiet, et curábit nos. Vivificábit nos post duos dies : in die tértia suscitábit nos, et vivémus in conspéctu ejus. Sciémus, sequemúrque ut cognoscámus Dóminum : quasi dilúculum præparátus est egréssus ejus, et véniet quasi imber nobis temporáneus, et serótinus terræ. Quid

fáciam tibi Ephraim ? quid fáciam tibi Juda ? Misericórdia vestra quasi nubes matutína, et quasi ros mane pertránsiens. Propter hoc dolávi in prophétis, occídi eos in verbis oris mei : et judícia tua quasi lux egrediéntur. Quia misericórdiam vólui, et non sacrifícium, et sciéntiam Dei plus quam holocáusta.

Trait. 2.









Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

**Oraison.**

DEUS, a quo et Judas reátus sui pœnam, et confessiónis suæ latro prǽmium sumpsit, concéde nobis tuæ propitiatiónis efféctum : ut, sicut in passióne sua Jesus Christus Dóminus noster divérsa utrísque íntulit stipéndia meritórum ; ita nobis, abláto vetustátis erróre, resurrectiónis suæ grátiam largiátur : Qui tecum vivit et regnat.

**Leçon II.** *Exod. 12.*

IN diébus illis : Dixit Dóminus ad Móysen et Aaron in terra Ægýpti : Mensis iste, vobis princípium ménsium : primus erit in ménsibus anni. Loquímini ad univérsum cœtum filiórum Israel, et dícite eis : Décima die mensis hujus tollat unusquísque agnum per famílias et domos suas. Sin autem minor est número ut suffícere possit ad vescéndum agnum, assúmet vicínum suum qui junctus est dómui suæ, juxta número rum animárum quæ suffícere possunt ad esum agni. Erit au-

tem agnus absque mácula, másculus, annículus : juxta quem ritum tollétis et hædum. Et servábitis eum usque ad quartamdécimam diem mensis hujus : immolabítque eum univérsa multitúdo filiórum Israel ad vésperam. Et sument de sánguine ejus, ac ponent super utrúmque postem, et in superliminaribus domórum, in quibus cómedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, et ázymos panes cum lactúcis agréstibus. Non comedétis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantum assum igni : caput cum pédibus ejus et intestínis vorábitis. Nec remanébit quidquam ex eo usque mane. Si quid resíduum fúerit, igne comburétis. Sic autem comedétis illum : renes vestros accingétis, et calceaménta habébitis in pédibus, tenéntes báculos in mánibus, et comedétis festinánter : est enim Phase (id est tránsitus) Dómini.

Trait. 2.











**Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Joannem.**

*Joañ. 18. et 19.*

In illo témpore : Egréssus est Jesus cum discípulis suis trans torréntem Cedron, ubi erat hortus, in quem introívit ipse, et discípuli ejus. Sciébat autem et Judas, qui tradébat eum,



locum : quia frequénter Jesus convénerat illuc cum discípulis suis. Judas ergo cum accepísset cohórtem, et a pontifícibus et pharisæis minístros, venit illuc cum latérnis, et fácibus, et armis. Jesus ítaque sciens ómnia quæ ventúra erant super eum, procéssit, et dixit eis : ✠ Quem quæritis ? **C** Respondérunt ei : **S** Jesum Nazarénum. **C** Dicit eis Jesus : ✠ Ego sum. **C** Stabat autem et Judas, qui tradébat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis : Ego sum : abiérunt retrórsum, et cecidérunt in terram. Iterum ergo interrogávit eos : ✠ Quem quæritis ? **C** Illi autem dixérunt : **S** Jesum Nazarénum. **C** Respóndit Jesus : ✠ Dixi vobis, quia ego sum : si ergo me quæritis, sínite hos abíre. **C** Ut implerétur sermo, quem dixit : Quia quos dedísti mihi, non pérdidi ex eis quemquam. Simon ergo Petrus habens gládium edúxit eum : et percússit pontíficis servum : et abscídit aurículam ejus déxteram. Erat autem nomen servo Malchus. Dixit ergo Jesus Petro : ✠ Mitte gládium tuum in vagínam. Cálicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum? **C** Cohors ergo, et tribúnus, et minístri Judæórum comprehendérunt Jesum, et ligavérunt eum : et adduxérunt eum ad Annam primum ; erat autem socer Cáiphæ, qui erat póntifex anni illíus. Erat autem Cáiphas, qui consílium déderat Judæis : Quia éxpedit unum hóminem mori pro pópulo. Sequebátur autem Jesum Simon Petrus, et álius discípulus. Discípulus autem ille erat notus pontífici, et introívit cum Jesu in átrium pontíficis. Petrus autem stabat ad óstium foris. Exívit ergo discípulus álius, qui erat notus pontífici, et dixit ostiáriæ : et introdúxit Petrum. Dicit ergo Petro ancílla ostiária : **S** Numquid et tu ex discípulis es hóminis istíus? **C** Dicit ille : **S** Non sum. **C** Stabant autem servi, et minístri ad prunas : quia frigus erat, et calefaciébant se : erat autem cum eis et Petrus stans, et calefáciens se. Póntifex ergo interrogávit Jesum de discípulis suis, et de doctrína ejus. Respóndit ei Jesus : ✠ Ego palam locútus sum mundo : ego semper dócui in synagóga, et in templo, quo omnes Judæi convéniunt : et in occúlto locútus sum nihil. Quid me intérrogas? intérroga eos, qui audiérunt quid locútus sim ipsis : ecce hi sciunt quæ díxerim ego. **C** Hæc autem cum dixísset, unus assístens minstrórum dedit álapam Jesu, dicens : **S** Sic respóndes pontífici? **C** Respóndit ei Jesus : ✠ Si male locútus sum, testimónium pérhibe de malo : si autem bene, quid me cædis? **C** Et misit eum Annas ligátum ad Cáipham pontíficem. Erat autem Simon Petrus stans, et calefáciens se. Dixérunt ergo ei : **S** Numquid et tu ex discípulis ejus es? **C** Negávit ille, et dixit : **S** Non sum. **C** Dicit ei unus ex servis pontíficis, cognátus ejus, cujus abscídit Petrus aurículam : **S** Nonne ego te vidi in hórto cum illo ? **C** Iterum ergo negávit Petrus : et statim gallus cantávit. Addúcunt ergo Jesum a Cáipha in prætórium. Erat autem mane : et ipsi non introiérunt in prætórium, ut non contaminaréntur, sed ut manducárent pascha. Exívit ergo Pilátus ad eos foras, et dixit : **S** Quam accusatiónem affértis advérsus

hóminem hunc? ℭ Respondérunt, et dixérunt ei : ℟ Si non esset hic malefáctor, non tibi tradidissémus eum. ℭ Dixit ergo eis Pilátus : ℟ Accípite eum vos, et secúndum legem vestram judicáte eum. ℭ Dixérunt ergo ei Judæi : ℟ Nobis non licet interfícere quemquam. ℭ Ut sermo Jesu implerétur, quem dixit, signíficans qua morte esset moritúrus. Introívit ergo íterum in prætórium Pilátus et vocávit Jesum, et dixit ei : ℟ Tu es Rex Judæórum? ℭ Respóndit Jesus : ✠ A temetípso hoc dicis, an álii dixérunt tibi de me? ℭ Respóndit Pilátus : ℟ Numquid ego Judæus sum? Gens tua, et pontífices tradidérunt te mihi : quid fecísti? ℭ Respóndit Jesus : ✠ Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, minístri mei útique decertárent ut non tráderer Judæis : nunc autem regnum meum non est hinc. ℭ Dixit ítaque ei Pilátus : ℟ Ergo Rex es tu? ℭ Respóndit Jesus : ✠ Tu dicis quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimónium perhíbeam veritáti : omnis, qui est ex veritáte, audit vocem meam. ℭ Dicit ei Pilátus : ℟ Quid est véritas? ℭ Et cum hoc dixísset, íterum exívit ad Judæos, et dicit eis : ℟ Ego nullam invénio in eo causam. Est autem consuetúdo vobis ut unum dimíttam vobis in Pascha : vultis ergo dimíttam vobis Regem Judæórum? ℭ Clamavérunt ergo rursum omnes, dicéntes : ℟ Non hunc, sed Barábbam. ℭ Erat autem Barábbas latro. Tunc ergo apprehéndit Pilátus Jesum, et flagellávit. Et mílites plecténtes corónam de spinis, imposuérunt cápiti ejus : et veste purpúrea circumdedérunt eum. Et veniébant ad eum, et dicébant : ℟ Ave Rex Judæórum. ℭ Et dabant ei álapas. Exívit ergo íterum Pilátus foras, et dicit eis : ℟ Ecce addúco vobis eum foras, ut cognoscátis quia nullam invénio in eo causam. ℭ (Exívit ergo Jesus portans corónam spíneam, et purpúreum vestiméntum.) Et dicit eis : ℟ Ecce homo. ℭ Cum ergo vidíssent eum pontífices et minístri, clamábant, dicéntes : ℟ Crucifíge, crucifíge eum. ℭ Dicit eis Pilátus : ℟ Accípite eum vos, et crucifígite : ego enim non invénio in eo causam. ℭ Respondérunt ei Judæi : ℟ Nos legem habémus, et secúndum legem debet mori, quia Fílium Dei se fecit. ℭ Cum ergo audísset Pilátus hunc sermónem, magis tímuit. Et ingréssus est prætórium íterum : et dixit ad Jesum : ℟ Unde es tu? ℭ Jesus autem respónsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilátus : ℟ Mihi non lóqueris? Nescis quia potestátem hábeo crucifígere te, et potestátem hábeo dimíttere te? ℭ Respóndit Jesus : ✠ Non habéres potestátem advérsum me ullam, nisi tibi datum esset désuper. Proptérea qui me trádidit tibi, majus peccátum habet. ℭ Et exínde quærébat Pilátus dimíttere eum. Judæi autem clamábant, dicéntes : ℟ Si hunc dimíttis, non es amícus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradícit Cæsari. ℭ Pilátus autem cum audísset hos sermónes, addúxit foras Jesum : et sedit pro tribunáli, in loco qui dícitur Lithóstrotos, hebráice autem Gábbatha. Erat autem Parascéve Paschæ, hora quasi sexta, et dicit Judæis : ℟ Ecce



Rex vester. ℭ Illi autem clamábant : ℟ Tolle, tolle, crucifíge eum. ℭ Dicit eis Pilátus : ℟ Regem vestrum crucifígam? ℭ Respondérunt pontífices : ℟ Non habémus regem, nisi Cæsarem. ℭ Tunc ergo trádidit eis illum ut crucifigerétur. Suscepérunt autem Jesum, et eduxérunt. Et bájulans sibi crucem, exívit in eum, qui dícitur Calváriæ, locum, hebráice autem Gólgotha : ubi crucifixérunt eum, et cum eo álios duos hinc et hinc, médium autem Jesum. Scripsit autem et títulum Pilátus : et pósuit super crucem. Erat autem scriptum : Jesus Nazarénus, Rex Judæórum. Hunc ergo títulum multi Judæórum legérunt : quia prope civitátem erat locus ubi crucifíxus est Jesus. Et erat scriptum hebráice, græce, et latíne. Dicébant ergo Piláto pontífices Judæórum : ℟ Noli scríbere, Rex Judæórum, sed quia ipse dixit : Rex sum Judæórum. ℭ Respóndit Pilátus : ℟ Quod scripsi, scripsi. ℭ Mílites ergo cum crucifixíssent eum, accepérunt vestiménta ejus (et fecérunt quátuor partes : unicuíque míliti partem), et túnicam. Erat autem túnica inconsútilis, désuper contéxta per totum. Dixérunt ergo ad ínvicem : ℟ Non scindámus eam, sed sortiámur de illa cujus sit. ℭ Ut Scriptúra implerétur, dicens : Partíti sunt vestiménta mea sibi : et in vestem meam misérunt sortem. Et mílites quidem hæc fecérunt. Stabant autem juxta crucem Jesu mater ejus, et soror matris ejus María Cléophæ, et María Magdaléne. Cum vidísset ergo Jesus matrem, et discípulum stantem, quem diligébat, dicit matri suæ : ✠ Múlier, ecce fílius tuus. ℭ Deínde dicit discípulo : ✠ Ecce mater tua. ℭ Et ex illa hora accépit eam discípulus in sua. Póstea sciens Jesus quia ómnia consummáta sunt, ut consummarétur Scriptúra, dixit : ✠ Sítio. ℭ Vas ergo erat pósitum acéto plenum. Illi autem spóngiam plenam acéto, hyssópo circumponéntes, obtulérunt ori ejus. Cum ergo accepísset Jesus acétum, dixit : ✠ Consummátum est. ℭ Et inclináto cápite trádidit spíritum. (*On se met à genoux pendant quelques instants.*) ℭ Judæi ergo (quóniam Parascéve erat), ut non remanérent in cruce córpora sábbato (erat enim magnus dies ille sábbati), rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura, et tolleréntur. Venérunt ergo mílites : et primi quidem fregérunt crura, et altérius qui crucifíxus est cum eo. Ad Jesum autem cum veníssent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura, sed unus mílitum láncea latus ejus apéruit, et contínuo exívit sanguis, et aqua. Et qui vidit, testimónium perhíbuit : et verum est testimónium ejus. Et ille scit quia vera dicit : ut et vos credátis. Facta sunt enim hæc ut Scriptúra implerétur : Os non comminuétis ex eo. Et íterumália Scriptúra dicit : Vidébunt in quem transfixérunt.

Post hæc autem rogávit Pilátum Joseph ab Arimathæa (eo quod esset discípulus Jesu, occúltus autem propter metum Judæórum), ut tólleret corpus Jesu. Et permísit Pilátus. Venit ergo, et tulit corpus Jesu. Venit autem et Nicodémus, qui

vénerat ad Jesum nocte primum, ferens mixtúram myrrhæ, et áloës, quasi libras centum. Accepérunt ergo corpus Jesu, et ligavérunt illud línteis cum aromátibus, sicut mos est Judæis sepelíre. Erat autem in loco ubi crucifíxus est, hortus : et in horto monuméntum novum, in quo nondum quisquam pósitus erat. Ibi ergo propter Parascéven Judæórum, quia juxta erat monuméntum, posuérunt Jesum.

*Ensuite, le Célébrant, debout, à l'Autel, du côté de l'Épître, chante les Monitions et Oraisons suivantes :*

OREMUS, dilectíssimi nobis, pro Ecclésia sancta Dei : ut eam Deus et Dóminus noster pacificáre, adunáre, et custodíre dignétur toto orbe terrárum : subjíciens ei principátus, et potestátes : detque nobis quiétam et tranquíllam vitam degéntibus, glorificáre Deum Patrem omnipoténtem.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, qui glóriam tuam ómnibus in Christo géntibus revelásti : custódi ópera misericórdiæ tuæ ; ut Ecclésia tua toto orbe diffúsa, stábili fide in confessióne tui nóminis persevéret. Per eúmdem Dóminum. ℟. Amen.

OREMUS et pro beatíssimo Papa nostro *N.*, ut Deus et Dóminus noster, qui elégit eum in órdine episcopátus, salvum atque incólumem custódiat Ecclésiæ suæ sanctæ, ad regéndum pópulum sanctum Dei.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, cujus judício univérsa fundántur : réspice propítius ad preces nostras, et eléctum nobis Antístitem tua pietáte consérva ; ut christiána plebs, quæ te gubernátur auctóre, sub tanto pontífice, credulitátis suæ méritis augeátur. Per Dóminum. ℟. Amen.

OREMUS et pro ómnibus Epíscopis, Presbýteris, Diacónibus, Subdiacónibus, Acólythis, Exorcístis, Lectóribus, Ostiáriis, Confessóribus, Virgínibus, Víduis : et pro omni pópulo sancto Dei.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, cujus spíritu totum corpus Ecclésiæ sanctificátur et régitur : exáudi nos pro univérsis ordínibus supplicántes ; ut grátiæ tuæ múnere, ab ómnibus tibi grádibus fidéliter serviátur. Per Dóminum. ℟. Amen.

OREMUS et pro catechúmenis nostris : ut Deus et Dóminus noster adapériat aures præcordiórum ipsórum, januámque misericórdiæ ; ut per lavácrum regeneratiónis accépta remissióne ómnium peccatórum, et ipsi inveniántur in Christo Jesu Dómino nostro.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, qui Ecclésiam tuam nova semper prole fœcúndas : auge fidem et intelléctum catechúmenis nostris ; ut renáti fonte baptísmatis, adoptiónis tuæ fíliis aggregéntur. Per Dóminum. ℟. Amen.



OREMUS, dilectíssimi nobis, Deum Patrem omnipoténtem, ut cunctis mundum purget erróribus : morbos áuferat : famem depéllat : apériat cárceres : víncula dissólvat : peregrinántibus réditum : infirmántibus sanitátem : navigántibus portum salútis indúlgeat.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, mœstórum consolátio, laborántium fortitúdo : pervéniant ad te preces de quacúmque tribulatióne clamántium ; ut omnes sibi in necessitátibus suis misericórdiam tuam gáudeant affuísse. Per Dñum. ℟. Amen.

OREMUS et pro hæréticis, et schismáticis : ut Deus et Dóminus noster éruat eos ab erróribus univérsis ; et ad sanctam matrem Ecclésiam cathólicam atque apostólicam revocáre dignétur.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, qui salvas omnes, et néminem vis períre : réspice ad ánimas diabólica fraude decéptas ; ut omni hærética pravitáte depósita, errántium corda resipíscant, et ad veritátis tuæ rédeant unitátem. Per Dóminum. ℟. Amen.

OREMUS et pro pérfidis Judæis : ut Deus et Dóminus noster áuferat velámen de córdibus eórum ; ut et ipsi agnóscant Jesum Christum Dóminum nostrum.

Omnípotens sempitérne Deus, qui étiam judáicam perfídiam a tua misericórdia non repéllis : exáudi preces nostras, quas pro illíus pópuli obcæcatióne deférimus ; ut, ágnita veritátis tuæ luce, quæ Christus est, a suis ténebris eruántur. Per eúmdem Dóminum. ℟. Amen.

OREMUS et pro pagánis : ut Deus omnípotens áuferat iniquitátem a córdibus eórum ; ut relíctis idólis suis, convertántur ad Deum vivum et verum, et únicum Fílium ejus Jesum Christum Deum et Dóminum nostrum.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, qui non mortem peccatórum, sed vitam semper inquíris : súscipe propítius oratiónem nostram, et líbera eos ab idolórum cultúra ; et ággrega Ecclésiæ tuæ sanctæ, ad laudem et glóriam nóminis tui. Per Dóminum. ℟. Amen.

*Le Prêtre, découvrant la Croix, chante 3 fois avec les ministres*

Ant. 6.



E Ccc li- gnum Cru- cis, in quo sa- lus mundi




*On fait ensuite l'adoration de la Croix pendant laquelle on chante les Impropères et ce qui suit, en tout ou en partie.*

*Deux chantres au milieu du Chœur chantent :*




*Un Chœur chante :* *L'autre Chœur répond :*




*Le premier Chœur :* *Le second Chœur :*




*Le premier Chœur :*




*Le second Chœur :*






*Ensuite deux chantres du second Chœur chantent :*




*Les deux Chœurs répondent alternativement et dans le même ordre que ci-dessus :* Agios o Theós. *etc.* Sanctus Deus. *etc.*

*Puis deux chantres du premier Chœur chantent ;*




*Les deux Chœurs répondent encore alternativement* Agios o Theós. Sanctus Deus.

¶ *Les versets de l'Impropère suivant sont chantés alternativement par deux chantres ; les deux Chœurs répondent ensemble après chaque verset :* Pópule meus. *ci-dessus, jusqu'au* ℣. Quia.

*Deux chantres du second Chœur :*




*Le Chœur répète :* Pópule meus.

*Deux chantres du premier Chœur :*




*Le Chœur :* Pópule meus.

*Deux chantres du second Chœur :*




*Deux chantres du premier Chœur :*




*Deux chantres du second Chœur :*









*Deux chantres du premier Chœur :*




*Deux chantres du second Chœur :*




*Deux chantres du premier Chœur :*




*Deux chantres du second Chœur :*




*Ensuite tout le Chœur chante l'Antienne suivante :*






*On répète l'Ant.* Crucem tuam.

*Puis on chante la strophe* Crux fidélis. *avec l'Hymne* Pange lingua gloriósi. *Après la 1re strophe, on répète* Crux fidélis. *jusqu'à* * Dulce ; *après la 2e,* Dulce lignum. *et ainsi de suite.*

1.




Hymn. 1.




*On répète* Crux fidélis. *jusqu'à* * Dulce lignum.






* Dulce lignum.

















*Après l'adoration de la Croix, on va processionnellement chercher le S^t Sacrement. On chante au retour* Vexílla Regis. 267.

*Le Célébrant, ayant déposé le saint Sacrement sur l'autel, l'encense, et met du vin et de l'eau dans le Calice.*

*Ensuite, il fait l'encensement à la façon ordinaire, et se lave les mains sans rien dire. Revenu au milieu de l'autel, il s'incline et dit :* In spíritu humilitátis. 5. *Se tournant vers le peuple, il dit :* Oráte fratres. *On ne lui répond pas.*

*Puis, omettant le reste, il dit :* Orémus. Præcéptis salutáribus móniti. Pater noster. 8. Líbera nos quæsumus. 9.

*Ici, le Célébrant élève l'Hostie pour la faire adorer ; ensuite, s'inclinant, il dit :* Percéptio Córporis tui. *et le reste avant la Communion,* 9. *Après avoir communié, il dit :* Quod ore súmpsimus. 10, *et se retire en silence.*

*Enfin on psalmodie Vêpres au Chœur.*

## A VÊPRES

*Comme hier, excepté l'Ant. à Magn.* Cum accepísset. 317.

**A Complies.** *Tout comme hier,* 317.

# LE SAMEDI SAINT

## A MATINES

Pater noster. Ave María. Credo. *tout bas.* .

### AU I. NOCTURNE

1. Ant. 8. G




2. Ant. 4. E




**Psaume 14.**

DOMINE quis habitábit in tabernáculo tuo? * aut quis requiéscet in monte sancto tuo ?

Qui ingréditur sine mácula, * et operátur justítiam :

Qui lóquitur veritátem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua :

Nec fecit próximo suo malum, * et oppróbrium non accépit advérsus próximos suos.

Ad níhilum dedúctus est in conspéctu ejus malígnus : * timéntes autem Dóminum glorífical :

Qui jurat próximo suo, et non décipit, * qui pecúniam suam non dedit ad usúram, et múnera super innocéntem non accépit :

Qui facit hæc, * non movébitur in ætérnum.

3. Ant. 7. c




**Psaume 15.**

CONSERVA me Dómine, quóniam sperávi in te. * Dixi Dómino : Deus meus es tu, quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, * mirificávit omnes voluntátes meas in eis.



Multiplicátæ sunt infirmitátes eórum : * póstea acceleravérunt.

Non congregábo conventícula eórum de sanguínibus : * nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars hæreditátis meæ et cálicis mei : * tu es qui restítues hæreditátem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in præcláris : * étenim hæréditas mea præclára est mihi.

Benedícam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum : * ínsuper et usque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conspéctu meo semper : * quóniam a dextris est mihi, ne commóvear.

Propter hoc lætátum est cor meum, et exsultávit lingua mea : * ínsuper et caro mea requiéscet in spe.

Quóniam non derelínques ánimam meam in inférno : * nec dabis sanctum tuum vidére corruptiónem.

Notas mihi fecísti vias vitæ, adimplébis me lætítia cum vultu tuo : * delectatiónes in déxtera tua usque in finem.

℣. In pace in idípsum. ℟. Dórmiam, et requiéscam.

Pater noster. *tout bas.*

**Leçon I.** *Chap. 3. c.*




quærénti il- lum. Teth. Bonum est præstolá-ri cum si-lén-
ti- o sa-lutá-re De- i. Teth. Bonum est viro, cum por-
táve-rit jugum ab ado-lescénti- a su- a. Iod. Sedébit
so-li-tá-ri- us, et tacé-bit : qui- a levávit super se. Iod.
Ponet in púlvere os su-um, si forte sit spes. Iod.
Dabit percu-ti- énti se maxíllam, saturábi-tur oppró-bri- is.
Jerúsa-lem, Je- rúsa-lem, convértere ad Dóminum De- um
tu- um.
Rép. 4.
S Icut ovis ad occi-si- ó- nem du- ctus est,
et dum ma-le tracta-ré- tur, non apéru- it os
su- um : trádi-tus est ad mor- tem, * Ut vi-vi- fi-




cá- ret pó- pu-lum su- um. ℣. Trádi-dit in
mortem á-nimam su- am, et inter sce-lerá-tos re- pu-
tá- tus est. * Ut vi-vi- fi-cá- ret.
Leçon II. Chap. 4.
A - leph. Quómodo obscurá-tum est aurum, mu-
tátus est color óptimus, dispérsi sunt lápides sanctu-á-
ri- i in cápi-te ómni- um plate- á- rum ? Beth. Fí-li- i
Si- on íncly-ti, et amícti auro primo : quómodo reputá-ti
sunt in vasa téste- a, opus mánu-um fí- gu-li ? Ghi- mel.
Sed et lámi-æ nudavérunt mammam, lactavérunt cá-tu-los
su- os : fí-li- a pópu-li me- i crudé-lis, quasi strúthi- o in
de-sér-to. Da- leth. Adhæ-sit lingua lacténtis ad palátum


ejus in si-ti : párvu-li pe-ti-é-runt panem, et non erat qui
frángeret e- is. He. Qui vescebántur voluptu-óse, in-
te-ri- érunt in vi- is : qui nutri- ebántur in crócc- is, am-
plexá-ti sunt stérco-ra. Va- u. Et major effécta est in-
íqui-tas fí-li-æ pópu-li me- i peccá-to Sodomórum, quæ
subvérsa est in moménto, et non cepérunt in e- a ma-
nus. Jerú-salem, Je- rúsa-lem, convértere ad Dóminum
De- um tu- um.
Rép. 5.
J Erúsa-lem sur- ge, et éxu- e te vé-sti- bus
jucun- di- tá- tis : indú- e-re cíne-re et ci- lí-
ci- o, * Qui- a in te oc-cí- sus est Salvá- tor




Isra- el. ℣. Deduc quasi torréntem lácrimas per di-
em et no- ctem, et non táce- at pupílla ó- cu- li
tu- i. * Qui- a.
Leçon III. Chap. 5.
I Ncipit Orá-ti- o Jeremí- æ Prophé- tæ. Recordáre
Dómine quid accíde-rit nobis : intu- ére, et réspice oppró-
bri- um nostrum. Hærédi-tas nostra versa est ad a-li- énos :
domus nostræ ad extrá- ne- os. Pupílli facti sumus absque
patre, matres nostræ quasi ví- du- æ. Aquam nostram pe-
cúni- a bíbimus : ligna nostra pré-ti- o compará- vimus.
Cervi-cibus nostris minabámur, lassis non dabátur ré-qui-
es. Ægýpto dédimus manum et Assý-ri- is, ut sa-turaré-









AU II. NOCTURNE

1. Ant. 5. a




**Psaume 23.**

DOMINI est terra, et plenitúdo ejus : * orbis terrárum, et univérsi qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum : * et super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini ? * aut quis stabit in loco sancto ejus ?

Innocens mánibus et mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino : * et misericórdiam a Deo salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas príncipes vestras, et elevámini portæ æternáles : * et introíbit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ ? * Dóminus fortis et potens : Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas príncipes vestras, et elevámini portæ æternáles : * et introíbit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ ? Dóminus virtútum ipse est rex glóriæ.

2. Ant. 4. E






**Psaume 29.**

EXALTABO te Dómine quóniam suscepísti me : * nec delectásti inimícos meos super me.

Dómine Deus meus clamávi ad te, * et sanásti me.

Dómine eduxísti ab inférno ánimam meam : * salvásti me a descendéntibus in lacum.

Psállite Dómino sancti ejus : * et confitémini memóriæ sanctitátis ejus.

Quóniam ira in indignatióne ejus : * et vita in voluntáte ejus.

Ad vésperum demorábitur fletus : * et ad matutínum lætítia.

Ego autem dixi in abundántia mea : * Non movébor in ætérnum.

Dómine in voluntáte tua, * præstitísti decóri meo virtútem.

Avertísti fáciem tuam a me, * et factus sum conturbátus.

Ad te Dómine clamábo : * et ad Deum meum deprecábor.

Quæ utílitas in sánguine meo, * dum descéndo in corruptiónem ?

Numquid confitébitur tibi pulvis, * aut annuntiábit veritátem tuam ?

Audívit Dóminus, et misértus est mei : * Dóminus factus est adjútor meus.

Convertísti planctum meum in gáudium mihi : * conscidísti saccum meum, et circumdedísti me lætítia :

Ut cantet tibi glória mea, et non compúngar : * Dómine Deus meus in ætérnum confitébor tibi.

℣. Tu autem Dómine miserére mei.
℟. Et resúscita me, et retríbuam eis.

Pater noster. *tout bas.*

Ex Tractátu sancti Augustíni Epíscopi super Psalmos.

**Leçon IV.**

ACCEDET homo ad cor altum, et exaltábitur Deus. Illi dixérunt : Quis nos vidébit ? Defecérunt scrutántes scrutatiónes, consília mala. Accéssit homo ad ipsa consília, passus est se tenéri ut homo. Non enim tenerétur nisi homo, aut viderétur nisi homo, aut cæderétur nisi homo, aut crucifigerétur, aut morerétur nisi homo. Accéssit ergo homo ad illas omnes passiónes, quæ in illo nihil valérent nisi esset homo. Sed si ille non esset homo, non liberarétur homo. Accéssit homo ad cor altum, id est, cor secrétum, objíciens aspéctibus humánis hóminem, servans intus Deum : celans formam Dei, in qua æquális est Patri, et ófferens formam servi, qua minor est Patre.






**Leçon V.**

QUO perduxérunt illas scrutatiónes suas, quas perscrutántes defecérunt, ut étiam mórtuo Dómino et sepúlto, custódes pónerent ad sepúlcrum ? Dixérunt enim Piláto : Sedúctor ille : hoc appellabátur nómine Dóminus Jesus Christus, ad solátium servórum suórum, quando dicúntur seductóres. Ergo illi Piláto : Sedúctor ille, ínquiunt, dixit adhuc vivens : Post tres dies resúrgam. Jube ítaque custodíri sepúlcrum usque in diem tértium, ne forte véniant discípuli ejus, et furéntur eum, et dicant plebi, Surréxit a mórtuis : et erit novíssimus error pejor prióre. Ait illis Pilátus : Habétis custódiam, ite, custodíte sicut scitis. Illi autem abeúntes muniérunt sepúlcrum, signántes lápidem cum custódibus.

Rép. 8.




**Leçon VI.**

POSUERUNT custódes mílites ad sepúlcrum. Concússa terra Dóminus resurréxit : mirácula facta sunt tália circa sepúlcrum, ut et ipsi mílites, qui custódes advénerant, testes fíerent, si vellent vera nuntiáre. Sed avarítia illa, quæ captivávit discípulum cómitem Christi, captivávit et mílitem custódem sepúlcri. Damus, ínquiunt, vobis pecúniam : et dícite, quia vobis dormiéntibus venérunt discípuli ejus, et abstulérunt eum. Vere defecérunt scrutántes scrutatiónes. Quid est quod dixísti, o infélix astútia? Tamtúmne déseris lucem consílii pictátis, et in profúnda versútiæ demérgeris, ut hoc dicas : Dícite, quia vobis dormiéntibus venérunt discípuli ejus, et abstulérunt eum? Dormiéntes testes ádhibes : vere tu ipse obdormísti, qui scrutándo tália defecísti.

Rép. 4.









℟. Ecce.

AU III. NOCTURNE

1. Ant. 8. G




*Ps.* Deus in nómine tuo salvum me fac. 333.

2. Ant. 7. a




*Ps.* Notus in Judæa Deus. 3o5.

3. Ant. 4. d




*Ps.* Dómine Deus salútis meæ. 338.

℣. In pace factus est locus ejus.
℟. Et in Sion habitátio ejus.

Pater noster. *tout bas.*

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos.

**Leçon VII.** *Chap. 9. c.*

CHRISTUS assístens póntifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manu fáctum, id est, non hujus creatiónis : neque per sánguinem hircórum aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in Sancta, ætérna redemptióne invénta. Si enim sanguis hircórum et taurórum, et cinis vítulæ aspérsus inquinátos sanctíficat ad emundatiónem carnis : quanto magis sanguis Christi, qui per Spíritum Sanctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviéndum Deo vivénti ?

Rép. 8.

A -sti-té-runt reges terræ, et príncipes conve-né- runt in u- num, * Advérsus Dó-mi- num, et advér-sus Chri- stum e- jus. ℣. Quare fremu- érunt gen- tes, et pópuli meditáti sunt in-á-ni- a ? * Advérsus.

**Leçon VIII.**

ET ídeo novi Testaménti mediátor est : ut morte intercedénte, in redemptiónem eárum prævaricatiónum, quæ erant sub prióri Testaménto, repromissiónem accípiant, qui vocáti sunt, ætérnæ hæreditátis. Ubi enim testaméntum est, mors necésse est intercédat testatóris. Testaméntum enim in mórtuis confirmátum est : alióquin nondum valet, dum vivit qui testátus est. Unde nec primum quidem sine sánguine dedicátum est.

Rép. 4.

Æ -stimá-tus sum cum descendéntibus in



la- cum : * Factus sum sic- ut ho- mo sine ad-ju-tó-ri- o, inter mór-tu- os li- ber. ℣. Posu- érunt me in lacu infe-ri- ó- ri, in tenebrósis, et in umbra mor- tis. * Factus sum.

**Leçon IX.**

LECTO enim omni mandáto legis a Móyse univérso pópulo : accípiens sánguinem vitulórum et hircórum, cum aqua et lana coccínea, et hyssópo : ipsum quoque librum, et omnem pópulum aspérsit, dicens : Hic sanguis Testaménti, quod mandávit ad vos Deus. Etiam tabernáculum, et ómnia vasa ministérii sánguine simíliter aspérsit. Et ómnia pene in sánguine secúndum legem mundántur : et sine sánguinis effusióne non fit remíssio.

Rép. 2.

S Epúl-to Dó-mino, signá-tum est monumén-tum, volvén-tes lá-pi- dem ad ósti- um monumén-ti : * Ponén-tes mí-li- tes, qui custo-dí- rent il-lum. ℣. Accedén-tes príncipes sacerdótum ad Pi-lá- tum, pe-ti- é-runt il- lum. * Ponén-tes. ℟. Sepúlto.

A LAUDES

1. Ant. 4. d




*Ps.* Miserére mei Deus. 309.

2. Ant. 4. A




**Psaume 42.**

JUDICA me Deus, et discérne causam meam de gente non sancta : * ab hómine iníquo et dolóso érue me.

Quia tu es Deus fortitúdo mea : * quare me repulísti ? et quare tristis incédo, dum afflígit me inimícus ?

Emítte lucem tuam et veritátem tuam : * ipsa me deduxérunt, et adduxérunt in montem sanctum tuum, et in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei : * ad Deum, qui lætíficat juventútem meam.

Confitébor tibi in cíthara Deus Deus meus : * quare tristis es ánima mea ? et quare contúrbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * salutáre vultus mei, et Deus meus.

3. Ant. 7. b




*Ps.* Deus, Deus meus. *et Ps.* Deus misereátur nostri. 146.

4. Ant. 2. D






**Cantique d'Ézéchias.**

EGO dixi : In dimídio diérum meórum * vadam ad portas ínferi.

Quæsívi resíduum annórum meórum : * dixi : Non vidébo Dóminum Deum in terra viéntium.

Non aspíciam hóminem ultra, * et habitatórem quiétis.

Generátio mea ablàta est, et convolúta est a me, * quasi tabernáculum pastórum.

Præcísa est velut a texénte vita mea : dum adhuc ordírer succídit me : * de mane usque ad vésperam fínies me.

Sperábam usque ad mane : * quasi leo sic contrívit ómnia ossa mea.

De mane usque ad vésperam fínies me : * sicut pullus hirúndinis sic clamábo, meditábor ut colúmba.

Attenuáti sunt óculi mei, * suspiciéntes in excélsum.

Dómine vim pátior, respónde pro me. * Quid dicam, aut quid respondébit mihi, cum ipse fécerit ?

Recogitábo tibi omnes annos meos, * in amaritúdine ánimæ meæ.

Dómine si sic vívitur et in tálibus vita spíritus mei, corrípies me et vivificábis me. * Ecce in pace amaritúdo mea amaríssima.

Tu autem eruísti ánimam meam ut non períret : * projecísti post tergum tuum ómnia peccáta mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi, neque mors laudábit te : * non exspectábunt qui descéndunt in lacum veritátem tuam.

Vivens vivens ipse confitébitur tibi, sicut et ego hódie : * pater fíliis notam fáciet veritátem tuam.

Dómine salvum me fac : * et psalmos nostros cantábimus cunctis diébus vitæ nostræ in domo Dómini.

5. Ant. 8. c




*Ps.* Laudáte Dóminum de cælis. 148. *avec les deux suivants.*

℣. Caro mea requiéscet in spe.
℟. Et non dabis sanctum tuum vidére corruptiónem.

A Benedictus Ant. 1. g





menta-bántur, flentes Dóminum. E u o u a e.

*Cant.* Benedíctus Dóminus Deus Israel. 151.

*Ensuite le* ℣. Christus est. *et le reste, ci-dessus,* 313.

## A L'OFFICE DU MATIN

*Le Célébrant va processionnellement à la porte de l'Église, où il bénit le feu nouveau.*

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DEUS, qui per Fílium tuum, angulárem scílicet lápidem, claritátis tuæ ignem fidélibus contulísti : productum e sílice, nostris profutúrum úsibus, novum hunc ignem sancti ✠ fica : et concéde nobis, ita per hæc festa paschália cæléstibus desidériis inflammári ; ut ad perpétuæ claritátis, puris méntibus, valeámus festa pertíngere. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

DOMINE Deus, Pater omnípotens, lumen indefíciens, qui es cónditor ómnium lúminum : béne ✠ dic hoc lumen, quod a te sanctificátum atque benedíctum est, qui illuminásti omnem mundum : ut ab eo lúmine accendámur, atque illuminémur igne claritátis tuæ : et sicut illuminásti Móysen exeúntem de Ægýpto, ita illúmines corda et sensus nostros ; ut ad vitam et lucem ætérnam pervenire mereámur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

DOMINE sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus : benedicéntibus nobis hunc ignem in nómine tuo, et unigéniti Fílii tui Dei ac Dómini nostri Jesu Christi, et Spíritus Sancti, cooperári dignéris ; et ádjuva nos contra ignita tela inimíci, et illústra grátia cælésti. Qui vivis et regnas cum eódem Unigénito tuo, et Spíritu Sancto, Deus : per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

*Puis il bénit les cinq grains d'encens qui seront placés sur le Cierge pascal, en disant :*

VENIAT, quæsumus omnípotens Deus, super hoc incénsum larga tuæ bene ✠ dictiónis infúsio : et hunc noctúrnum splendórem invisíbilis regenerátor accénde ; ut non solum sacrifícium, quod hac nocte litátum est, arcána lúminis tui admixtióne refúlgeat ; sed in quocúmque loco ex hujus sanctificatiónis



mystério áliquid fúerit deportátum, expúlsa diabólicæ fraudis nequítia, virtus tuæ majestátis assístat. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

*Tandis qu'on revient au Chœur, le diacre allume successivement 3 Cierges attachés en forme de triangle à un roseau, chantant :*



Lumen Christi. ℟. De-o grá-ti- as.

*Puis, après avoir reçu la bénédiction du Célébrant, il chante :*

EXSULTET jam Angélica turba cælórum : exsúltent divína mystéria : et pro tanti Regis victória, tuba ínsonet salutáris. Gáudeat et tellus tantis irradiáta fulgóribus : et ætérni Regis splendóre illustráta, totíus orbis se séntiat amisísse calíginem. Lætétur et mater Ecclésia, tanti lúminis adornáta fulgóribus : et magnis populórum vócibus hæc aula resúltet. Quaprópter astántes vos, fratres caríssimi, ad tam miram hujus sancti lúminis claritátem, una mecum, quæso, Dei omnipoténtis misericórdiam invocáte. Ut qui me non meis méritis intra Levitárum númerum dignátus est aggregáre : lúminis sui claritátem infúndens, Cérei hujus laudem implére perfíciat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium suum : qui cum eo vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

Per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habémus ad Dóminum. ℣. Grátias agámus Dómino Deo nostro. ℟. Dignum et justum est.

VERE dignum et justum est, invisíbilem Deum Patrem omnipoténtem, Filiúmque ejus unigénitum, Dóminum nostrum Jesum Christum, toto cordis ac mentis affectu, et vocis ministério personáre. Qui pro nobis ætérno Patri, Adæ débitum solvit : et véteris piáculi cautiónem pio cruóre detérsit. Hæc sunt enim festa paschália, in quibus verus ille Agnus occíditur, cujus sánguine postes fidélium consecrántur. Hæc nox est, in qua primum patres nostros fílios Israel edúctos de Ægýpto, mare Rubrum sicco vestígio transíre fecísti. Hæc ígitur nox est, quæ peccatórum ténebras, colúmnæ illuminatióne purgávit. Hæc nox est, quæ hódie per univérsum mundum, in Christo credéntes, a vítiis sæculi, et calígine peccatórum segregátos, reddit grátiæ, sóciat sanctitáti. Hæc nox est, in qua destrúctis vínculis mortis, Christus ab ínferis victor ascéndit. Nihil enim nobis nasci prófuit, nisi rédimi profuísset. O mira circa nos tuæ pietátis dignátio ! O inæstimábilis diléctio caritátis : ut servum redímeres, Fílium tradidísti ! O certe necessárium Adæ peccátum, quod Christi morte delétum est ! O felix culpa, quæ talem ac tantum méruit habére Redemptórem ! O vere beáta nox, quæ sola méruit scire témpus et horam, in qua Christus ab ínferis resurréxit ! Hæc nox est, de

qua scriptum est : Et nox sicut dies illumináb itur : Et nox illuminátio mea in delíciis meis. Hujus ígitur sanctificátio noctis fugat scélera, culpas lavat : et reddit innocéntiam lapsis, et mæstis lætítiam. Fugat ódia, concórdiam parat, et curvat impéria.

*Ici le diacre attache* 1
*les cinq grains d'encens au Cierge* 4 2 5
*en forme de croix.* 3

In hujus ígitur noctis grátia, súscipe sancte Pater, incénsi hujus sacrifícium vespertínum : quod tibi in hac Cérei oblatióne solémni, per ministrórum manus de opéribus apum sacrosáncta reddit Ecclésia. Sed jam colúmnæ hujus præcónia nóvimus, quam in honórem Dei rútilans ignis accéndit.

*Il allume le Cierge pascal.*

Qui licet sit divísus in partes, mutuáti tamen lúminis detrimenta non novit. Alitur enim liquántibus ceris, quas in substántiam pretiósæ hujus lámpadis, apis mater edúxit.

*On allume les lampes.*

O vere beáta nox, quæ exspoliávit Ægýptios, ditávit Hebræos ! Nox, in qua terrénis cæléstia, humánis divína jungúntur. Orámus ergo te, Dómine : ut Céreus iste in honórem tui nóminis consecrátus, ad noctis hujus calíginem destruéndam, indefíciens persevéret. Et in odórem suavitátis accéptus, supérnis luminaribus misceátur. Flammas ejus lúcifer matutínus invéniat. Ille, inquam, lúcifer, qui nescit occásum. Ille, qui regréssus ab ínferis, humáno géneri serénus illúxit. Precámur ergo te, Dómine : ut nos fámulos tuos, omnémque clerum, et devotíssimum pópulum : una cum beatíssimo Papa nostro *N.* et Antístite nostro *N.* quiéte témporum concéssa, in his paschálibus gáudiis, assídua protectióne régere, gubernáre, et conserváre dignéris. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus : per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

*On lit ensuite les Prophéties.*

**Prophétie I.** *Gen. 1 et 2.*

In princípio creávit Deus cælum, et terram. Terra autem erat inánis et vácua, et ténebræ erant super fáciem abýssi : et Spíritus Dei ferebátur super aquas. Dixítque Deus : Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucem quod esset bona : et divísit lucem a ténebris. Appellavítque lucem Diem, et ténebras Noctem : factúmque est véspere et mane, dies unus. Dixit quoque Deus : Fiat firmaméntum in médio aquárum : et dívidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmaméntum, divisítque aquas quæ erant sub firmaménto, ab his quæ erant super firmaméntum. Et factum est ita. Vocavítque Deus firmaméntum, Cælum : et factum est véspere et mane, dies secúndus. Dixit vero



Deus : Congregéntur aquæ, quæ sub cælo sunt, in locum unum : et appáreat árida. Et factum est ita. Et vocávit Deus áridam, Terram, congregationésque aquárum appellávit Mária. Et vidit Deus quod esset bonum. Et ait : Gérminet terra herbam viréntem, et faciéntem semen, et lignum pomíferum fáciens fructum juxta genus suum, cujus semen in semetípso sit super terram. Et factum est ita. Et prótulit terra herbam viréntem, et faciéntem semen juxta genus suum, lignúmque fáciens fructum, et habens unumquódque seméntem secúndum spéciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est véspere et mane, dies tértius. Dixit autem Deus : Fiant lumináriа in firmaménto cæli, et dívidant diem ac noctem, et sint in signa et témpora, et dies et annos : ut lúceant in firmaménto cæli, et illúminent terram. Et factum est ita. Fecítque Deus duo lumináriа magna : lumináre majus, ut præésset diéi, et lumináre minus, ut præésset nocti : et stellas. Et pósuit eas in firmaménto cæli, ut lucérent super terram, et præéssent diéi ac nocti, et divíderent lucem ac ténebras. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est véspere et mane,dies quartus. Dixit étiam Deus : Prodúcant aquæ réptile ánimæ vivéntis, et volátile super terram sub firmaménto cæli. Creavítque Deus cete grándia, et omnem ánimam vivéntem atque motábilem, quam produxerant aquæ in spécies suas, et omne volátile secúndum genus suum. Et vidit Deus quod esset bonum. Benedixítque eis, dicens : Créscite, et multiplicámini, et repléte aquas maris : avésque multiplicéntur super terram. Et factum est véspere et mane, dies quintus. Dixit quoque Deus : Prodúcat terra ánimam vivéntem in génere suo : juménta, et reptília, et béstias terræ secúndum spécies suas. Factúmque est ita. Et fecit Deus béstias terræ juxta spécies suas, et juménta, et omne réptile terræ in génere suo. Et vidit Deus quod esset bonum, et ait : Faciámus hóminem ad imáginem et similitúdinem nostram : et præsit píscibus maris, et volatílibus cæli, et béstiis, universæque terræ, omníque réptili quod movétur in terra. Et creávit Deus hóminem ad imáginem suam : ad imáginem Dei creávit illum, másculum et féminam creávit eos. Benedixítque illis Deus, et ait : Créscite et multiplicámini, et repléte terram, et subjícite eam, et dominámini píscibus maris, et volatílibus cæli, et univérsis animántibus, quæ movéntur super terram. Dixítque Deus : Ecce dedi vobis omnem herbam afferéntem semen super terram, et univérsa ligna quæ habent in semetípsis seméntem géneris sui, ut sint vobis in escam : et cunctis animántibus terræ, omníque vólucri cæli, et univérsis quæ movéntur in terra, et in quibus est ánima vivens, ut hábeant ad vescéndum. Et factum est ita. Vidítque Deus cuncta quæ fécerat : et erant valde bona. Et factum est véspere et mane, dies sextus. Igitur perfécti sunt cæli et terra, et omnis ornátus eórum. Complevítque Deus die séptimo opus suum quod fécerat : et requiévit die séptimo ab univérso ópere quod patrárat.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

**Oraison.**

DEUS qui mirabíliter creásti hóminem, et mirabílius redemísti : da nobis, quæsumus, contra oblectaménta peccáti, mentis ratióne persístere ; ut mereámur ad ætérna gáudia pervenire. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus : per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

**Prophétie II.** *Gen. 5. 6. 7. et 8.*

NOE vero cum quingentórum esset annórum, génuit Sem, Cham et Japheth. Cumque cœpíssent hómines multiplicári super terram, et fílias procreássent, vidéntes fílii Dei fílias hóminum quod essent pulchræ, accepérunt sibi uxóres ex ómnibus, quas elégerant. Dixítque Deus : Non permanébit spíritus meus in hómine in ætérnum, quia caro est : erúntque dies illíus centum vigínti annórum. Gigántes autem erant super terram in diébus illis. Postquam enim ingréssi sunt fílii Dei ad fílias hóminum, illáque genuérunt, isti sunt poténtes a sæculo viri famósi. Videns autem Deus quod multa malítia hóminum esset in terra, et cuncta cogitátio cordis intenta esset ad malum omni témpore, pænítuit eum quod hóminem fecísset in terra. Et tactus dolóre cordis intrínsecus : Delébo, inquit, hóminem, quem creávi, a fácie terræ, ab hómine usque ad animántia, a réptili usque ad vólucres cæli : pænitet enim me fecísse eos. Noe vero invénit grátiam coram Dómino. Hæ sunt generatiónes Noe : Noe vir justus atque perféctus fuit in generatiónibus suis, cum Deo ambulávit. Et génuit tres fílios, Sem, Cham et Japheth. Corrúpta est autem terra coram Deo, et repléta est iniquitáte. Cumque vidísset Deus terram esse corrúptam (omnis quippe caro corrúperat viam suam super terram), dixit ad Noe : Finis univérsæ carnis venit coram me : repléta est terra iniquitáte a fácie eórum, et ego dispérdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis lævigátis : mansiúnculas in arca fácies, et bitúmine línies intrínsecus et extrínsecus. Et sic fácies eam : Trecentórum cubitórum erit longitúdo arcæ, quinquagínta cubitórum latitúdo, et trigínta cubitórum altitúdo illíus. Fenéstram in arca fácies, et in cúbito consummábis summitátem ejus : óstium autem arcæ pones ex látere : deórsum cœnácula, et trístega fácies in ea. Ecce ego addúcam aquas dilúvii super terram, ut interfíciam omnem carnem, in qua spíritus vitæ est subter cælum. Univérsa quæ in terra sunt, consuméntur. Ponámque fœdus meum tecum : et ingrediéris arcam tu, et fílii tui, uxor tua, et uxóres filiórum tuórum tecum. Et ex cunctis animántibus univérsæ carnis bina indúces in arcam, ut vivant tecum : masculíni sexus et femíni. De volúcribus juxta genus suum, et de juméntis in génere suo, et ex omni réptili terræ secúndum genus suum : bina de ómnibus ingrediéntur tecum, ut possint vívere. Tolles



ígitur tecum ex ómnibus escis quæ mandi possunt, et comportábis apud te : et erunt tam tibi, quam illis in cibum. Fecit ígitur Noe ómnia, quæ præcéperat illi Deus. Erátque sexcentórum annórum quando dilúvii aquæ inundavérunt super terram. Rupti sunt omnes fontes abýssi magnæ, et cataráctæ cæli apértæ sunt : et facta est plúvia super terram quadragínta diébus et quadragínta nóctibus. In artículo diéi illíus, ingréssus est Noe, et Sem, et Cham, et Japheth, fílii ejus, uxor illíus, et tres uxóres filiórum ejus cum eis in arcam : ipsi, et omne ánimal secúndum genus suum, universáque juménta in génere suo, et omne quod movétur super terram in génere suo, cunctúmque volátile secúndum genus suum. Porro arca ferebátur super aquas. Et aquæ prævaluérunt nimis super terram : opertíque sunt omnes montes excélsi sub univérso cælo. Quíndecim cúbitis áltior fuit aqua super montes, quos operúerat. Consumptáque est omnis caro quæ movebátur super terram, vólucrum, animántium, bestiárum, omniúmque reptílium quæ reptant super terram. Remánsit autem solus Noe, et qui cum eo erant in arca. Obtinuerúntque aquæ terram centum quinquagínta diébus. Recordátus autem Deus Noe, cunctorúmque animántium, et ómnium jumentórum quæ erant cum eo in arca, addúxit spíritum super terram, et imminútæ sunt aquæ. Et clausi sunt fontes abýssi, et cataráctæ cæli : et prohíbitæ sunt plúviæ de cælo. Reversæque sunt aquæ de terra eúntes et redeúntes : et cœpérunt mínui post centum quinquagínta dies. Cumque transíssent quadragínta dies, apériens Noe fenéstram arcæ, quam fécerat, dimísit corvum : qui egrediebátur, et non revertebátur, donec siccaréntur aquæ super terram. Emísit quoque colúmbam post eum, ut vidéret si jam cessássent aquæ super fáciem terræ. Quæ cum non invenísset ubi requiésceret pes ejus, revérsa est ad eum in arcam : aquæ enim erant super univérsam terram : extendítque manum, et apprehénsam íntulit in arcam. Exspectátis autem ultra septem diébus áliis, rursum dimísit colúmbam ex arca. At illa venit ad eum ad vésperam, portans ramum olívæ viréntibus fóliis in ore suo. Intellexit ergo Noe quod cessássent aquæ super terram. Exspectavítque nihilóminus septem álios dies : et emísit colúmbam, quæ non est revérsa ultra ad eum. Locútus est autem Deus ad Noe, dicens : Egrédere de arca, tu, et uxor tua, fílii tui, et uxóres filiórum tuórum tecum. Cuncta animántia quæ sunt apud te, ex omni carne, tam in volatílibus quam in béstiis, et univérsis reptílibus quæ reptant super terram, educ tecum, et ingredímini super terram : créscite, et multiplicámini super eam. Egréssus est ergo Noe, et fílii ejus : uxor illíus, et uxóres filiórum ejus cum eo. Sed et ómnia animántia, juménta, et reptília quæ reptant super terram, secúndum genus suum, egréssa sunt de arca. Ædificávit autem Noe altáre Dómino : et tollens de cunctis pecóribus et volúcribus mundis, óbtulit holocáusta super altáre. Odoratúsque est Dóminus odórem suavitátis.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

**Oraison.**

DEUS, incommutábilis virtus, et lumen ætérnum : réspice propítius ad totíus Ecclésiæ tuæ mirábile sacraméntum, et opus salútis humánæ, perpétuæ dispositiónis effectu tranquíllius operáre ; totúsque mundus experiátur et vídeat dejécta érigi, inveteráta renovári, et per ipsum redíre ómnia in íntegrum, a quo sumpsére príncipium : Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat.

**Prophétie III.** *Gen. 22.*

IN diébus illis : Tentávit Deus Abraham, et dixit ad eum : Abraham, Abraham. At ille respóndit : Adsum. Ait illi : Tolle fílium tuum unigénitum, quem díligis, Isaac, et vade in terram visiónis : atque ibi ófferes eum in holocáustum super unum móntium quem monstrávero tibi. Igitur Abraham, de nocte consúrgens, stravit ásinum suum : ducens secum duos júvenes, et Isaac fílium suum. Cumque concidísset ligna in holocáustum, ábiit ad locum quem præcéperat ei Deus. Die autem tértio, elevátis óculis, vidit locum procul : dixítque ad púeros suos : Exspectáte hic cum ásino : ego et puer illuc usque properántes, postquam adoravérimus, revertémur ad vos. Tulit quoque ligna holocásti, et impósuit super Isaac fílium suum : ipse vero portábat in mánibus ignem et gládium. Cumque duo pérgerent simul, dixit Isaac patri suo : Pater mi. At ille respóndit : Quid vis, fili ? Ecce, inquit, ignis et ligna : ubi est víctima holocásti ? Dixit autem Abraham : Deus providébit sibi víctimam holocásti, fili mi. Pergébant ergo páriter : et venérunt ad locum quem osténderat ei Deus, in quo ædificávit altáre, et désuper ligna compósuit : cumque alligásset Isaac fílium suum, pósuit eum in altáre super struem lignórum. Extendítque manum, et arrípuit gládium, ut immoláret fílium suum. Et ecce Angelus Dómini de cælo clamávit, dicens : Abraham, Abraham. Qui respóndit : Adsum. Dixítque ei : Noli exténdas manum tuam super púerum, neque fácias illi quidquam : nunc cognóvi quod times Deum, et non pepercísti unigénito fílio tuo propter me. Levávit Abraham óculos suos, vidítque post tergum aríetem inter vepres hæréntem córnibus, quem assúmens óbtulit holocáustum pro fílio. Appellavítque nomen loci illíus, Dóminus videt. Unde usque hódie dícitur : In monte Dóminus vidébit. Vocávit autem Angelus Dómini Abraham secúndo de cælo, dicens : Per memetípsum jurávi, dicit Dóminus : quia fecísti hanc rem, et non pepercísti fílio tuo unigénito propter me : benedícam tibi, et multiplicábo semen tuum sicut stellas cæli, et velut arénam quæ est in lítore maris : possidébit semen tuum portas inimicórum suórum, et benedicéntur in sémine tuo omnes gentes terræ, quia obedísti voci meæ. Revérsus est Abraham ad púeros suos, abierúntque Bersabée simul, et habitávit ibi.



Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

**Oraison.**

DEUS, fidélium Pater summe, qui in toto orbe terrárum, promissiónis tuæ fílios diffúsa adoptiónis grátia multíplicas : et per paschále sacraméntum, Abraham púerum tuum universárum, sicut jurásti, géntium éfficis patrem ; da pópulis tuis digne ad grátiam tuæ vocatiónis introíre. Per Dóminum.

**Prophétie IV.** *Exod. 14. f. et 15.*

IN diébus illis : Factum est in vigília matutína, et ecce respíciens Dóminus super castra Ægyptiórum per colúmnam ignis et nubis, interfécit exércitum eórum : et subvértit rotas cúrruum, ferebantúrque in profúndum. Dixérunt ergo Ægýptii : Fugiámus Israélem : Dóminus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dóminus ad Móysen : Exténde manum tuam super mare, ut revertántur aquæ ad Ægýptios super currus et équites eórum. Cumque extendísset Móyses manum contra mare, revérsum est primo dilúculo ad priórem locum : fugientibúsque Ægýptiis occurrérunt aquæ, et invólvit eos Dóminus in médiis flúctibus. Reversæque sunt aquæ, et operuérunt currus et équites cuncti exércitus Pharaónis, qui sequéntes ingréssi fúerant mare : nec unus quidem supérfuit ex eis. Fílii autem Israel perrexérunt per médium sicci maris, et aquæ eis erant quasi pro muro a dextris et a sinístris : liberavítque Dóminus in die illa Israel de manu Ægyptiórum. Et vidérunt Ægýptios mórtuos super littus maris, et manum magnam quam exercúerat Dóminus contra eos : timuítque pópulus Dóminum, et credidérunt Dómino, et Móysi servo ejus. Tunc cécinit Móyses, et fílii Israel carmen hoc Dómino, et dixérunt :






Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

**Oraison.**

DEUS, cujus antíqua mirácula étiam nostris sæculis coruscáre sentímus : dum quod uni pópulo, a persecutióne Ægyptíaca liberándo, déxteræ tuæ poténtia contulísti, id in salútem géntium per aquam regeneratiónis operáris : præsta ; ut in Abrahæ fílios, et in Israelíticam dignitátem, totíus mundi tránscat plenitúdo. Per Dóminum.

**Prophétie V.** *Isaie 54. g. et 55.*

HÆC est hæréditas servórum Dómini, et justítia córum apud me, dicit Dóminus. Omnes sitiéntes veníte ad aquas : et qui non habétis argéntum, properáte, émite, et comédite : veníte, émite absque argénto, et absque ulla commutatióne vinum et lac. Quare appénditis argéntum non in pánibus, et labórem vestrum non in saturitáte ? Audíte audiéntes me, et comédite bonum, et delectábitur in crassitúdine ánima vestra. Inclináte aurem vestram, et veníte ad me : audíte, et vivet ánima vestra, et fériam vobíscum pactum sempitérnum, misericórdias David fidéles. Ecce testem pópulis dedi eum, ducem ac præceptórem géntibus. Ecce gentem, quam nesciébas, vocábis : et gentes, quæ te non cognovérunt, ad te current propter Dóminum Deum tuum, et sanctum Israel, quia glorificávit te. Quærite Dóminum, dum inveníri potest, invocáte eum, dum prope est. Derelínquat ímpius viam suam, et vir iníquus cogitatiónes suas, et revertátur ad Dóminum, et miserébitur ejus, et ad Deum nostrum : quóniam multus est ad ignoscéndum. Non enim cogitatiónes meæ, cogitatiónes vestræ : neque viæ vestræ, viæ meæ, dicit Dóminus. Quia sicut exaltántur cæli a terra, sic exaltátæ sunt viæ meæ a viis vestris, et cogitatiónes meæ a cogitatiónibus vestris. Et quómodo descéndit imber, et nix de cælo, et illuc ultra non revértitur, sed inébriat terram, et infúndit eam, et germináre eam facit, et dat semen serénti, et panem comedénti : sic erit verbum meum, quod egrediétur de ore meo : non revertétur ad me vácuum, sed fáciet quæcúmque vólui, et prosperábitur in his, ad quæ misi illud : dicit Dóminus omnípotens.



Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

**Oraison.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, multíplica in honórem nóminis tui, quod patrum fídei spopondísti : et promissiónis fílios sacra adoptióne dilata ; ut, quod prióres sancti non dubitavérunt futúrum, Ecclésia tua magna jam ex parte cognóscat implétum. Per Dóminum.

**Prophétie VI.** *Baruch 3. b.*

AUDI Israel mandáta vitæ : áuribus pércipe, ut scias prudéntiam. Quid est, Israel, quod in terra inimicórum es ? inveterásti in terra aliéna, coinquinátus es cum mórtuis : deputátus es cum descendéntibus in inférnum. Dereliquísti fontem sapiéntiæ. Nam si in via Dei ambulásses, habitásses útique in pace sempitérna. Disce ubi sit prudéntia, ubi sit virtus, ubi sit intelléctus : ut scias simul ubi sit longitúrnitas vitæ et victus, ubi sit lumen oculórum, et pax. Quis invénit locum ejus ? et quis intrávit in thesáuros ejus ? Ubi sunt príncipes géntium, et qui dominántur super béstias, quæ sunt super terram ? qui in ávibus cæli ludunt, qui argéntum thesaurízant, et aurum, in quo confídunt hómines, et non est finis acquisitiónis eórum ? qui argéntum fábricant et sollíciti sunt, nec est invéntio óperum illórum ? Exterminati sunt, et ad ínferos descendérunt, et álii loco córum surrexérunt. Júvenes vidérunt lumen, et habitavérunt super terram : viam autem disciplínæ ignoravérunt, neque intellexérunt sémitas ejus, neque fílii eórum suscepérunt eam, a fácie ipsórum longe facta est : non est audíta in terra Chánaan, neque visa est in Theman. Fílii quoque Agar, qui exquírunt prudéntiam, quæ de terra est, negotiatóres Merrhæ et Theman, et fabulatóres, et exquisitóres prudéntiæ et intelligéntiæ : viam autem sapiéntiæ nesciérunt, neque commemoráti sunt sémitas ejus. O Israel, quam magna est domus Dei, et ingens locus possessiónis ejus ! Magnus est, et non habet finem : excélsus et imménsus. Ibi fuérunt gigántes nominati illi, qui ab inítio fuérunt, statúra magna, sciéntes bellum. Non hos elégit Dóminus, neque viam disciplínæ invenérunt : proptérea periérunt. Et quóniam non habuérunt sapiéntiam, interiérunt propter suam insipiéntiam. Quis ascéndit in cælum, et accépit eam, et edúxit eam de núbibus ? Quis transfretávit mare, et invénit illam ? et áttulit illam super aurum eléctum ? Non est qui possit scire vias ejus, neque qui exquírat sémitas ejus : sed qui scit univérsa, novit eam, et adinvénit eam prudéntia sua : qui præparávit terram in ætérno témpore, et replévit eam pecúdibus, et quadrupédibus : qui emíttit lumen, et vadit : et vocávit illud, et obédit illi in tremóre. Stellæ autem dedérunt lumen in custódiis suis, et lætátæ sunt : vocátæ

sunt, et dixérunt : Adsumus ; et luxérunt ei cum jucunditáte, qui fecit illas. Hic est Deus noster, et non æstimábitur álius advérsus eum. Hic adinvénit omnem viam disciplínæ, et trádidit illam Jacob púero suo, et Israel dilécto suo. Post hæc in terris visus est, et cum homínibus conversátus est.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

**Oraison.**

DEUS, qui Ecclésiam tuam semper géntium vocatióne multíplicas : concéde propítius ; ut quos aqua baptísmatis ábluis, contínua protectióne tueáris. Per Dóminum.

**Prophétie VII.** *Ezech. 37.*

IN diébus illis : Facta est super me manus Dómini, et edúxit me in spíritu Dómini : et dimísit me in médio campi, qui erat plenus óssibus ; et circumdúxit me per ea in gyro : erant autem multa valde super fáciem campi, siccáque veheménter. Et dixit ad me : Fili hóminis, putásne vivent ossa ista ? Et dixi : Dómine Deus, tu nosti. Et dixit ad me : Vaticináre de óssibus istis : et dices eis : Ossa árida audíte verbum Dómini. Hæc dicit Dóminus Deus óssibus his : Ecce ego intromíttam in vos spíritum, et vivétis. Et dabo super vos nervos, et succréscere fáciam super vos carnes, et superexténdam in vobis cutem : et dabo vobis spíritum, et vivétis, et sciétis quia ego Dóminus. Et prophetávi sicut præcéperat mihi ; factus est autem sónitus, prophetánte me, et ecce commótio : et accessérunt ossa ad ossa, unumquódque ad junctúram suam. Et vidi, et ecce super ea nervi et carnes ascendérunt : et exténta est in eis cutis désuper, et spíritum non habébant. Et dixit ad me : Vaticináre ad spíritum, vaticináre fili hóminis, et dices ad spíritum : Hæc dicit Dóminus Deus : A quátuor ventis veni spíritus, et insúffla super interféctos istos, et revivíscant. Et prophetávi sicut præcéperat mihi : et ingréssus est in ea spíritus, et vixérunt : steterúntque super pedes suos exércitus grandis nimis valde. Et dixit ad me : Fili hóminis, ossa hæc univérsa, domus Israel est ; ipsi dicunt : Aruérunt ossa nostra, et périit spes nostra, et abscíssi sumus. Propterea vaticináre, et dices ad eos : Hæc dicit Dóminus Deus : Ecce ego apériam túmulos vestros, et edúcam vos de sepúlcris vestris, pópulus meus : et indúcam vos in terram Israel. Et sciétis quia ego Dóminus, cum aperúero sepúlcra vestra, et edúxero vos de túmulis vestris, pópule meus : et dédero spíritum meum in vobis, et vixéritis, et requiéscere vos fáciam super humum vestram, dicit Dóminus omnípotens.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

**Oraison.**

DEUS, qui nos ad celebrándum paschále sacraméntum, utriúsque Testaménti páginis ínstruis : da nobis intellígere misericórdiam tuam ; ut ex perceptióne præséntium múnerum, firma sit exspectátio futurórum. Per Dóminum.



**Prophétie VIII.** *Isaie 4.*

APPREHENDENT septem mulíeres virum unum in die illa, dicéntes : Panem nostrum comedémus, et vestiméntis nostris operiémur : tantúmmodo invocétur nomen tuum super nos, aufer oppróbrium nostrum. In die illa erit germen Dómini in magnificéntia et glória, et fructus terræ sublímis, et exsultátio his, qui salváti fúerint de Israel. Et erit : Omnis qui relíctus fúerit in Sion, et resíduus in Jerúsalem, sanctus vocábitur, omnis qui scriptus est in vita in Jerúsalem. Si ablúerit Dóminus sordes filiárum Sion, et sánguinem Jerúsalem láverit de médio ejus in spíritu judícii, et spíritu ardóris. Et creábit Dóminus super omnem locum montis Sion, et ubi invocátus est, nubem per diem, et fumum et splendórem ignis flammántis in nocte : super omnem enim glóriam protéctio. Et tabernáculum erit in umbráculum dírei ab æstu, et in securitátem, et absconsiónem a túrbine et a plúvia.



Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

**Oraison.**

DEUS, qui in ómnibus Ecclésiæ tuæ fíliis, sanctórum Prophetárum voce manifestásti, in omni loco dominatiónis tuæ, satórem te bonórum séminum, et electórum pálmitum esse cultórem : tríbue pópulis tuis, qui et vineárum apud te nómine censéntur, et ségetum ; ut spinárum et tribulórum squalóre resecáto, digna efficiántur fruge fœcúndi. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum.

**Prophétie IX.** *Exode 12.*

IN diébus illis : Dixit Dóminus ad Móysen et Aaron in terra Ægýpti : Mensis iste, vobis princípium ménsium : primus erit in ménsibus anni. Loquímini ad univérsum cœtum filiórum Israel, et dícite eis : Décima die mensis hujus tollat unusquísque agnum per famílias et domos suas. Sin autem minor est número ut suffícere possit ad vescéndum agnum, assúmet vicínum suum qui junctus est dómui suæ, juxta número animárum quæ suffícere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absque mácula, másculus, annículus : juxta quem ritum tollétis et hædum. Et servábitis eum usque ad quartamdécimam diem mensis hujus : immolabítque eum univérsa multitúdo filiórum Israel ad vésperam. Et sument de sánguine ejus, ac ponent super utrúmque postem, et in superliminaribus domórum in quibus cómedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, et ázymos panes cum lactúcis agréstibus. Non comedétis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantum assum igni : caput cum pédibus ejus et intestínis vorábitis. Nec remanébit quidquam ex eo usque mane. Si quid resíduum fúerit, igne comburétis. Sic autem comedétis illum : renes vestros accingétis, et calceaménta habébitis in pédibus, tenéntes báculos in mánibus, et comedétis festinánter : est enim Phase (id est tránsitus) Dómini.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

**Oraison.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui in ómnium óperum tuórum dispensatióne mirábilis es : intélligant redémpti tui, non fuísse excelléntius quod inítio factus est mundus, quam quod in fine sæculórum Pascha nostrum immolátus est Christus : Qui tecum vivit.

**Prophétie X.** *Jonas 3.*

IN diébus illis : Factum est verbum Dómini ad Jonam prophétam secúndo, dicens : Surge, et vade in Nínivem civitátem magnam : et prædica in ea prædicatiónem, quam ego loquor ad te. Et surréxit Jonas, et ábiit in Níniven juxta verbum Dómini : et Nínive erat cívitas magna itínere trium diérum. Et cœpit Jonas introíre in civitátem itínere diéi uníus : et clamávit, et dixit : Adhuc quadragínta dies, et Nínive subvertétur. Et credidérunt viri Ninivítæ in Deum : et prædicavérunt jejúnium, et vestíti sunt saccis a majóre usque ad minórem. Et pervénit verbum ad regem Nínive : et surréxit de sólio suo, et abjécit vestiméntum suum a se, et indútus est sacco, et sedit in cínere. Et clamávit, et dixit in Nínive ex ore regis et princípum ejus, dicens : Hómines, et juménta, et boves, et pécora non gustent quidquam : nec pascántur, et aquam non bibant. Et operiántur saccis hómines, et juménta, et clament ad Dóminum in fortitúdine, et convertátur vir a via sua mala, et ab iniquitáte quæ est in mánibus eórum. Quis scit si convertátur, et ignóscat Deus : et revertátur a furóre iræ suæ, et non períbimus? Et vidit Deus ópera eórum, quia conversi sunt de via sua mala : et misértus est pópulo suo Dñus Deus noster.



Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

**Oraison.**

DEUS, qui diversitátem géntium in confessióne tui nóminis adunásti : da nobis, et velle, et posse quæ præcipis ; ut pópulo ad ætérnitátem vocáto, una sit fides méntium, et pietas actiónum. Per Dóminum nostrum.

**Prophétie XI.** *Deut. 31. f.*

IN diébus illis : Scripsit Móyses cánticum, et dócuit fílios Israel. Præcepítque Dóminus Jósue fílio Nun, et ait : Confortáre, et esto robústus : tu enim introdúces fílios Israel in terram, quam pollícitus sum, et ego ero tecum. Postquam ergo scripsit Móyses verba legis hujus in volúmine, atque complévit : præcépit Levítis, qui portábant arcam fœderis Dómini, dicens : Tóllite librum istum, et pónite eum in látere arcæ fœderis Dómini Dei vestri : ut sit ibi contra te in testimónium. Ego enim scio contentiónem tuam, et cervícem tuam durissimam. Adhuc vivénte me et ingrediénte vobíscum, semper contentióse egístis contra Dóminum : quanto magis cum mórtuus fúero? Congregáte ad me omnes majóres natu per tribus vestras, atque doctóres, et loquar audiéntibus eis sermónes istos, et invocábo contra eos cælum et terram. Novi enim quod post mortem meam iníque agétis, et declinábitis cito de via, quam præcépi vobis : et occúrrent vobis mala in extrémo témpore, quando fecéritis malum in conspéctu Dómini, ut irritétis eum per ópera mánuum vestrárum. Locútus est ergo Móyses, audiénte univérso cœtu Israel, verba cárminis hujus, et ad finem usque complévit.






Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

**Oraison.**

DEUS, celsitúdo humílium, et fortitúdo rectórum, qui per sanctum Móysen púerum tuum ita erudíre pópulum tuum sacri cárminis tui decantatióne voluísti, ut illa legis iterátio



fíeret étiam nostra diréctio : éxcita in omnem justificatárum géntium plenitúdinem poténtiam tuam, et da lætítiam mitigándo terrórem ; ut ómnium peccátis tua remissióne delétis, quod denuntiátum est in ultiónem, tránseat in salútem. Per Dóminum nostrum.

**Prophétie XII.** *Dan. 3.*

IN diébus illis : Nabuchodónosor rex fecit státuam áuream altitúdine cubitórum sexagínta, latitúdine cubitórum sex, et státuit eam in campo Dura provínciæ Babylónis. Itaque Nabuchodónosor rex misit ad congregándos sátrapas, magistrátus, et júdices, duces, et tyránnos, et præféctos, omnésque príncipes regiónum, ut convenírent ad dedicatiónem státuæ, quam eréxerat Nabuchodónosor rex. Tunc congregáti sunt sátrapæ, magistrátus, et júdices, duces, et tyránni, et optimátes, qui erant in potestátibus constitúti, et univérsi príncipes regiónum, ut convenírent ad dedicatiónem státuæ, quam eréxerat Nabuchodónosor rex. Stabant autem in conspéctu státuæ, quam posúerat Nabuchodónosor rex : et præco clamábat valénter : Vobis dícitur pópulis, tríbubus, et linguis : In hora qua audiéritis sónitum tubæ, et fístulæ, et cítharæ, sambúcæ, et psaltérii, et symphoníæ, et univérsi géneris musicórum, cadéntes adoráte státuam áuream, quam constítuit Nabuchodónosor rex. Si quis autem non prostrátus adoráverit, eádem hora mittétur in fornácem ignis ardéntis. Post hæc ígitur statim ut audiérunt omnes pópuli sónitum tubæ, fístulæ et cítharæ, sambúcæ, et psaltérii, et symphoníæ, et omnis géneris musicórum : cadéntes omnes pópuli, tribus, et linguæ, adoravérunt státuam áuream, quam constitúerat Nabuchodónosor rex. Statímque in ipso témpore accedéntes viri Chaldæi accusavérunt Judæos, dixerúntque Nabuchodónosor regi : Rex in ætérnum vive : tu rex posuísti decrétum ut omnis homo qui audíerit sónitum tubæ, fístulæ, et cítharæ, sambúcæ, et psaltérii, et symphoníæ, et univérsi géneris musicórum, prostérnat se, et adóret státuam áuream : si quis autem non prócidens adoráverit, mittátur in fornácem ignis ardéntis. Sunt ergo viri Judæi quos constituísti super ópera regiónis Babylónis, Sidrach, Misach, et Abdénago : viri isti contempsérunt, rex, decrétum tuum : deos tuos non colunt, et státuam áuream, quam erexísti, non adórant. Tunc Nabuchodónosor in furóre et in ira præcépit ut adducerántur Sidrach, Misach, et Abdénago : qui confestim addúcti sunt in conspéctu regis. Pronuntiánsque Nabuchodónosor rex, ait eis : Veréne Sidrach, Misach, et Abdénago, deos meos non cólitis, et státuam áuream quam constítui non adorátis ? Nunc ergo si estis paráti, quacúmque hora audiéritis sónitum tubæ, fístulæ, cítharæ, sambúcæ, et psaltérii, et symphoníæ, omnísque géneris musicórum, prostérnite vos, et adoráte státuam quam feci : quod si non adoravéritis, eádem hora mittémini in fornácem ignis ardéntis : et quis est Deus, qui erípiet vos de manu mea ? Respondéntes Sidrach, Misach, et Abdénago, dixérunt regi Nabuchodónosor : Non opórtet nos

de hac re respondére tibi. Ecce enim Deus noster, quem cólimus, potest erípere nos de camíno ignis ardéntis, et de mánibus tuis, o rex, liberáre. Quod si nolúerit, notum sit tibi, rex, quia deos tuos non cólimus, et státuam áuream quam erexísti, non adorámus. Tunc Nabuchodónosor replétus est furóre : et aspéctus faciéi illíus immutátus est super Sidrach, Misach, et Abdénago, et præcépit ut succenderétur fornax séptuplum quam succéndi consuéverat. Et viris fortíssimis de exércitu suo jussit, ut ligátis pédibus Sidrach, Misach, et Abdénago, mítterent eos in fornácem ignis ardéntis. Et confestim viri illi vincti, cum braccis suis, et tiáris, et calceaméntis, et véstibus, missi sunt in médium fornácis ignis ardéntis. Nam jússio regis urgébat : fornax autem succénsa erat nimis. Porro viros illos, qui míserant Sidrach, Misach, et Abdénago, interfécit flamma ignis. Viri autem hi tres, id est, Sidrach, Misach, et Abdénago, cecidérunt in médio camíno ignis ardéntis, colligáti. Et ambulábant in médio flammæ, laudántes Deum, et benedicéntes Dómino.

*On ne dit pas* Flectámus génua. *mais seulement :*

Orémus.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, spes única mundi, qui prophetárum tuórum præcónio, præséntium témporum declarásti mystéria : auge pópuli tui vota placátus ; quia in nullo fidélium, nisi ex tua inspiratióne, provéniunt quarúmlibet increménta virtútum. Per Dóminum nostrum.

*On se rend en procession aux Fonts, en chantant :*

Trait. 8.









*Avant de pénétrer dans l'enceinte des Fonts baptismaux, le Célébrant dit cette Oraison :*

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oraison.*

OMNIPOTENS sempitérne Deus, réspice propítius ad devotiónem pópuli renascéntis, qui sicut cervus, aquárum tuárum éxpetit fontem : et concéde propítius ; ut fídei ipsíus sitis, baptísmatis mystério, ánimam corpúsque sanctíficet. Per Dñum.

*Puis il procède à la bénédiction des Fonts, disant :*

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oraison.*

OMNIPOTENS sempitérne Deus, adésto magnæ pietátis tuæ mystériis, adésto sacraméntis : et ad recreándos novos pópulos, quos tibi fons baptísmatis párturit, spíritum adoptiónis emítte : ut quod nostræ humilitátis geréndum est ministério, virtútis tuæ impleátur effectu. Per Dóminum.

*Il poursuit sur le ton de la Préface, les mains jointes :*

Per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habémus ad Dóminum. ℣. Grátias agámus Dómino Deo nostro. ℟. Dignum et justum est.

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus. Qui invisíbili poténtia, sacramentórum tuórum mirabíliter operáris effectum : Et licet nos tantis mystériis exsequéndis simus indígni : Tu tamen grátiæ tuæ dona non déserens, étiam ad nostras preces aures tuæ pietátis in-

clínas. Deus, cujus Spíritus super aquas inter ipsa mundi primórdia ferebátur : ut jam tunc virtútem sanctificatiónis aquárum natúra concíperet. Deus, qui nocéntis mundi crímina per aquas ábluens, regeneratiónis spéciem in ipsa dilúvii effusióne signásti : ut uníus ejusdémque eleménti mystério, et finis esset vítiis, et orígo virtútibus. Réspice Dómine in fáciem Ecclésiæ tuæ, et multíplica in ea regeneratiónes tuas, qui grátiæ tuæ affluéntis ímpetu lætíficas civitátem tuam ; fontémque baptísmatis áperis toto orbe terrárum géntibus innovándis : ut tuæ majestátis império, sumat Unigéniti tui grátiam de Spíritu Sancto.

*Ici, le Célébrant, la main étendue, divise l'eau en forme de croix ; puis il continue :*

QUI hanc aquam regenerándis homínibus præparátam, arcána sui núminis admixtióne fœcúndet : ut sanctificatióne concépta, ab immaculáto divíni fontis útero, in novam renáta creatúram, progénies cæléstis emérgat. Et quos aut sexus in córpore, aut ætas discérnit in témpore, omnes in unam páriat grátia mater infántiam. Procul ergo hinc, jubénte te Dómine, omnis spíritus immúndus abscédat : procul tota nequítia diabólicæ fraudis absístat. Nihil hic loci hábeat contráriæ virtútis admíxtio : non insidiándo circúmvolet : non laténdo subrépat : non inficiéndo corrúmpat.

*Il touche l'eau avec la main droite.*

SIT hæc sancta et ínnocens creatúra, líbera ab omni impugnatóris incúrsu, et totíus nequítiæ purgáta discéssu. Sit fons vivus, aqua regénerans, unda purífícans : ut omnes hoc lavácro salutífero diluéndi, operánte in eis Spíritu Sancto, perféctæ purgatiónis indulgéntiam consequántur.

*Il fait trois signes de croix sur l'eau, en disant :*

UNDE benedíco te, creatúra aquæ, per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum : per Deum, qui te in princípio, verbo separávit ab árida : cujus Spíritus super te ferebátur.

*Ici, il divise l'eau avec la main droite, et en jette vers les quatre parties du monde.*

QUI te de paradísi fonte manáre fecit, et in quátuor flumínibus totam terram rigáre præcépit. Qui te in desérto amáram, suavitáte índita fecit esse potábilem, et sitiénti pópulo de petra produxit. Bene ✠ díco te et per Jesum Christum Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum : qui te in Cana Galilææ signo admirábili, sua poténtia convértit in vinum. Qui pédibus super te ambulávit : et a Joánne in Jordáne in te baptizátus est. Qui te una cum sánguine de látere suo produxit : et discípulis suis jussit, ut credéntes baptizaréntur in te, dicens : Ite, docéte omnes gentes, baptizántes eos in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.



*Le Prêtre dit ensuite sans chanter :*

HÆC nobis præcépta servántibus, tu Deus omnípotens, clemens adésto : tu benígnus aspíra.

*Il souffle trois fois sur l'eau en forme de croix, disant :*

TU has símplices aquas tuo ore benedícito : ut præter naturálem emundatiónem, quam lavándis possunt adhibére corpóribus, sint étiam purificándis méntibus efficáces.

*Il plonge 3 fois le Cierge dans l'eau, chantant à chaque fois :*

DESCENDAT in hanc plenitúdinem fontis virtus Spíritus Sancti.

*A la 3e fois, il y laisse le Cierge et souffle 3 fois sur l'eau.*

TOTAMQUE hujus aquæ substántiam, regenerándi fœcúndet effectu.

*Il retire le Cierge de l'eau et dit :*

HIC ómnium peccatórum máculæ deleántur : hic natúra ad imáginem tuam cóndita, et ad honórem sui reformáta princípii, cunctis vetustátis squalóribus emundétur : ut omnis homo sacraméntum hoc regeneratiónis ingréssus, in veræ innocéntiæ novam infántiam renascátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

*On fait alors l'aspersion des fidèles. Puis le Prêtre verse de l'huile des Catéchumènes dans l'eau, en disant :*

SANCTIFICETUR, et fœcundétur fons iste óleo salútis renascéntibus ex eo, in vitam ætérnam. ℟. Amen.

*Il verse du saint chrême, en disant :*

INFUSIO chrísmatis Dómini nostri Jesu Christi, et Spíritus Sancti Paráclíti, fiat in nómine sanctæ Trinitátis. ℟. Amen.

*Il verse de l'huile des Catéchumènes et du saint chrême.*

COMMIXTIO chrísmatis sanctificatiónis, et óleí unctiónis, et aquæ baptísmatis, páriter fiat in nómine Pa ✠ tris et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti. ℟. Amen.

*Pendant que le Célébrant et ses ministres reviennent à l'Autel, 2 chantres chantent les Litanies qui sont répétées par le Chœur.*

¶ *Dans les églises où il n'y a pas de Fonts, après la dernière Prophétie et l'Oraison qui suit, tous se mettent à genoux, et deux chantres chantent les Litanies qui sont répétées par les 2 Chœurs.*





Pa-ter de cæ-lis De-us, mi-seré-re nobis.
Fili Redémptor mundi De-us, mi-seré-re nobis.
Spí-ri-tus Sancte De-us, mi-seré-re nobis.
Sancta Trínitas unus De-us, mi-seré-re nobis.



Sancta Ma-rí-a, ora pro nobis.
Sancta De-i Géni-trix, ora pro nobis.
Sancta Virgo vírginum, ora pro nobis.



Sancte Mícha-el, ora pro nobis.
Sancte Gábri-el, ora pro nobis.
Sancte Rápha-el, ora pro nobis.



Omnes sancti Ange-li et Archánge-li, orá-te pro nobis.
Omnes sancti beatórum Spirítuum ór-dines, orá-te pro nobis.



Sancte Jo-ánnes Baptísta, ora pro nobis.



Sancte Joseph, ora pro nobis.



Omnes sancti Patri-árchæ et Prophé-tæ, orá-te pro nobis.



Sancte Petre, ora pro nobis.

Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Joánnes, ora.
Omnes sancti Apóstoli et Evangelístæ, oráte.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Laurénti, ora
Sancte Vincénti, ora.
Omnes sancti Mártyres, oráte.
Sancte Silvéster, ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Augustíne, ora.
Omnes sancti Pontífices et Confessóres, oráte.



Omnes sancti Doctóres, oráte.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Domínice, ora.
Sancte Francísce, ora.
Omnes sancti Sacerdótes et Levítæ, oráte.
Omnes sancti Mónachi et Eremítæ, oráte.
Sancta María Magdaléna, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcília, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Anastásia, ora.
Omnes sanctæ Vírgines et Víduæ, oráte.
Omnes Sancti et Sanctæ Dei, intercédite pro nobis.



Propí-ti-us esto, parce no-bis Dómine.
Propí-ti-us esto, exáu-di nos Dómine.
Ab omni ma-lo, lí-be-ra nos Dómine.

Ab omni peccáto, líbera nos Dómine.
A morte perpétua, líbera nos Dómine.
Per mystérium sanctæ incarnatiónis tuæ, líbera nos Dómine.
Per advéntum tuum, líbera nos Dómine.
Per nativitátem tuam, líbera nos Dómine.
Per baptísmum et sanctum jejúnium tuum, líbera nos Dómine.
Per crucem et passiónem tuam, líbera nos Dómine.
Per mortem et sepultúram tuam, líbera nos Dómine.
Per sanctam resurrectiónem tuam, líbera nos Dómine.
Per admirábilem ascensiónem tuam, líbera nos Dómine.
Per advéntum Spíritus Sancti Paráclíti, líbera nos Dómine.
In die judícii, líbera nos Dómine.



Pecca-tóres, te rogámus audi nos.

Ut nobis parcas, te rogámus audi nos.
Ut Ecclésiam tuam sanctam régere et conserváre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut Domnum Apostólicum et omnes ecclesiásticos órdines in sancta religióne conserváre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ humiliáre dignéris, te rogámus.
Ut régibus et princípibus christiánis pacem et veram concórdiam donáre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio confortáre et conserváre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna bona retríbuas, te rogámus audi nos.
Ut fructus terræ dare et conserváre dignéris, te rogámus.
Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donáre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut nos exaudíre dignéris, te rogámus audi nos.




*Ici les chantres commencent solennellement* Kýrie eleíson. 16.

*Puis on chante* Glória in excélsis. *Et on sonne les cloches.*

**Collecte.**

DEUS, qui hanc sacratíssimam noctem glória domínicæ Resurrectiónis illústras : consérva in nova famíliæ tuæ progénie adoptiónis spíritum, quem dedísti ; ut córpore et mente renováti, puram tibi exhíbeant servitútem. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Colossenses.** *Col. 3.*

FRATRES : Si consurrexístis cum Christo : quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in déxtera Dei sedens : quæ sursum sunt sápite, non quæ super terram. Mórtui enim estis, et vita vestra est abscóndita cum Christo in Deo. Cum Christus apparúerit, vita vestra : tunc et vos apparébitis cum ipso in glória.

*Après l'Épître, le Célébrant entonne :*




*Et il le chante trois fois, élevant chaque fois le ton, le Chœur le répétant après lui sur le même ton.*

*Puis le Chœur poursuit :*









✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 28.*

VESPERE autem sábbati, quæ lucéscit in prima sábbati, venit María Magdaléne, et áltera María vidére sepúlcrum. Et ecce terræmótus factus est magnus. Angelus enim Dómini descéndit de cælo : et accédens revólvit lápidem, et sedébat super eum : erat autem aspéctus ejus sicut fulgur : et vestiméntum ejus sicut nix. Præ timóre autem ejus extérriti sunt custódes, et facti sunt velut mórtui. Respóndens autem Angelus, dixit muliéribus : Nolíte timére vos : scio enim, quod Jesum, qui crucifíxus est, quæritis : non est hic : surréxit enim, sicut dixit. Veníte, et vidéte locum ubi pósitus erat Dóminus. Et cito eúntes, dícite discípulis ejus quia surréxit : et ecce præcédit vos in Galiléam : ibi eum vidébitis. Ecce prædíxi vobis.

*On ne dit ni* Credo. *ni Offertoire.*

**Secrète.**

SUSCIPE, quæsumus Dómine, preces pópuli tui, cum oblatiónibus hostiárum : ut paschálibus initiáta mystériis, ad ætérnitátis nobis medélam, te operánte, proficiant. Per Dñum.

*Préface du Temps Pascal,* 11. *On ne dit pas* Agnus Dei.

¶ *Après la dernière ablution, on chante les* **Vêpres** *au Chœur, comme il suit.*

Ant. 6.

A Lle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

*Ps.* Laudáte Dóminum. 85.

*On répète l'Ant.* Allelúia, *et aussitôt le Célébrant entonne l'***Antienne à Magnificat**, *que le Chœur continue.*

8. G

V Espere autem sábba-ti, quæ lucéscit in prima sábba-ti : venit Ma-rí- a Magda-lé-ne, et álterą Ma-rí- a, vidé-re sepúlcrum, alle-lú-ia. E u o u a e.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

SPIRITUM nobis Dómine tuæ caritátis infúnde : ut quos sacraméntis paschálibus satiásti, tua fácias pietáte concórdes. Per Dóminum.

*Puis il dit :* ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

I-te missa est, alle-lú-ia, alle- lú- ia.
De- o grá- ti- as, alle-lú-ia, alle- lú- ia.

## A COMPLIES

℣. Jube domne benedícere. — *Leçon brève.* Fratres : Sóbrii estóte. — ℣. Adjutórium nostrum. — Pater noster. — Confíteor. — ℣. Convérte nos. — ℣. Deus in adjutórium *avec* Allelúia.

*Les Psaumes ordinaires,* 73.

*Après les Psaumes, on entonne immédiatement l'Ant.* Véspere autem sábbati. *ci-dessus ; puis on chante le Cant.* Nunc dimíttis. 78, *avec l'intonation festivale à tous les versets.*

*Après la répétition de l'Antienne, on dit l'Oraison* Vísita quæsumus. *et le reste,* 79; *enfin l'Antienne* Regína cæli. 81.



# LE SAINT JOUR DE PAQUES

## A LA MESSE

Intr. 4.

R Esur-réxi, et adhuc tecum sum, al- le- lú- ia : po- su- í- sti su- per me ma- num tu- am, al- le- lú- ia : mi-rá- bi-lis fa- cta est sci- én- ti- a tu- a, alle- lú- ia, al- le- lú- ia. *Ps.* Dómine, probásti me, et cognovísti me : tu cognovísti sessiónem me- am, et resurrecti- ó-nem me- am. Gló- ri- a Patri. E u o u a e. *ou* E u o u a e.

**Collecte.**

DEUS, qui hodiérna die per Unigénitum tuum, æternitátis nobis áditum devícta morte reserásti : vota nostra, quæ præveniéndo aspíras, étiam adjuvándo proséquere. Per eúmdem.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *1. Cor. 5.*

FRATRES : Expurgáte vetus ferméntum, ut sitis nova conspérsio, sicut estis ázymi. Etenim Pascha nostrum immolátus est Christus. Itaque epulémur : non in ferménto véteri, neque in ferménto malítiæ, et nequítiæ ; sed in ázymis sinceritátis, et veritátis.

Grad. 2.






Seq. 1. 2.




✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum.** *Marc. 16.*

IN illo témpore : María Magdaléne, et María Jacóbi, et Salóme emérunt arómata, ut veniéntes úngerent Jesum. Et valde mane una sabbatórum, véniunt ad monuméntum, orto jam sole. Et dicébant ad ínvicem : Quis revólvet nobis lápidem ab óstio monuménti? Et respiciéntes vidérunt revolútum lápidem. Erat quippe magnus valde. Et introeúntes in monuméntum

vidérunt júvenem sedéntem in dextris, coopértum stola cándida, et obstupuérunt. Qui dicit illis : Nolíte expavéscere : Jesum quæritis Nazarénum, crucifíxum : surréxit, non est hic, ecce locus ubi posuérunt eum. Sed ite, dícite discípulis ejus, et Petro, quia præcédit vos in Galilæam : ibi eum vidébitis, sicut dixit vobis. Credo.




**Secrète.**

SUSCIPE, quæsumus Dómine, preces pópuli tui cum oblatiónibus hostiárum : ut paschálibus initiáta mystériis, ad ætérnitátis nobis medélam, te operánte, proficiant. Per Dóminum.




**Postcommunion.**

SPIRITUM nobis, Dómine, tuæ caritátis infúnde : ut, quos sacraméntis Paschálibus satiásti, tua fácias pietáte concórdes, Per Dóminum.



## A VÊPRES

*Psaumes du Dimanche,* 63.






*On dit ni Capitule, ni Hymne, ni ℣., mais seulement :*

Ant. 2.




A Magnificat Ant. 8. á




℣.




## A COMPLIES

*Après le ℣.* Jube domne. *et les Ps. ordinaires,* t. 8. G, *on chante :*

8.




*Ensuite le Cantique de Siméon.* Nunc dimíttis. t. 8. G.
*Enfin l'Ant.* Hæc dies. *ci-dessus, et l'Oraison.* Vísita quæsumus.



# LE LUNDI DE PAQUES

## A LA MESSE

Intr. 8.




**Collecte.**

DEUS, qui solemnitáte pascháli, mundo remédia contulísti : pópulum tuum, quæsumus, cælésti dono proséquere ; ut et perféctam libertátem cónsequi mereátur, et ad vitam proficiat sempitérnam. Per Dóminum.

**Lectio Actuum Apostolorum.** *Act. 10. f.*

IN diébus illis : Stans Petrus in médio plebis, dixit : Viri fratres, vos scitis quod factum est verbum per univérsam Judæam : incípiens enim a Galiláea, post baptísmum quod prædicávit Joánnes, Jesum a Názareth : quómodo unxit eum Deus Spíritu Sancto, et virtúte, qui pertránsiit benefaciéndo, et sanándo omnes oppréssos a diábolo, quóniam Deus erat cum illo. Et nos testes sumus ómnium quæ fecit in regióne Judæórum, et Jerúsalem, quem occidérunt suspendéntes in ligno. Hunc Deus suscitávit tértia die, et dedit eum maniféstum fieri, non

omni pópulo, sed téstibus præordinátis a Deo : nobis, qui manducávimus, et bíbimus cum illo, postquam resurréxit a mórtuis. Et præcépit nobis prædicáre pópulo, et testificári, quia ipse est, qui constitútus est a Deo judex vivórum et mortuórum. Huic omnes Prophétæ testimónium pérhibent, remissiónem peccatórum accípere per nomen ejus omnes qui credunt in eum.




*Séquence.* Victimæ Paschali. 407.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 24. b.*

In illo témpore : Duo ex discípulis Jesu ibant ipsa die in castéllum, quod erat in spátio stadiórum sexagínta ab Jerúsalem, nómine Emmaus. Et ipsi loquebántur ad ínvicem de his ómnibus, quæ accíderant. Et factum est, dum fabularéntur, et secum quærerent : et ipse Jesus appropínquans ibat cum illis : óculi autem illórum tenebántur, ne eum agnóscerent. Et ait ad illos : Qui sunt hi sermónes, quos confértis ad ínvicem ambulántes, et estis tristes? Et respóndens unus, cui nomen Cléophas, dixit ei : Tu solus peregrínus es in Jerúsalem, et non cognovísti quæ facta sunt in illa his diébus? Quibus ille dixit : Quæ? Et dixérunt : De Jesu Nazaréno, qui fuit vir prophéta potens in ópere et sermóne, coram Deo, et omni pópulo : et quómodo eum tradidérunt summi sacerdótes, et príncipes nostri in damnatiónem mortis, et crucifixérunt eum. Nos autem sperabámus, quia ipse esset redemptúrus Israel; et nunc super hæc ómnia, tértia dies est hódie, quod hæc facta sunt. Sed et mulíeres quædam ex nostris terruérunt nos, quæ ante lucem fuérunt ad monuméntum, et non invénto córpore ejus, venérunt, dicéntes se étiam visiónem Angelórum vidísse, qui dicunt eum vívere. Et abiérunt quidam ex nostris ad monuméntum : et ita invenérunt sicut mulíeres dixérunt, ipsum vero non invenérunt. Et ipse dixit ad eos : O stulti, et tardi corde ad credéndum in ómnibus, quæ locúti sunt prophétæ! Nonne hæc opórtuit pati Christum, et ita intráre in glóriam suam? Et incípiens a Móyse, et ómnibus prophétis, interpretabátur illis in ómnibus scriptúris, quæ de ipso erant. Et appropinquavérunt castéllo, quo ibant : et ipse se finxit lóngius ire. Et coegérunt illum, dicéntes : Mane nobíscum, quóniam advespéráscit, et inclináta est jam dies. Et intrávit cum illis. Et factum est, dum recúmberet cum eis, accépit panem, et benedíxit, ac fregit, et porrigébat illis. Et apérti sunt óculi eórum, et cognovérunt eum; et ipse evánuit ex óculis eórum. Et dixérunt ad ínvicem : Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loquerétur in via, et aperíret nobis Scriptúras? Et surgéntes eádem hora regréssi sunt in Jerúsalem; et invenérunt congregátos úndecim, et eos, qui cum illis erant, dicéntes : Quod surréxit Dóminus vere, et appáruit Simóni. Et ipsi narrábant quæ gesta erant in via : et quómodo cognovérunt eum in fractióne panis.

Credo.






*Secrète.* Súscipe, quæsumus. 408.

Comm. 6.




*Postcommunion.* Spíritum nobis. 408.

### A VÊPRES

*Tout comme au jour de Pâques, excepté*

A Magnificat Ant. 8. G




## LE MARDI DE PAQUES

### A LA MESSE

Intr. 7.









**Collecte.**

DEUS, qui Ecclésiam tuam novo semper fœtu multíplicas : concéde fámulis tuis ; ut sacraméntum vivéndo téneant, quod fide percepérunt. Per Dóminum.

**Lectio Actuum Apostolorum.** *Act. 13. d.*

IN diébus illis : Surgens Paulus, et manu siléntium indícens, ait : Viri fratres, fílii géneris Abraham, et qui in vobis timent Deum, vobis verbum salútis hujus missum est. Qui enim habitábant Jerúsalem, et príncipes ejus, ignorántes Jesum et voces Prophetárum, quæ per omne sábbatum legúntur, judicántes implevérunt : et nullam causam mortis inveniéntes in eo, petiérunt a Piláto, ut interfícerent eum. Cumque consummássent ómnia quæ de eo scripta erant, deponéntes eum de ligno, posuérunt eum in monuménto. Deus vero suscitávit eum a mórtuis tértia die : qui visus est per dies multos his, qui simul ascénderant cum eo de Galiléa in Jerúsalem : qui usque nunc sunt testes ejus ad plebem. Et nos vobis annuntiámus eam, quæ ad patres nostros repromíssio facta est : quóniam hanc Deus adimplévit fíliis nostris, resúscitans Jesum Christum Dóminum nostrum.

Grad. 2.






*Séquence.* Victimæ Paschali. 407.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 24. e.*

In illo témpore : Stetit Jesus in médio discipulórum suórum, et dicit eis : Pax vobis : ego sum, nolíte timére. Conturbáti vero, et contérriti, existimábant se spíritum vidére. Et dixit eis : Quid turbáti estis, et cogitatiónes ascéndunt in corda vestra? Vidéte manus meas, et pedes, quia ego ipse sum : palpáte, et vidéte : quia spíritus carnem, et ossa non habet,



sicut me vidétis habére. Et cum hoc dixísset, osténdit eis manus, et pedes. Adhuc autem illis non credéntibus, et miránti-bus præ gáudio, dixit : Habétis hic áliquid, quod manducétur? At illi obtulérunt ei partem piscis assi, et favum mellis. Et cum manducásset coram eis, sumens relíquias, dedit eis. Et dixit ad eos : Hæc sunt verba, quæ locútus sum ad vos, cum adhuc essem vobíscum, quóniam necésse est impléri ómnia quæ scripta sunt in lege Móysi, et Prophétis, et Psalmis de me. Tunc apéruit illis sensum, ut intellígerent Scriptúras. Et dixit eis : Quóniam sic scriptum est, et sic oportébat Christum pati, et resúrgere a mórtuis tértia die : et prædicári in nómine ejus pæniténtiam, et remissiónem peccatórum in omnes gentes.

Credo.




**Secrète.**

Suscipe, Dómine, fidélium preces cum oblatiónibus hostiárum : ut per hæc piæ devotiónis offícia, ad cæléstem glóriam transeámus. Per Dóminum.






**Postcommunion.**

CONCEDE, quæsumus omnípotens Deus, ut paschális percéptio sacraménti, contínua in nostris méntibus persevéret. Per Dóminum nostrum.

A VÊPRES

*Tout comme au jour de Pâques, excepté*




## LE DIMANCHE DE QUASIMODO.

A LA MESSE






**Collecte.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut qui paschália festa perégimus ; hæc, te largiénte, móribus et vita teneámus. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Epistolæ beati Joannis Apostoli.** *1. Joañ. 5.*

CARISSIMI : Omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum : et hæc est victória, quæ vincit mundum, fides nostra. Quis est, qui vincit mundum, nisi qui credit, quóniam Jesus est Fílius Dei ? Hic est qui venit per aquam, et sánguinem, Jesus Christus : non in aqua solum, sed in aqua et sánguine. Et Spíritus est, qui testificátur, quóniam Christus est véritas. Quóniam tres sunt, qui testimónium dant in cælo : Pater, Verbum, et Spíritus Sanctus : et hi tres unum sunt. Et tres sunt, qui testimónium dant in terra : Spíritus, et aqua, et sanguis : et hi tres unum sunt. Si testimónium hóminum accípimus, testimónium Dei majus est : quóniam hoc est testimónium Dei quod majus est : quóniam testificátus est de Fílio suo. Qui credit in Fílium Dei, habet testimónium Dei in se.




✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 20. e.*

In illo témpore : Cum sero esset die illo, una sabbatórum, et fores essent clausæ, ubi erant discípuli congregáti propter metum Judæórum : venit Jesus, et stetit in médio, et dixit eis : Pax vobis. Et cum hoc dixísset, osténdit eis manus, et latus. Gavísi sunt ergo discípuli, viso Dómino. Dixit ergo eis íterum : Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Hæc cum dixísset, insufflávit : et dixit eis : Accípite Spíritum Sanctum : quorum remiséritis peccáta, remittúntur eis : et quorum retinuéritis, reténta sunt. Thomas autem unus ex duódecim, qui dícitur Dídymus, non erat cum eis, quando venit Jesus. Dixérunt ergo ei álii discípuli : Vídimus Dóminum. Ille autem dixit eis : Nisi vídero in mánibus ejus fixúram clavórum, et mittam dígitum meum in locum clavórum, et mittam manum meam in latus ejus, non credam. Et post dies octo, íterum erant discípuli ejus intus, et Thomas cum eis. Venit Jesus jánuis clausis, et stetit in médio, et dixit : Pax vobis. Deínde dicit Thomæ : Infer dígitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum : et noli esse incrédulus, sed fidélis. Respóndit Thomas, et dixit ei : Dóminus meus, et Deus meus. Dixit ei Jesus : Quia vidísti me, Thoma, credidísti : beáti, qui non vidérunt, et credidérunt. Multa quidem etália signa fecit Jesus in conspéctu discipulórum suórum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, ut credátis, quia Jesus est Christus Fílius Dei : et ut credéntes, vitam habeátis in nómine ejus. Credo.

*Offertoire.* Angelus Dómini. 413.

**Secrète.**

Suscipe múnera, Dómine, quæsumus, exsultántis Ecclésiæ : et cui causam tanti gáudii præstitísti, perpétuæ fructum concéde lætítiæ. Per Dóminum nostrum.

Comm. 6.









**Postcommunion.**

Quæsumus Dómine Deus noster : ut sacrosáncta mystéria, quæ pro reparatiónis nostræ munímine contulísti ; et præsens nobis remédium esse fácias, et futúrum. Per Dóminum.

## A VÈPRES

Ant. 7. ç




*Ps. du Dimanche,* 63, *qui se chantent sous cette seule Antienne, que l'on double aujourd'hui.*

**Capitule.** *1. Joañ. 5.*

Carissimi : Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum : et hæc est victória quæ vincit mundum, fides nostra.

Hymn. 8.






Amen.

*Cette doxologie se dit à la fin de toutes les Hymnes du même mètre jusqu'à l'Ascension, excepté à l'Office de la sainte Vierge, et aux Vêpres de la sainte Croix.*

℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.
℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.






## Le II. Dimanche après Pâques.

### A LA MESSE




**Collecte.**

DEUS, qui in Fílii tui humilitáte, jacéntem mundum erexísti : fidélibus tuis perpétuam concéde lætítiam ; ut quos perpétuæ mortis eripuísti cásibus, gáudiis fácias pérfrui sempitérnis. Per eúmdem Dóminum.

2. de la sainte Vierge. Collecte.

CONCEDE nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére : et gloriósa beátæ

Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia.

3. *pour l'Église ou pour le Pape,* 92.

**Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.** *1. Petr. 2. d.*

CARISSIMI : Christus passus est pro nobis, vobis relínquens exémplum, ut sequámini vestígia ejus. Qui peccátum non fecit, nec invéntus est dolus in ore ejus : qui cum maledicerétur, non maledicébat : cum paterétur, non comminabátur : tradébat autem judicánti se injúste : qui peccáta nostra ipse pértulit in córpore suo super lignum : ut peccátis mórtui, justítiæ vivámus : cujus livóre sanáti estis. Erátis enim sicut oves errántes, sed convérsi estis nunc ad pastórem et epíscopum animárum vestrárum.









℣. **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 10.b.*

IN illo témpore : Dixit Jesus pharisæis : Ego sum pastor bonus. Bonus pastor ánimam suam dat pro óvibus suis. Mercenárius autem, et qui non est pastor, cujus non sunt oves própriæ, videt lupum veniéntem, et dimíttit oves, et fugit : et lupus rapit, et dispérgit oves : mercenárius autem fugit, quia mercenárius est, et non pértinet ad eum de óvibus. Ego sum pastor bonus : et cognósco meas, et cognóscunt me meæ. Sicut novit me Pater, et ego agnósco Patrem : et ánimam meam pono pro óvibus meis. Et álias oves hábeo, quæ non sunt ex hoc ovíli : et illas opórtet me addúcere, et vocem meam áudient, et fiet unum ovíle, et unus pastor. Credo.




**Secrète.**

BENEDICTIONEM nobis, Dómine, cónferat salutárem sacra semper oblátio : ut quod agit mystério, virtúte perfíciat. Per Dóminum nostrum.

2. de la sainte Vierge. Secrète.

TUA, Dómine, propitiatióne, et beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, ad perpétuam atque præséntem hæc oblátio nobis proficiat prosperitátem et pacem.

3. *pour l'Église ou pour le Pape,* 94.



**Postcommunion.**

PRÆSTA nobis, quæsumus omnípotens Deus : ut vivificatiónis tuæ grátiam consequéntes, in tuo semper múnere gloriémur. Per Dóminum nostrum.

2. de la sainte Vierge. Postcommunion.

SUMPTIS, Dómine, salútis nostræ subsídiis : da, quæsumus, beátæ Maríæ semper Vírginis patrocíniis nos ubíque prótegi ; in cujus veneratióne hæc tuæ obtúlimus majestáti.

3. *pour l'Église ou pour le Pape*, 95.

A VÊPRES

*Ant.* Allelúia. *Ps.* Dixit Dñus. *Ps. du Dimanche*, 62.

**Capitule.** *1. Petr. 2. d.*

CARISSIMI : Christus passus est pro nobis, vobis relínquens exémplum, ut sequámini vestígia ejus. Qui peccátum non fecit, nec invéntus est dolus in ore ejus.

*Hymne.* Ad régias Agni dapes. 421. ℣. Manè nobíscum. 422.

A Magnificat Ant. 3. á




*Ensuite Mémoire de la Croix*, 68.

III. DIMANCHE APRÈS PAQUES

## FÊTE DU PATRONAGE DE SAINT JOSEPH
### Époux de la B. M. V., Confesseur.

Double de II. Classe.

*Si cette Fête est renvoyée après le Temps Pascal, on omet tous les* Allelúia.

AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche; au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

1. Ant. 1. g











**Capitule.** *Gen. 49. d.*

BENEDICTIONES patris tui confortátæ sunt benedictiónibus patrum ejus : donec veníret desidérium cóllium ætérnórum : fiant in cápite Joseph, et in vértice Nazaræi inter fratres suos.

*Hymne.* Te Joseph célebrent. *comme au 19. Mars.*

℣. Constítuit eum dóminum domus suæ, allelúia.
℟. Et príncipem omnis possessiónis suæ, allelúia.

A Magnificat Ant. 8. a




*Hors le T. P.* * Spí- ri-tu Sancto.

*Mémoire du Dimanche.*

Ant. 6.




℣. Mane nobíscum. 422.



## A LA MESSE

Intr. 7.




**Collecte.**

DEUS, qui ineffábili providéntia beátum Joseph sanctíssimæ Genitrícis tuæ sponsum elígere dignátus es : præsta, quésumus; ut quem protectórem venerámur in terris, intercessórem habére mereámur in cælis : Qui vivis.

**Mémoire du Dimanche. Collecte.**

DEUS, qui errántibus, ut in viam possint redíre justítiæ, veritátis tuæ lumen osténdis : da cunctis, qui christiána professióne censéntur, et illa respúere, quæ huic inimíca sunt nómini; et ea quæ sunt apta, sectári. Per Dóminum.

**Lectio libri Genesis.** *Gen. 49. c.*

FILIUS accréscens, Joseph, fílius accréscens, et decórus aspéctu : fíliæ discurrérunt super murum. Sed exasperavérunt eum, et jurgáti sunt, inviderúntque illi habéntes jácula. Sedit in forti arcus ejus, et dissolúta sunt víncula brachiórum, et mánuum illíus per manus poténtis Jacob : inde pastor egréssus est, lapis Israel. Deus patris tui erit adjútor tuus, et omnípotens benedícet tibi benedictiónibus cæli désuper, benedictió-

nibus abýssi jacéntis deórsum, benedictiónibus úberum et vulvæ. Benedictiónes patris tui confortátæ sunt benedictiónibus patrum ejus, donec veníret desidérium cóllium æternórum: fiant in cápite Joseph, et in vértice Nazaræi inter fratres suos.








*Hors le T. P., Grad.* Dómine prævenísti. *au Commun des Abbés ; ensuite,* Allelúia, allelúia. ℣. Fac nos. *ci-dessus.*

℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 3. d.*

In illo témpore : Factum est autem cum baptizarétur omnis pópulus, et Jesu baptizáto, et oránte, apértum est cælum : et descéndit Spíritus Sanctus corporáli spécie sicut colúmba in ipsum : et vox de cælo facta est : Tu es Fílius meus diléctus, in te complácui mihi. Et ipse Jesus erat incípiens quasi annórum trigínta, ut putabátur fílius Joseph. Credo.




**Secrète.**

Sanctissimæ Genitrícis tuæ sponsi patrocínio suffúlti, rogámus, Dómine, cleméntiam tuam : ut corda nostra fácias terréna cuncta despícere, ac te verum Deum perfécta caritáte dilígere : Qui vivis et regnas.

Mémoire du Dimanche. Secrète.

His nobis, Dómine, mystériis conferátur, quo terréna desidéria mitigántes, discámus amáre cæléstia. Per Dóminum.






**Postcommunion.**

DIVINI múneris fonte refécti, quæsumus, Dómine Deus noster : ut, sicut nos facis beáti Joseph protectióne gaudére ; ita ejus méritis et intercessióne, cæléstis glóriæ fácias esse partícipes. Per Dóminum nostrum.

Mémoire du Dimanche. Postcommunion.

SACRAMENTA quæ súmpsimus, quæsumus Dómine, et spirituálibus nos instáurent aliméntis, et corporálibus tueántur auxíliis. Per Dóminum nostrum.

*A la fin, on lit l'Évangile du Dimanche.*

℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 16.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Módicum, et jam non vidébitis me : et íterum módicum, et vidébitis me : quia vado ad Patrem. Dixérunt ergo ex discípulis ejus ad ínvicem : Quid est hoc, quod dicit nobis : Módicum, et non vidébitis me : et íterum módicum, et vidébitis me, et quia vado ad Patrem ? Dicébant ergo : Quid est hoc quod dicit : Módicum ? nescímus quid lóquitur. Cognóvit autem Jesus, quia volébant eum interrogáre, et dixit eis : De hoc quæritis inter vos, quia dixi : Módicum, et non vidébitis me : et íterum módicum, et vidébitis me. Amen, amen dico vobis : quia plorábitis, et flébitis vos, mundus autem gaudébit : vos autem contristabímini, sed tristítia vestra vertétur in gáudium. Múlier cum parit, tristítiam habet, quia venit hora ejus : cum autem pepérerit púerum, jam non méminit pressúræ propter gáudium, quia natus est homo in mundum. Et vos ígitur nunc quidem tristítiam habétis, íterum autem vidébo vos, et gaudébit cor vestrum : et gáudium vestrum nemo tollet a vobis.

AUX II. VÊPRES

*Tout comme aux I. Vêpres, excepté :*

℣. Sub umbra illíus quem desideráveram sedi, allelúia.
℣. Et fructus ejus dulcis gútturi meo, allelúia.









*Mémoire du Dimanche.*




℣. Manc nobíscum. ℟22.

## Le IV. Dimanche après Pâques.

A LA MESSE





ctum ejus. Gló-ri- a Patri. E u o u a e.

**Collecte.**

DEUS, qui fidélium mentes uníus éfficis voluntátis : da pópulis tuis id amáre quod præcípis, id desideráre quod promíttis; ut inter mundánas varietátes ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gáudia. Per Dóminum.

2. *de la sainte Vierge,* 423. — 3. *pour l'Église ou pour le Pape,* 92.

**Lectio Epistolæ beati Jacobi Apostoli.** *Jac. 1. c.*

CARISSIMI : Omne datum óptimum, et omne donum perféctum desúrsum est, descéndens a Patre lúminum, apud quem non est transmutátio, nec vicissitúdinis obumbrátio. Voluntárie enim génuit nos verbo veritátis, ut simus inítium áliquod creatúræ ejus. Scitis, fratres mei dilectíssimi. Sit autem omnis homo velox ad audiéndum : tardus autem ad loquéndum, et tardus ad iram. Ira enim viri, justítiam Dei non operátur. Propter quod abjiciéntes omnem immundítiam, et abundántiam malítiæ, in mansuetúdine suscípite ínsitum verbum, quod potest salváre ánimas vestras.








mors il- li ultra non do-
mi-ná-bi-tur.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 16.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Vado ad eum qui misit me : et nemo ex vobis intérrogat me : Quo vadis? Sed quia hæc locútus sum vobis, tristítia implévit cor vestrum. Sed ego veritátem dico vobis : éxpedit vobis ut ego vadam : si enim non abíero, Paráclitus non véniet ad vos : si autem abíero, mittam eum ad vos. Et cum vénerit ille, árguet mundum de peccáto, et de justítia, et de judício. De peccáto quidem, quia non credidérunt in me : de justítia vero, quia ad Patrem vado, et jam non vidébitis me : de judício autem, quia princeps hujus mundi jam judicátus est. Adhuc multa hábeo vobis dícere : sed non potéstis portáre modo. Cum autem vénerit ille Spíritus veritátis, docébit vos omnem veritátem. Non enim loquétur a semetípso : sed quæcúmque áudiet, loquétur, et quæ ventúra sunt, annuntiábit vobis. Ille me clarificábit : quia de meo accípiet, et annuntiábit vobis. Credo.






**Secrète.**

DEUS, qui nos per hujus sacrifícii veneránda commércia, uníus summæ divinitátis partícipes effecísti : præsta, quæsumus; ut, sicut tuam cognóscimus veritátem, sic eam dignis móribus assequámur. Per Dóminum nostrum.

2. *de la sainte Vierge,* 425. — 3. *pour l'Église ou pour le Pape,* 94.




**Postcommunion.**

ADESTO nobis, Dómine Deus noster : ut per hæc, quæ fidéliter súmpsimus, et purgémur a vítiis, et a perículis ómnibus eruámur. Per Dóminum nostrum.

2. *de la sainte Vierge,* 426. — 3. *pour l'Église ou pour le Pape,* 95.

A VÊPRES

*Ant.* Allelúia. *Psaumes du Dimanche,* 63.

**Capitule.** *Jac. 1. c.*

CARISSIMI : Omne datum óptimum, et omne donum perféctum desúrsum est, descéndens a Patre lúminum, apud quem non est transmutátio, nec vicissitúdinis obumbrátio.

*Hymne.* Ad régias Agni dapes. 421. ℣. Mane nobíscum. 422.









*Mémoire de la Croix,* 68.

# Le V. Dimanche après Pâques.

A LA MESSE




**Collecte.**

DEUS, a quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis : ut cogitémus, te inspiránte, quæ recta sunt; et te gubernánte, éadem faciámus. Per Dóminum nostrum.

2. *de la sainte Vierge,* 423. — 3. *pour l'Église ou pour le Pape,* 92.

**Lectio Epistolæ beati Jacobi Apostoli.** *Jac. 1. d.*

CARISSIMI : Estóte factóres verbi, et non auditóres tantum: falléntes vosmetípsos. Quia si quis auditor est verbi, et

non factor : hic comparábitur viro consideránti vultum natívitátis suæ in spéculo : considerávit enim se, et ábiit, et statim oblítus est qualis fúerit. Qui autem perspéxerit in legem perféctam libertátis, et permánserit in ea, non auditor obliviósus factus, sed factor óperis : hic beátus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiósum esse, non refrænans linguam suam, sed sedúcens cor suum, hujus vana est relígio. Relígio munda, et immaculáta apud Deum et Patrem, hæc est : Visitáre pupíllos, et víduas in tribulatióne eórum, et immaculátum se custodíre ab hoc sæculo.









✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 16. c.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Amen, amen dico vobis : si quid petiéritis Patrem in nómine meo, dabit vobis. Usque modo non petístis quidquam in nómine meo : Pétite, et accipiétis, ut gaúdium vestrum sit plenum. Hæc in provérbiis locútus sum vobis. Venit hora, cum jam non in provérbiis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiábo vobis. In illo die in nómine meo petétis : et non dico vobis, quia ego rogábo Patrem de vobis : ipse enim Pater amat vos, quia vos me amástis, et credidístis, quia ego a Deo exívi. Exívi a Patre, et veni in mundum : íterum relínquo mundum, et vado ad Patrem. Dicunt ei discípuli ejus : Ecce nunc palam lóqueris, et provérbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis ómnia, et non opus est tibi, ut quis te intérroget : in hoc crédimus quia a Deo exísti. Credo.



**Secrète.**

SUSCIPE, Dómine, fidélium preces cum oblatiónibus hostiárum : ut per hæc piæ devotiónis offícia, ad cæléstem glóriam transeámus. Per Dóminum nostrum.

2. *de la sainte Vierge,* 425. — 3. *pour l'Église ou pour le Pape,* 94.




**Postcommunion.**

TRIBUE nobis, Dómine, cæléstis mensæ virtúte satiátis : et desideráre quæ recta sunt, et desiderata percípere. Per Dóminum nostrum.

2. *de la sainte Vierge,* 426. — 3. *pour l'Église ou pour le Pape,* 95.

## A VÊPRES

*Ant.* Allelúia. *Psaumes du Dimanche,* 63.

**Capitule.** *Jac. 1. d.*

CARISSIMI : Estóte factóres verbi, et non auditóres tantum, falléntes vosmetípsos. Quia si quis audítor est verbi, et non factor : hic comparábitur viro consideránti vultum natívitátis suæ in spéculo : considerávit enim se, et ábiit, et statim oblítus est qualis fúerit.

*Hymne.* Ad régias Agni dapes. 421. ℣. Mane nobíscum. 422.








amá-stis, et credidístis, alle-lú-ia. E u o u a e.

*Mémoire de la Croix,* 68.

# LUNDI, MARDI ET MERCREDI DES ROGATIONS

## A LA PROCESSION

*Avant la Procession, le Chœur chante debout :*




*On répète* Exsúrge Dómine.

*Quand on commence les Litanies, tous se mettent à genoux.*




Pa-ter de cæ- lis De- us, mi-seré-re nobis.
Fili Redémptor mundi De- us, mi-seré-re nobis.
Spí-ri-tus Sancte De- us, mi-seré-re nobis.
Sancta Trínitas unus De- us, mi-seré-re nobis.



Sancta Ma- rí- a, ora pro nobis.

*Tous se lèvent et la Procession se met en marche.*

Sancta De-i Gé-nitrix, ora pro nobis.
Sancta Virgo vírginum, ora pro nobis.



Sancte Mícha- el, ora pro nobis.
Sancte Gábri- el, ora pro nobis.
Sancte Rápha- el, ora pro nobis.



Omnes sancti Ange-li et Archánge-li, orá-te pro nobis.
Omnes sancti beatórum Spirítuum ór-dines, orá-te pro nobis.



Sancte Jo- ánnes Baptísta, ora pro nobis.



Sancte Joseph, ora pro nobis.



Omnes sancti Patri- árchæ et Prophé-tæ, orá-te pro nobis.



Sancte Petre, ora pro nobis.

Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Joánnes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Philíppe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thaddæe, ora.
Sancte Mathía, ora.
Sancte Bárnaba, ora.

Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes sancti Apóstoli et Evangelístæ, oráte.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.
Omnes sancti Innocéntes, oráte.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Laurénti, ora.
Sancte Vincénti, ora.
Sancti Fabiáne et Sebastiáne, oráte.



Sancti Joánnes et Paule, oráte.
Sancti Cosma et Damiáne, oráte.
Sancti Gervási et Protási, oráte.
Omnes sancti Mártyres, oráte.
Sancte Silvéster, ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Ambrósi, ora.
Sancte Augustíne, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Nicoláe, ora.
Omnes sancti Pontífices et Confessóres, oráte.
Omnes sancti Doctóres, oráte.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedícte, ora.

Sancte Bernárde, ora.
Sancte Domínice, ora.
Sancte Francísce, ora.
Omnes sancti Sacerdótes et Levítæ, oráte.
Omnes sancti Mónachi et Eremítæ, oráte.
Sancta María Magdaléna, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcília, ora.
Sancta Catharína, ora.
Sancta Anastásia, ora.
Omnes sanctæ Vírgines et Víduæ, oráte.
Omnes Sancti et Sanctæ Dei, intercédite pro nobis.



Propí- ti- us esto, parce no-bis Dómine.
Propí- ti- us esto, exáu-di nos Dómine.
Ab omni ma-lo, lí-be- ra nos Dómine.

Ab omni peccáto, líbera nos Dómine.
Ab ira tua, líbera nos Dómine.
A subitánea et improvísa morte, líbera nos Dómine.
Ab insídiis diáboli, líbera nos Dómine.
Ab ira, et ódio, et omni mala voluntáte, líbera nos Dómine.
A spíritu fornicatiónis, líbera nos Dómine.
A fúlgure et tempestáte, líbera nos Dómine.
A flagéllo terræmótus, líbera nos Dómine.
A peste, fame, et bello, líbera nos Dómine.
A morte perpétua, líbera nos Dómine.
Per mystérium sanctæ incarnatiónis tuæ, líbera nos Dómine.
Per advéntum tuum, líbera nos Dómine.
Per natívitátem tuam, líbera nos Dómine.
Per baptísmum et sanctum jejúnium tuum, líbera nos Dómine.
Per crucem et passiónem tuam, líbera nos Dómine.
Per mortem et sepultúram tuam, líbera nos Dómine.
Per sanctam resurrectiónem tuam, líbera nos Dómine.
Per admirábilem ascensiónem tuam, líbera nos Dómine.
Per advéntum Spíritus Sancti Paráclíti, líbera nos Dómine.
In die judícii, líbera nos Dómine.



Pecca-tóres, te rogámus audi nos.
Ut nobis parcas, te rogámus audi nos.

Ut nobis indúlgeas, te rogámus audi nos.
Ut ad veram pæniténtiam nos perdúcere dignéris, te rogámus.
Ut Ecclésiam tuam sanctam régere et conserváre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut Domnum Apostólicum et omnes ecclesiásticos órdines in sancta religióne conserváre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ humiliáre dignéris, te rogámus.
Ut régibus et princípibus christiánis pacem et veram concórdiam donáre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut cuncto pópulo christiáno pacem et unitátem largíri dignéris, te rogámus audi nos.
Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio confortáre et conserváre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut mentes nostras ad cæléstia desidéria érigas, te rogámus.
Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna bona retríbuas, te rogámus audi nos.
Ut ánimas nostras, fratrum, propinquórum et benefactórum nostrórum ab ætérna damnatióne erípias, te rogámus.
Ut fructus terræ dare et conserváre dignéris, te rogámus.
Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donáre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut nos exaudíre dignéris, te rogámus audi nos.
Fili Dei, te rogámus audi nos.



Agnus De- i, qui tollis peccáta mundi, parce nobis Dómi-



ne. Agnus De- i, qui tollis peccá-ta mundi, exáudi nos



Dómine. Agnus De- i, qui tollis peccá-ta mundi, mi-se-ré-



re nobis. Christe audi nos. Christe exáudi nos. Ký-ri- e



e-lé- i-son. Christe e-lé- i-son. Kýri- e e-lé- i-son.



Pa-ter noster. *tout bas.* ℣. Et ne nos indúcas in tenta-ti- ónem. ℟. Sed líbera nos a ma-lo.



Ps. 69.



D E-us in adjutó-ri- um me- um inténde : * Dómine ad



adjuvándum me festína.

Confundántur et revereántur, * qui quærunt ánimam meam.

Avertántur retrórsum, et erubéscant, * qui volunt mihi mala.

Avertántur statim erubescéntes, * qui dicunt mihi : Euge, euge.

Exsúltent et lætántur in te omnes qui quærunt te : * et dicant semper : Magnificétur Dóminus : qui díligunt salutáre tuum.

Ego vero egénus et pauper sum : * Deus ádjuva me.

Adjútor meus et liberátor meus es tu : * Dómine ne moréris.

Glória Patri.

℣. Salvos fac servos tuos. ℟. Deus meus sperántes in te.
℣. Esto nobis Dómine turris fortitúdinis. ℟. A fácie inimíci.
℣. Nihil proficiat inimícus in nobis.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére nobis.
℣. Dómine non secúndum peccáta nostra fácias nobis.
℟. Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.
℣. Orémus pro Pontífice nostro *N.* ℟. Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, et beátum fáciat eum in terra, et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.
℣. Orémus pro benefactóribus nostris.
℟. Retribúere dignáre Dómine ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum vitam ætérnam. Amen.
℣. Orémus pro fidélibus defúnctis. ℟. Réquiem ætérnam dona eis Dómine, et lux perpétua lúceat eis.
℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.
℣. Pro frátribus nostris abséntibus.
℟. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperántes in te.
℣. Mitte eis Dómine auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére eos.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oraison.*

DEUS, cui próprium est miseréri semper et párcere : súscipe deprecatiónem nostram ; ut nos, et omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constríngit, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat.

EXAUDI, quæsumus Dómine, súpplicum preces : et confiténtium tibi parce peccátis ; ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benígnus et pacem.

INEFFABILEM nobis Dómine misericórdiam tuam cleménter osténde : ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas ; et a pœnis, quas pro his merémur, erípias.

DEUS, qui culpa offénderis, pæniténtia placáris : preces pópuli tui supplicántis propítius réspice ; et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, miserére fámulo tuo Pontífici nostro *N.* : et dírige eum secúndum tuam cleméntiam in viam salútis ætérnæ ; ut, te donánte, tibi plácita cúpiat, et tota virtúte perfíciat.

DEUS, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera : da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem ; ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla.

URE igne Sancti Spíritus renes nostros et cor nostrum Dómine : ut tibi casto córpore serviámus ; et mundo corde placeámus.

FIDELIUM Deus ómnium cónditor et redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum : ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatiónibus consequántur.

ACTIONES nostras, quæsumus Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere : ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul et mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide et ópere futúros esse prænóscis : te súpplices exorámus ; ut pro quibus effúndere preces decrévimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore suscépit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntia ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Exáudiat nos omnípotens et miséricors Dóminus. ℟. Amen.

℟. Et fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

## A LA MESSE

Intr. 4.









E u o u a e. *ou* E u o u a e.

*On ne dit ni* Glória in excélsis. *ni* Credo.

### Collecte.

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut qui in afflictióne nostra de tua pietáte confídimus, contra advérsa ómnia, tua semper protectióne muniámur. Per Dóminum nostrum.

2. *de la Sainte Vierge,* 423. — 3. *pour l'Église ou pour le Pape,* 92.

### Lectio Epistolæ beati Jacobi Apostoli. *Jac. 5. d.*

CARISSIMI : Confitémini altérutrum peccáta vestra, et oráte pro ínvicem, ut salvémini : multum enim valet deprecátio justi assídua. Elías homo erat símilis nobis passíbilis : et oratióne orávit ut non plúeret super terram, et non pluit annos tres, et menses sex. Et rursum orávit : et cælum dedit plúviam, et terra dedit fructum suum. Fratres mei, si quis ex vobis erráverit a veritáte, et convérterit quis eum : scire debet, quóniam qui convérti fécerit peccatórem ab erróre viæ suæ, salvábit ánimam ejus a morte, et opériet multitúdinem peccatórum.

8.






*On ne répète pas* Allelúia.

℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 11.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Quis vestrum habébit amícum, et ibit ad illum média nocte, et dicet illi : Amíce, cómmoda mihi tres panes, quóniam amícus meus venit de via ad me, et non hábeo quod ponam ante illum : et ille deíntus respóndens, dicat : Noli mihi moléstus esse, jam óstium clausum est, et púeri mei mecum sunt in cubíli, non possum súrgere, et dare tibi. Et si ille perseveráverit pulsans : dico vobis, et si non dabit illi surgens, eo quod amícus ejus sit, propter improbitátem tamen ejus surget, et dabit illi quotquot habet necessários. Et ego dico vobis : Pétite, et dábitur vobis : quærite, et inveniétis : pulsáte, et aperiétur vobis. Omnis enim qui petit, áccipit : et qui quærit, ínvenit : et pulsánti aperiétur. Quis autem ex vobis patrem petit panem, numquid lápidem dabit illi ? Aut piscem : numquid pro pisce serpéntem dabit illi ? Aut si petíerit ovum : numquid pórriget illi scorpiónem ? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare fíliis vestris : quanto magis Pater vester de cælo dabit spíritum bonum peténtibus se ?

Offert. 6.






**Secrète.**

Hæc múnera, quæsumus Dómine, et víncula nostræ pravitátis absólvant, et tuæ nobis misericórdiæ dona concílient. Per Dóminum nostrum.

2. *de la sainte Vierge,* 425. — 3. *pour l'Église ou pour le Pape,* 94.

*Préface du Temps Pascal,* 11.

Comm. 1.




**Postcommunion.**

Vota nostra, quæsumus Dómine, pio favóre proséquere : ut dum dona tua in tribulatióne percípimus, de consolatióne nostra in tuo amóre crescámus. Per Dóminum nostrum.

2. *de la sainte Vierge,* 426. — 3. *pour l'Église ou pour le Pape,* 95.

# L'ASCENSION DE NOTRE-SEIGNEUR

## AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche ; au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

1. Ant. 7. a






**Capitule.** *Act. 1.*

PRIMUM quidem sermónem feci de ómnibus, o Theóphile, quæ cœpit Jesus fácere et docére, usque in diem, qua præcípiens Apóstolis per Spíritum Sanctum, quos elégit, assúmptus est.









℣. Ascéndit Deus in jubilatióne, allelúia.
℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia.




¶ **A Complies,** *l'Hymne se chante sur le ton de celle des Vêpres, avec la doxologie suivante :*

Jesu, tibi sit glória,
Qui victor in cælum redis,
Cum Patre, et almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

## A LA MESSE

Intr. 7.




**Collecte.**

CONCEDE, quæsumus omnípotens Deus : ut, qui hodiérna die Unigénitum tuum Redemptórem nostrum ad cælos ascendísse crédimus ; ipsi quoque mente in cæléstibus habitémus. Per eúmdem Dóminum.



**Lectio Actuum Apostolorum.** *Act. 1.*

PRIMUM quidem sermónem feci de ómnibus, o Theóphile, quæ cœpit Jesus fácere et docére, usque in diem, qua præcípiens Apóstolis per Spíritum Sanctum, quos elégit, assúmptus est : quibus et præbuit seípsum vivum post passiónem suam in multis arguméntis, per dies quadragínta appárens eis, et loquens de regno Dei. Et convéscens, præcépit eis ab Jerosólymis ne discéderent, sed exspectárent promissiónem Patris, quam audístis (inquit) per os meum ; quia Joánnes quidem baptizávit aqua, vos autem baptizabímini Spíritu Sancto non post multos hos dies. Igitur qui convénerant, interrogábant eum, dicéntes : Dómine, si in témpore hoc restítues regnum Israel ? Dixit autem eis : Non est vestrum nosse témpora vel moménta, quæ Pater pósuit in sua potestáte ; sed accipiétis virtútem superveniéntis Spíritus Sancti in vos, et éritis mihi testes in Jerúsalem, et in omni Judæa, et Samaría, et usque ad últimum terræ. Et cum hæc dixísset, vidéntibus illis, elevátus est, et nubes suscépit eum ab óculis eórum. Cumque intuerétur in cælum eúntem illum, ecce duo viri astitérunt juxta illos in véstibus albis, qui et dixérunt : Viri Galilæi, quid statis aspiciéntes in cælum ? Hic Jesus, qui assúmptus est a vobis in cælum, sic véniet, quemádmodum vidístis eum eúntem in cælum.






✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum.** *Marc. 16. c.*

In illo témpore : Recumbéntibus úndecim discípulis, appáruit illis Jesus : et exprobrávit incredulitátem eórum, et durítiam cordis : quia iis, qui víderant eum resurrexísse, non credidérunt. Et dixit eis : Eúntes in mundum univérsum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. Qui credíderit, et baptizátus fúerit, salvus erit : qui vero non credíderit, condemnábitur. Signa autem eos, qui credíderint, hæc sequéntur : In nómine meo dæmónia ejícient : linguis loquéntur novis : serpéntes tollent : et si mortíferum quid bíberint, non eis nocébit : super ægros manus impónent, et bene habébunt. Et Dóminus quidem Jesus, postquam locútus est eis, assúmptus est in cælum, et sedet a dextris Dei. Illi autem profécti, prædicavérunt ubíque, Dómino cooperánte, et sermónem confirmánte, sequéntibus signis.

Credo.




**Secrète.**

Suscipe Dómine múnera, quæ pro Fílii tui gloriósa Ascensióne deférimus : et concéde propítius ; ut a præséntibus perículis liberémur, et ad vitam perveniámus ætérnam. Per eúmdem.









**Postcommunion.**

Præsta nobis, quæsumus omnípotens et miséricors Deus : ut quæ visibílibus mystériis suménda percépimus, invisíbili consequámur effectu. Per Dóminum nostrum.

AUX II. VÊPRES

*Ant., Ps., Capitule et Hymne comme aux I. Vêpres, 449.*

℣. Dóminus in cælo, allelúia.
℟. Parávit sedem suam, allelúia.




## Le Dimanche dans l'Octave de l'Ascension.






**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, fac nos tibi semper et devótam gérere voluntátem ; et majestáti tuæ sincéro corde servíre. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire de l'Ascension. Collecte.* Concéde. 452.

**Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.** *Petr. 4. b.*

CARISSIMI : Estóte prudéntes, et vigiláte in oratiónibus. Ante ómnia autem, mútuam in vobismetípsis caritátem contínuam habéntes : quia cáritas óperit multitúdinem peccatórum. Hospitáles ínvicem sine murmuratióne : unusquísque, sicut accépit grátiam, in altérutrum illam administrántes, sicut boni dispensatóres multifórmis grátiæ Dei. Si quis lóquitur, quasi sermónes Dei : si quis minístrat, tamquam ex virtúte, quam administrat Deus : ut in ómnibus honorificétur Deus per Jesum Christum Dóminum nostrum.









℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 15.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Cum vénerit Paráclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spíritum veritátis, qui a Patre procédit, ille testimónium perhibébit de me : et vos testimónium perhibébitis, quia ab inítio mecum estis. Hæc locútus sum vobis, ut non scandalizémini. Absque synagógis fácient vos : sed venit hora, ut omnis qui intérficit vos, arbitrétur obséquium se præstáre Deo. Et hæc fácient vobis, quia non novérunt Patrem, neque me. Sed hæc locútus sum vobis, ut, cum vénerit hora eórum, reminiscámini, quia ego dixi vobis. Credo.

*Offertoire.* Ascéndit. 454.

**Secrète.**

SACRIFICIA nos, Dómine, immaculáta purificent : et méntibus nostris supérnæ grátiæ dent vigórem. Per Dóminum.

*Mémoire de l'Ascension. Secrète.* Súscipe Dómine. 454.






**Postcommunion.**

REPLETI, Dómine, munéribus sacris : da, quæsumus ; ut in gratiárum semper actióne maneámus. Per Dóminum.

*Mémoire de l'Ascension. Postcommunion.* Præsta nobis. 455.

## A VÊPRES

*Tout comme au jour de l'Ascension, 449, excepté :*

**Capitule.** *1. Petr. 4. b.*

CARISSIMI : Estóte prudéntes, et vigiláte in oratiónibus. Ante ómnia autem, mútuam in vobismetípsis caritátem contínuam habéntes : quia cáritas óperit multitúdinem peccatórum.

*Hymne.* Salútis humánæ Sator. 450.

℣. Dóminus in cælo, allelúia.
℟. Parávit sedem suam, allelúia.




*Mémoire de l'Ascension. Ant.* O Rex glóriæ. 455.

℣. Ascéndit Deus in jubilatióne, allelúia.
℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia.

*Oraison.* Concéde, quæsumus omnípotens Deus. 452.



# Le Samedi, Vigile de la Pentecôte.

*Avant la Messe solennelle, on lit les Prophéties sans titre, et on dit les Oraisons sans* Flectámus génua.

*Prophétie I.* Tentávit Deus Abraham. 386.

*La Prophétie terminée, le Prêtre dit :*

*Oraison.*

Orémus.

DEUS, qui in Abrahæ fámuli tui ópere, humáno géneri obediéntiæ exémpla præbuísti : concéde nobis, et nostræ voluntátis pravitátem frángere, et tuórum præceptórum rectitúdinem in ómnibus adimplére. Per Dóminum.

*Prophétie II.* Factum est. *Trait.* Cantémus Dómino. 387.

*Oraison.*

Orémus.

DEUS, qui primis tempóribus impléta mirácula novi testaménti luce reserásti, ut et mare Rubrum forma sacri fontis exsísteret, et liberáta plebs ab Ægyptíaca servitúte, Christiáni pópuli sacraménta præférret : da, ut omnes gentes Israélis privilégium mérito fídei consecútæ, Spíritus tui participatióne regenerántur. Per Dóminum.... in unitáte ejúsdem Spíritus.

*Prophétie III.* Scripsit Móyses. *Trait.* Atténde cælum. 393.

*Oraison.*

Orémus.

DEUS glorificátio fidélium, et vita justórum, qui per Móysen fámulum tuum nos quoque modulatióne sacri cárminis erudísti : univérsis géntibus misericórdiæ tuæ munus operáre, tribuéndo beatitúdinem, auferéndo terrórem ; ut quod pronuntiátum est ad supplícium, in remédium transferátur ætérnum. Per Dóminum nostrum.

*Prophétie IV.* Apprehéndent. *Trait.* Vínea facta est. 391.

*Oraison.*

Orémus.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui per únicum Fílium tuum, Ecclésiæ tuæ demonstrásti te esse cultórem, omnem pálmitem, fructum in eódem Christo tuo, qui vera vitis est, afferéntem, cleménter éxcolens, ut fructus áfferat amplióres : fidélibus tuis, quos velut víneam ex Ægýpto per fontem baptísmi transtulísti, nullæ peccatórum spinæ præváleant ; ut Spíritus tui sanctificatióne muníti, perpétua fruge diténtur. Per eúmdem Dóminum... in unitáte ejusdem Spíritus Sancti Deus.

*Prophétie V.* Audi Israel mandáta vitæ. 389.

*Oraison.*

Orémus.

DEUS, qui nobis per Prophetárum ora præcepísti temporália relínquere, atque ad ætérna festináre : da fámulis tuis ; ut, quæ a te jussa cognóvimus, implére cælésti inspiratióne valeámus. Per Dóminum nostrum.

*Prophétie VI.* Facta est super me. 390.

Orémus. *Oraison.*

DOMINE Deus virtútum, qui collápsa réparas, et reparáta conservas : auge pópulos in tui nóminis sanctificatióne renovándos ; ut omnes, qui sacro baptísmate diluúntur, tua semper inspiratióne dirigántur. Per Dóminum.

*On se rend alors processionnellement aux Fonts baptismaux, en chantant le Trait* Sicut cervus. 396.

*Avant d'entrer dans l'enceinte des Fonts, le Célébrant dit :*

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oraison.*

CONCEDE, quæsumus omnípotens Deus : ut, qui solemnitátem doni Sancti Spíritus cólimus, cæléstibus desidériis accénsi, fontem vitæ sitiámus. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

*Ensuite on bénit les Fonts, comme au Samedi saint,* 397 ; *et en revenant au Chœur, on chante les Litanies,* 399.

¶ *Dans les églises où il n'y a pas de Fonts, après la dernière Prophétie et l'Oraison qui suit, tous se mettent à genoux et deux chantres chantent les Litanies qui sont répétées par les 2 Chœurs.*

*A la fin des Litanies, les chantres entonnent* Kýrie eléison. *pour la Messe solennelle. Puis on chante* Glória in excélsis.

**Collecte.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus, ut claritátis tuæ super nos splendor effúlgeat ; et lux tuæ lucis corda eórum, qui per grátiam tuam renáti sunt, Sancti Spíritus illustratióne confírmet. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

**Lectio Actuum Apostolorum.** *Act. 19.*

IN diébus illis : Factum est, cum Apóllo esset Corínthi, ut Paulus peragrátis superióribus pártibus veníret Ephesum, et inveníret quosdam discípulos : dixítque ad eos : Si Spíritum Sanctum accepístis credéntes ? At illi dixérunt ad eum : Sed neque si Spíritus Sanctus est, audívimus. Ille vero ait : In quo ergo baptizáti estis ? Qui dixérunt : In Joánnis baptísmate. Dixit autem Paulus : Joánnes baptizávit baptísmo pæniténtiæ pópulum, dicens : In eum, qui ventúrus esset post ipsum, ut créderent, hoc est, in Jesum. His audítis, baptizáti sunt in nómine Dómini Jesu. Et cum imposuísset illis manus Paulus, venit Spíritus Sanctus super eos, et loquebántur linguis, et prophetábant. Erant autem omnes viri fere duódecim. Introgréssus autem synagógam, cum fidúcia loquebátur per tres menses, dísputans, et suádens de regno Dei.

Allelúia *(qu'on ne répète pas).* ℣. Confitémini. 402.

*Trait.* Laudáte. 403.



✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 14. b.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Si dilígitis me, mandáta mea serváte. Et ego rogábo Patrem, et álium Paráclitum dabit vobis, ut máneat vobíscum in ætérnum, Spíritum veritátis, quem mundus non potest accípere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscétis eum ; quia apud vos manébit, et in vobis erit. Non relínquam vos órphanos : véniam ad vos. Adhuc módicum, et mundus me jam non videt. Vos autem vidétis me, quia ego vivo, et vos vivétis. In illo die vos cognoscétis, quia ego sum in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis. Qui habet mandáta mea, et servat ea : ille est, qui díligit me. Qui autem díligit me, diligétur a Patre meo, et ego díligam eum, et manifestábo ei meípsum.

*On ne dit pas* Credo.




*Secrète.* Múnera, quæsumus. *comme au jour de la Pentecôte.*






*Postcommunion.* Sancti Spíritus. 469.

# LE DIMANCHE DE LA PENTECOTE

## AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche ; au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

1. Ant. 3. a




2. Ant. 8. G




3. Ant. 8. G




4. Ant. 1. a









5. Ant. 7. ç




**Capitule.** *Act. 2.*

CUM compleréntur dies Pentecóstes, erant omnes discípuli páriter in eódem loco : et factus est repénte de cælo sonus, tamquam adveniéntis spíritus veheméntis, et replévit totam domum ubi erant sedéntes.

Hymn. 8.





bus : Infúnde amórem córdibus : Infírma nostri córporis



Virtú-te firmans pérpe-ti. 5. Hostem re-péllas lóngi- us,



Pacémque dones pró-tinus : Ductóre sic te prævi- o Vi-té-



mus omne nóxi- um. 6. Per te sci- ámus da Patrem, No-



scámus atque Fí-li- um, Teque utri- úsque Spí-ri-tum Credá-



mus omni témpore. 7. ¶ De- o Patri sit gló-ri- a, Et Fí-



li- o, qui a mórtu- is Surréxit, ac Parácli-to, In sæcu-ló-



rum sæcu-la. Amen.

¶ *Hors du Temps Pascal, la doxologie est la suivante :*



De- o Patri sit gló-ri- a, E-júsque so-li Fí-li- o, Cum



Spí-ri- tu Parácli-to, Nunc et per omne sæcu-lum. A-men.

℣. Repléti sunt omnes Spíritu Sancto, allelúia.
℟. Et cœpérunt loqui, allelúia.



A Magnificat Ant. 1. J



ON vos re-línquam órphanos, allelú- ia : vado,



et véni- o ad vos, alle-lú-ia : et gaudébit cor vestrum,



alle-lú-ia. u o u a e.

Ton de l'Hymne à Complies.

1.



E lucis ante términum, Re-rum Cre- á-tor pósci-



mus, Ut pro tu- a cleménti- a Sis præsul et custódi- a.

2. Procul recédant... 3. Deo Patri sit glória...

## A LA MESSE

Intr. 8.



Pí- ri- tus Dómi- ni replé-vit orbem ter- rá-



rum, alle- lú- ia : et hoc quod cón- ti- net ómni- a,



sci- énti- am habet vo- cis, alle- lú- ia, alle-lú-



ia, alle- lú- ia. *Ps.* Exsúrgat De-us, et dissipéntur in-




**Collecte.**

DEUS, qui hodiérna die corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti : da nobis in eódem Spíritu recta sápere; et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

**Lectio Actuum Apostolorum.** *Act.* 2.

CUM compleréntur dies Pentecóstes, erant omnes discípuli páriter in eódem loco : et factus est repénte de cælo sonus, tamquam adveniéntis spíritus veheméntis : et replévit totam domum ubi erant sedéntes. Et apparuérunt illis dispertítæ linguæ tamquam ignis, sedítque supra síngulos eórum : et repléti sunt omnes Spíritu Sancto, et cœpérunt loqui váriis linguis, prout Spíritus Sanctus dabat éloqui illis. Erant autem in Jerúsalem habitántes Judæi, viri religiósi ex omni natióne, quæ sub cælo est. Facta autem hac voce, convénit multitúdo, et mente confúsa est, quóniam audiébat unusquísque lingua sua illos loquéntes. Stupébant autem omnes, et mirabántur, dicéntes : Nonne ecce omnes isti, qui loquúntur, Galilæi sunt? Et quómodo nos audívimus unusquísque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi, et Medi, et Ælamítæ, et qui hábitant Mesopotámiam, Judæam, et Cappadóciam, Pontum, et Asiam, Phrýgiam, et Pamphýliam, Ægýptum, et partes Líbyæ, quæ est circa Cyrénen, et ádvenæ Románi, Judæi quoque, et Prosélyti, Cretes, et Arabes : audívimus eos loquéntes nostris linguis magnália Dei.











✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 14.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Si quis díligit me, sermónem meum servábit, et Pater meus díliget eum, et ad eum veniémus, et mansiónem apud eum faciémus : qui non díligit me, sermónes meos non servat. Et sermónem quem audístis, non est meus; sed ejus, qui misit me, Patris. Hæc locútus sum vobis, apud vos manens. Paráclitus autem Spíritus Sanctus, quem mittet Pater in nómine meo, ille vos docébit ómnia, et súggeret vobis ómnia, quæcúmque díxero vobis. Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis : non quómodo mundus dat, ego do vobis. Non turbétur cor vestrum, neque formídet. Audístis quia ego dixi vobis : Vado, et vénio ad vos. Si diligerétis me, gauderétis útique, quia vado ad Patrem; quia Pater major me est. Et nunc dixi vobis priúsquam fiat : ut cum factum fúerit, credátis. Jam non multa loquar vobíscum. Venit enim princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam. Sed ut cognóscat mundus, quia díligo Patrem, et sicut mandátum dedit mihi Pater, sic fácio. Credo.






**Secrète.**

Munera, quæsumus Dómine, obláta sanctífica : et corda nostra Sancti Spíritus illustratióne emúnda. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

*Préface.* Qui ascéndens. 12.




**Postcommunion.**

Sancti Spíritus, Dómine, corda nostra mundet infúsio : et sui roris íntima aspersióne fœcúndet. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

## AUX II. VÊPRES

*Antiennes des I. Vêpres,* 462. *Psaumes du Dimanche,* 63.

*Capitule.* Cum compleréntur. *Hymne.* Veni Creátor. 463.

℣. Loquebántur váriis linguis Apóstoli, allelúia.
℟. Magnália Dei, allelúia.




# LE LUNDI DE LA PENTECOTE

## A LA MESSE









**Collecte.**

Deus, qui Apóstolis tuis Sanctum dedísti Spíritum : concéde plebi tuæ piæ petitiónis efféctum ; ut quibus dedísti fidem, largiáris et pacem. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem.

**Lectio Actuum Apostolorum.** *Act. 10. f.*

In diébus illis : Apériens Petrus os suum, dixit : Viri fratres, nobis præcépit Dóminus prædicáre pópulo : et testificári, quia ipse est, qui constitútus est a Deo judex vivórum et mortuórum. Huic omnes Prophétæ testimónium pérhibent, remissiónem peccatórum accípere per nomen ejus, omnes qui credunt in eum. Adhuc loquénte Petro verba hæc, cécidit Spíritus Sanctus super omnes qui audiébant verbum. Et obstupuérunt ex circumcisióne fidéles, qui vénerant cum Petro : quia et in natiónes grátia Spíritus Sancti effúsa est. Audiébant enim illos loquéntes linguis, et magnificántes Deum. Tunc respóndit Petrus : Numquid aquam quis prohibére potest, ut non baptizéntur hi qui Spíritum Sanctum accéperunt sicut et nos? Et jussit eos baptizári in nómine Dómini Jesu Christi.



Allelúia. ℣. Veni Sancte Spíritus. 467.

*Séquence.* Veni Sancte Spíritus. Allelúia. 467.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 3. b.*

In illo témpore : Dixit Jesus Nicodémo : Sic Deus diléxit mundum, ut Fílium suum unigénitum daret : ut omnis qui credit in eum, non péreat, sed hábeat vitam ætérnam. Non enim misit Deus Fílium suum in mundum, ut júdicet mundum, sed ut salvétur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non judicátur : qui autem non credit, jam judicátus est : quia non credit in nómine unigéniti Fílii Dei. Hoc est autem judícium : quia lux venit in mundum, et dilexérunt hómines magis ténebras, quam lucem : erant enim eórum mala ópera. Omnis enim qui male agit, odit lucem, et non venit ad lucem, ut non arguántur ópera ejus : qui autem facit veritátem, venit ad lucem, ut manifesténtur ópera ejus, quia in Deo sunt facta. Credo.

*Offertoire.* Intónuit. 417.

**Secrète.**

Propitius, Dómine quæsumus, hæc dona sanctífica : et hóstiæ spiritális oblatióne suscépta, nosmetípsos tibi pérfice munus ætérnum. Per Dóminum nostrum.

Comm. 8.




**Postcommunion.**

Adesto, quæsumus Dómine, pópulo tuo : et quem mystériis cæléstibus imbuísti, ab hóstium furóre defénde. Per Dñum.

A VÊPRES

*Comme hier, excepté :*

A Magnificat Ant. 3. à









## FÊTE DE LA TRÈS SAINTE TRINITÉ

**Double de II. Classe.**

AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

1. Ant. 1. f









4. Ant.
4. E



L Aus De- o Patri, pa-ri- líque Pro-li, et tibi San-



cte stúdi- o per- énni Spí- ri-tus, nostro ré-sonet ab ore



omne per ævum. E u o u a e.

5. Ant.
5. a



E X quo ómni- a,



per quem ómni- a, in quo ómni- a : ipsi gló-



ri- a in sæcu-la. E u o u a e.

**Capitule.** *Rom. 11. d.*

O altitúdo divitiárum sapiéntiæ et sciéntiæ Dei : quam incomprehensibília sunt judícia ejus, et investigábiles viæ ejus !

Hymn. 8.



J AM sol recédit ígne- us : Tu lux perénnis Uni-



tas, Nostris be- á-ta Trí- ni-tas, Infúnde amórem córdibus.



2. Te ma- ne laudum cármine, Te de-precámur véspere :



Digné-ris ut te súppli-ces Laudé-mus inter cæ-li-tes. 3. Pa-



tri, simúlque Fí-li- o, Ti-bíque Sancte Spí-ri-tus, Sic-ut fu-





it, sit jú- gi-ter Sæclum per omne gló-ri- a. Amen.

℣. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu.
℟. Laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

A Magnificat Ant. 1. J



G Rá-ti- as ti- bi De- us, grá- ti- as ti-bi ve-ra



et u- na Trí- ni-tas, u- na et summa Dé- i-tas,



san- cta et u-na U-ni-tas. E u o u a e.

*Mémoire du Dimanche.*

Ant. 1.



L Oquere Dómine, qui- a audit servus tu- us.

℣. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

*Oraison.* Deus in te sperántium. *ci-dessous, 476.*

**A Complies,** *l'Hymne sur le ton de celle des Vêpres.*

## A LA MESSE

Intr. 8.



B Ene-dí- cta sit sancta Trí- ni- tas, at-que



indi- ví- sa U- ni- tas : confi- tébi- mur e- i,



qui- a fe-cit no- bis- cum mi- se- ri- córdi- am su- am.




**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne veræ fídei, ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtia majestátis adoráre unitátem : quæsumus ; ut ejúsdem fídei firmitáte, ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Dóminum nostrum.

*On fait mémoire du I. Dimanche après la Pentecôte.*

**Collecte.**

DEUS in te sperántium fortitúdo, adésto propítius invocatiónibus nostris : et quia sine te nihil potest mortális infírmitas, præsta auxílium grátiæ tuæ ; ut in exequéndis mandátis tuis, et voluntáte tibi, et actióne placeámus. Per Dóminum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.** *Rom. 11. d.*

O altitúdo divitiárum sapiéntiæ, et sciéntiæ Dei : quam incomprehensibília sunt judícia ejus, et investigábiles viæ ejus ! Quis enim cognóvit sensum Dómini ? Aut quis consiliárius ejus fuit ? Aut quis prior dedit illi, et retribuétur ei ? Quóniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt ómnia : ipsi glória in sæcula. Amen.









℣. **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 28.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Data est mihi omnis potéstas in cælo, et in terra. Eúntes ergo docéte omnes gentes, baptizántes eos in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti : docéntes eos serváre ómnia quæcúmque mandávi vobis. Et ecce ego vobíscum sum ómnibus diébus, usque ad consummatiónem sæculi. Credo.




**Secrète.**

SANCTIFICA, quæsumus Dómine Deus noster, per tui sancti nóminis invocatiónem, hujus oblatiónis hóstiam ; et per am nosmetípsos tibi pérfice munus ætérnum. Per Dóminum.

4. Ant.
4. E




5. Ant.
5. a




**Capitule.** *Rom. 11. d.*

O altitúdo divitiárum sapiéntiæ et sciéntiæ Dei : quam incomprehensibília sunt judícia ejus, et investigábiles viæ ejus !

Hymn. 8.









℣. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu.
℟. Laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

A Magnificat
Ant. 1. J




*Mémoire du Dimanche.*

Ant. 1.




℣. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

*Oraison.* Deus in te sperántium. *ci-dessous,* 476.

**A Complies,** *l'Hymne sur le ton de celle des Vêpres.*

## A LA MESSE

Intr. 8.





*Ps.* Dómine Dóminus noster : quam admi-rábi-le est nomen tu-um in uni- vérsa terra ! Glóri- a Patri. E u o u a e.

**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne veræ fídei, ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtia majestátis adoráre unitátem : quæsumus ; ut ejúsdem fídei firmitáte, ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Dóminum nostrum.

*On fait mémoire du I. Dimanche après la Pentecôte.*

**Collecte.**

DEUS in te sperántium fortitúdo, adésto propítius invocatiónibus nostris : et quia sine te nihil potest mortális infírmitas, præsta auxílium grátiæ tuæ ; ut in exequéndis mandátis tuis, et voluntáte tibi, et actióne placeámus. Per Dóminum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.** *Rom. 11. d.*

O altitúdo divitiárum sapiéntiæ, et sciéntiæ Dei : quam incomprehensibília sunt judícia ejus, et investigábiles viæ ejus ! Quis enim cognóvit sensum Dómini ? Aut quis consiliárius ejus fuit ? Aut quis prior dedit illi, et retribuétur ei ? Quóniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt ómnia : ipsi glória in sæcula. Amen.









℣. **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 28.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Data est mihi omnis potéstas in cælo, et in terra. Eúntes ergo docéte omnes gentes, baptizántes eos in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti : docéntes eos serváre ómnia quæcúmque mandávi vobis. Et ecce ego vobíscum sum ómnibus diébus, usque ad consummatiónem sæculi. Credo.




**Secrète.**

SANCTIFICA, quæsumus Dómine Deus noster, per tui sancti nóminis invocatiónem, hujus oblatiónis hóstiam ; et per eam nosmetípsos tibi pérfice munus ætérnum. Per Dóminum.

Mémoire du Dimanche. Secrète.

HOSTIAS nostras, quæsumus Dómine, tibi dicátas placátus assúme : et ad perpétuum nobis tríbue provenire subsídium. Per Dóminum nostrum.

Comm. 4.




Postcommunion.

PROFICIAT nobis ad salútem córporis et ánimæ, Dómine Deus noster, hujus sacraménti suscéptio : et sempitérnæ sanctæ Trinitátis, ejusdémque indivíduæ unitátis conféssio. Per Dñum.

Mémoire du Dimanche. Postcommunion.

TANTIS, Dómine, repléti munéribus : præsta, quæsumus ; ut et salutária dona capiámus, et a tua nunquam laude cessémus. Per Dóminum nostrum.

AUX II. VÊPRES

*Comme aux I. Vêpres, 473, avec les Ps. du Dimanche,* 63.

℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli.
℟. Et laudábilis et gloriósus in sæcula.

A Magnificat Ant. 4. E









*Mémoire du Dimanche.*

Ant. 8.




# LA FÊTE DU TRÈS SAINT SACREMENT

Double de I. Classe.

AUX I. VÊPRES

*Psaumes.* 1. Dixit Dóminus. 63. — 2. Confitébor tibi. 63. — 3. Crédidi. 85. — 4. Beáti. 86. — 5. Lauda Jerúsalem. 90.

1. Ant. 1. f





bí- li- um. E u o u a e.

3. Ant. 8. a



C A-li-cem sa-lutá-ris



accí-pi- am, et sacri- ficábo hó- sti- am laudis. E u o u a e.

4. Ant. 4. E



S Ic- ut novéllæ o-li-várum Ecclé- si- æ fí- li- i



sint in circú- i-tu mensæ Dómini. E u o u a e.

5. Ant. 5. a



Q UI pa- cem po-nit fines Ecclé- si- æ, fruménti á-



dipe sá- ti- at nos Dómi-nus. E u o u a e.

**Capitule.** *1. Cor. 11. e.*

FRATRES : Ego enim accépi a Dómino quod et trádidi vobis, quóniam Dóminus Jesus, in qua nocte tradebátur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit : Accípite, et manducáte : hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur : hoc fácite in meam commemoratiónem.

Hymn. 3.



P Ange lingua glo-ri- ó-si Córpo-ris mysté-ri- um,



Sanguinísque pre-ti- ó-si, Quem in mundi pré-ti- um Fructus



ventris generó-si Rex effúdit génti- um. 2. Nobis da-tus, no-



bis natus Ex intácta Vírgi-ne, Et in mundo conversá-tus,





Sparso verbi sémine, Su- i mo-ras inco-lá-tus Mi-ro clausit



órdine. 3. In suprémæ nocte cœnæ Recúmbens cum frátri-



bus, Observá-ta lege plene Ci-bis in legá-libus, Cibum



turbæ du-odénæ Se dat su- is má-nibus. 4. Verbum ca-ro,



panem verum Verbo carnem éf-fi-cit : Fitque Sanguis Chri-



sti merum, Et si sensus dé-fi-cit, Ad firmándum cor sin-



cérum So-la fides súf-fi-cit. 5. Tantum ergo Sacraméntum



Venerémur cérnu- i : Et antíquum documéntum Novo ce-



dat rí-tu- i : Præstet fides suppleméntum Sénsu- um de-fé-



ctu- i. 6. Geni-tó-ri, Geni-tóque Laus et jubi-lá-ti- o, Sa-lus,



honor, virtus quoque Sit et benedícti- o : Procedénti ab



utróque Compar sit laudá- ti- o. A-men.

℣. Panem de cælo præstitísti eis, allelúia.
℟. Omne delectaméntum in se habéntem, allelúia.

A Magnificat Ant. 6. F



O quam su- á- vis est Dó- mi-ne spí- ri- tus tu- us, qui ut dulcédinem tu- am in fí- li- os demonstrá-res, pa- ne su- a- vís- simo de cæ- lo prǽ- sti- to, e-su-ri- éntes reples bonis, fa- stidi- ó- sos dí-vites dimít-tens in- á-nes. E u o u a e.

¶ A Complies, *l'Hymne sur le ton de la B. V. M., 76.*

## A LA MESSE

Intr. 2.



C Ibá- vit e- os ex á-di- pe fruién- ti, allele- lú- ia : et de pe-tra, melle satu-rá-vit e- os, alle-lú- ia, al-le- lú- ia, al-le- lú- ia.





*Ps.* Exsultá-te De- o adju-tó-ri nostro : ju-bi-lá-te De- o Jacob. Gló-ri- a Patri. E u o u a e.

### Collecte.

DEUS, qui nobis sub Sacraménto mirábili, passiónis tuæ memóriam reliquísti : tríbue, quæsumus ; ita nos Córporis et Sánguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus : Qui vivis.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *1. Cor. 11.*

FRATRES : Ego enim accépi a Dómino quod et trádidi vobis : quóniam Dóminus Jesus, in qua nocte tradebátur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit : Accípite, et manducáte : Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur : hoc fácite in meam commemoratiónem. Simíliter et cálicem, postquam cœnávit, dicens : Hic calix novum testaméntum est in meo sánguine : hoc fácite, quotiescúmque bibétis, in meam commemoratiónem. Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc, et cálicem bibétis, mortem Dómini annuntiábitis, donec véniat. Itaque quicúmque manducáverit panem hunc, vel bíberit cálicem Dómini indígne, reus erit córporis et sánguinis Dómini. Probet autem seípsum homo : et sic de pane illo edat, et de cálice bibat. Qui enim mandúcat et bibit indígne, judícium sibi mandúcat et bibit, non dijúdicans corpus Dómini.

Grad. 7.



O - cu- li ó-mni- um in te spe- rant, Dómi-ne : et tu das il- lis e- scam in témpo- re opportúno. ℣. Ape-


ris tu ma- num tu- am :
et imples omne á-ni- mal
bene-di- cti- óne.
7.
A L-le- lú- ia. ij.
℣. Caro me- a ve-re est ci- bus, et
san- guis me- us ve-re est po- tus : qui man-
dú- cat me- am carnem, et bi- bit me-
um sán- guinem, in me ma- net, et ego in
e- o.
Séq. 7 et 8.
L Auda Si- on Salvató-rem, Lauda ducem et pastórem,
In hymnis et cánti-cis. Quantum potes, tantum aude :




Qui- a major omni laude, Nec laudáre súffi-cis. Laudis the-
ma spe-ci- á- lis, Panis vivus et vi-tá-lis Hódi- e propóni-
tur. Quem in sacræ mensa cœ- næ, Turbæ fratrum du- o-
dénæ Datum non ambígi-tur. Sit laus plena, sit so- nóra,
Sit jucúnda, sit decóra Mentis jubi-lá-ti- o. Di- es e-nim
so-lémnis ági-tur, In qua mensæ prima recó-li-tur Hujus
insti-tú-ti- o. In hac mensa novi Regis, Novum Pascha
novæ legis, Phase vetus términat. Vetustá-tem nóvi-tas,
Umbram fu-gat vé-ri-tas, Noctem lux e-líminat. Quod in
cœna Christus gessit, Faci- éndum hoc expréssit In su- i


memó-ri- am. Docti sacris insti-tú-tis, Panem, vinum in sa-
lú-tis Consecrámus hósti- am. Dogma datur christi- ánis,
Quod in carnem transit panis, Et vinum in sánguinem. Quod
non capis, quod non vides, Animósa firmat fides, Præter
re-rum órdinem. Sub divérsis speci- ébus, Signis tantum, et
non rebus, Latent res exími- æ. Caro cibus, sanguis potus :
Manet tamen Christus totus Sub utráque spé-ci- e. A su-
ménte non concísus, Non confráctus, non diví-sus : Integer
accípi-tur. Sumit unus, sumunt mille : Quantum isti, tan-
tum ille : Nec sumptus consúmi-tur. Sumunt boni, sumunt
ma- li : Sorte tamen inæquá-li, Vitæ vel intér-i-tus. Mors




est ma-lis, vi-ta bo- nis : Vide paris sumpti- ónis Quam
sit dispar éxi-tus. Fracto demum Sacraménto, Ne va-cílles,
sed meménto Tantum esse sub fragménto, Quantum to-
to tégi-tur. Nulla re- i fit scissúra : Signi tantum fit fra-
ctúra, Qua nec status, nec statú-ra Signá-ti mi-nú- i-tur.
Ecce panis Ange-lórum, Factus cibus vi- a-tórum : Vere pa-
nis fi- li- órum, Non mitténdus cánibus. In figúris præsi-
gnátur, Cum Isa- ac immolá-tur, Agnus Paschæ depu-tátur,
Datur manna pátribus. Bone Pastor, panis vere, Jesu, no-
stri mi-se- rére : Tu nos pasce, nos tu- ére, Tu nos bona
fac vidére In terra vivénti- um. Tu qui cuncta scis et va-




℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 6. f.*

In illo témpore : Dixit Jesus turbis Judæórum : Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Qui mandúcat meam carnem, et bibit meum sánguinem, in me manet, et ego in illo. Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem, et qui mandúcat me, et ipse vivet propter me. Hic est panis, qui de cælo descéndit. Non sicut manducavérunt patres vestri manna, et mórtui sunt. Qui mandúcat hunc panem, vivet in ætérnum.

Credo.




**Secrète.**

Ecclesiæ tuæ, quæsumus Dómine, unitátis et pacis propítius dona concéde : quæ sub oblátis munéribus mýstice designántur. Per Dóminum nostrum.

*Préface de la Nativité,* 11.






**Postcommunion.**

Fac nos, quæsumus Dómine, divinitátis tuæ sempitérna fruitióne repléri : quam pretiósi Córporis et Sánguinis tui temporális percéptio præfigúrat : Qui vivis.

## A LA PROCESSION

*Hymne.* Pange lingua. 480.

**Hymne.**




zyma Dedísse frátribus, juxta le-gí-tima Priscis indúlta
pátribus. 3. Post agnum týpi-cum, explé-tis épu-lis, Corpus
domí-nicum datum discípu-lis, Sic to-tum ómnibus, quod
totum síngu-lis, E-jus fa-témur mánibus. 4. De-dit fra- gí-
libus córporis férculum, Dedit et trístibus sánguinis pó-
culum, Dicens : Accí-pi-te quod trado váscu-lum, Omnes ex
e- o bí-bi-te. 5. Sic sacri- fí-ci-um istud instí-tu- it, Cujus
offí-ci-um commítti vólu- it So-lis presbý-te-ris, quibus
sic cóngru- it Ut sumant, et dent céte-ris. 6. Pa-nis an-
gé-li-cus fit panis hóminum ; Dat panis cé-li-cus figú-ris
términum : O res mi-rábi-lis ! mandúcat Dóminum Pauper,




servus, et húmi-lis. 7. Te trina Dé- i-tas unáque póscimus,
Sic nos tu ví-si-ta, sicut te có-limus : Per tu- as sémi-tas
duc nos quo téndimus, Ad lucem quam inhábi-tas. Amen.
Hymne.
8.
V Erbum su-pérnum pródi- ens, Nec Patris linquens
déxteram, Ad opus su- um éx-i- ens, Venit ad vi- tæ véspe-
ram. 2. In mor- tem a di-scípu-lo Su- is tradéndus æmu-
lis, Pri- us in vi-tæ férculo Se trá-di-dit discípu-lis. 3. Qui-
bus sub bi- na spé-ci- e Carnem dedit et sánguinem, Ut
dúpli-cis substánti- æ To-tum cibá- ret hóminem. 4. Se na-
scens de-dit sóci- um, Convéscens in e-dú-li- um, Se móri-
ens in pré-ti- um, Se regnans dat in præmi- um. 5. O sa-



lu-tá-ris Hósti-a, Quæ cæ-li pandis ósti-um, Bella premunt



hostí-li-a, Da robur, fer auxí-li-um. 6. Uni tri-nóque



Dómino Sit sempi-térna glóri-a : Qui vi-tam sine térmi-



no Nobis donet in pátri-a. Amen.

*Hymne.* Salútis humánæ Sator. 450.

**Hymne.**

8.



Æ - tér-ne Rex al-tíssime, Redémptor et fi-dé-li-um,



Cui mors perémpta dé-tu-lit Summæ tri-úmphum gló-ri-æ.



2. Ascén-dis orbes síderum Quo te vocábat cæ-litus Col-



lá-ta, non humá-ni-tus Rerum po-téstas ómni-um. 3. Ut



tri- na re-rum máchina, Cælésti-um, terréstri-um, Et in-



ferórum cóndi-ta, Flectat genu jam súbdi-ta. 4. Tremunt



vi-déntes Ange-li Versam vicem mortá-li-um : Peccat ca-





ro, mundat caro, Regnat De-us De-i caro. 5. Sis i-pse



nostrum gáudi-um Manens o-lýmpo prǽmi-um, Mundi re-



gis qui fábricam, Mundá-na vincens gáudi-a. 6. Hinc te



pre-cántes quæsumus, Ignósce culpis ómnibus, Et corda



sursum súbleva Ad te supérna grá-ti-a. 7. Ut cum re-



pénte cœpe-ris Clarére nube júdi-cis, Pœnas repéllas dé-



bi-tas, Reddas coró-nas pérdi-tas. 8. Je-su, ti-bi sit gló-



ri-a, Qui victor in cæ-lum redis, Cum Patre, et almo Spí-



ri-tu, In sempi-térna sæcula. Amen.

*Hymne.* Te Deum. 59.
*Cantique.* Benedíctus. 151.
*Cantique.* Magnificat. 67.
*Séquence.* Lauda Sion. *comme ci-dessus,* 484.

## A la Bénédiction du T. S. Sacrement.

Tantum ergo Sacraméntum. &c. Genitóri, Genitóque. &c., 481.

℣. Panem de cælo præstitísti eis, allelúia.
℟. Omne delectaméntum in se habéntem, allelúia.

*Oraison.* Deus qui nobis. *comme à la Messe,* 483.

AUX II. VÊPRES

*Tout comme aux I. Vêpres, 479, excepté :*

A Magnificat Ant. 5 a




## Dimanche dans l'Octave du S. Sacrement.

II. après la Pentecôte.

A LA MESSE

Intr. 1.









**Collecte.**

SANCTI nóminis tui, Dómine, timórem páriter et amórem fac nos habére perpétuum : quia nunquam tua gubernatióne destítuis, quos in soliditáte tuæ dilectiónis instítuis. Per Dñum.

*Mémoire de l'Octave. Collecte.* Deus qui nobis. 483.

**Lectio Epistolæ beati Joannis Apostoli.** *1. Joañ. 3. b.*

CARISSIMI : Nolíte mirári, si odit vos mundus. Nos scimus, quóniam transláti sumus de morte ad vitam, quóniam dilígimus fratres. Qui non díligit, manet in morte : omnis qui odit fratrem suum, homicída est. Et scitis quóniam omnis homicída non habet vitam ætérnam in semetípso manéntem. In hoc cognóvimus caritátem Dei, quóniam ille ánimam suam pro nobis pósuit : et nos debémus pro frátribus ánimas pónere. Qui habúerit substántiam hujus mundi, et víderit fratrem suum necessitátem habére, et cláuserit víscera sua ab eo : quómodo cáritas Dei manet in eo ? Filíoli mei, non dilegámus verbo, neque lingua, sed ópere, et veritáte.

Grad. 6. et 5.






✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 14. d.*

In illo témpore : Dixit Jesus Pharisæis parábolam hanc : Homo quidam fecit cœnam magnam, et vocávit multos. Et misit servum suum hora cœnæ dícere invitátis ut venírent, quia jam paráta sunt ómnia. Et cœpérunt simul omnes excusáre. Primus dixit ei : Villam emi, et necésse hábeo exíre, et vidére illam : rogo te, habe me excusátum. Et alter dixit : Juga boum emi quinque, et eo probáre illa : rogo te, habe me excusátum. Et álius dixit : Uxórem duxi : et ídeo non possum veníre. Et revérsus servus nuntiávit hæc dómino suo. Tunc irátus paterfamílias, dixit servo suo : Exi cito in platéas, et vicos civitátis : et páuperes, ac débiles, et cæcos, et claudos intróduc huc. Et ait servus : Dómine, factum est ut imperásti, et adhuc locus est. Et ait dóminus servo : Exi in vias, et sepes : et compélle intráre, ut impleátur domus mea. Dico autem vobis, quod nemo virórum illórum, qui vocáti sunt, gustábit cœnam meam.

Credo.






**Secrète.**

Oblatio nos, Dómine, tuo nómini dicánda purificet : et de die in diem ad cæléstis vitæ tránsferat actiónem. Per Dñum.

*Mémoire de l'Octave. Secrète.* Ecclésiæ tuæ. 488.




**Postcommunion.**

Sumptis munéribus sacris, quæsumus Dómine : ut cum frequentatióne mystérii, crescat nostræ salútis efféctus. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire de l'Octave. Postcommunion.* Fac nos. 489.

## A VÊPRES

*Antiennes et Psaumes du jour de la fête,* 479.

**Capitule.** *1. Joañ. 3. b.*

Carissimi : Nolíte mirári, si odit vos mundus. Nos scimus quóniam transláti sumus de morte ad vitam, quóniam dilígimus fratres.

*Hymne.* Pange lingua. 480.

℣. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allelúia.
℟. Et de petra, melle saturávit eos, allelúia.

A Magnificat Ant. 1. à




*Mémoire de l'Octave. Ant.* O sacrum convívium. 494.

℣. Panem de cælo. *Oraison.* Deus, qui nobis. 483.

¶ **Octave du S. Sacrement.** *Tout comme au jour de la fête,* 479.

## Le III. Dimanche après la Pentecôte.

A LA MESSE

Intr. 6.









**Collecte.**

PROTECTOR in te sperántium Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum : multíplica super nos misericórdiam tuam; ut te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporália, ut non amittámus ætérna. Per Dóminum.

**2.** A cunctis. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.** *1. Petr. 5. b.*

CARISSIMI : Humiliámini sub poténti manu Dei, ut vos exáltet in témpore visitatiónis : omnem sollicitúdinem vestram projiciéntes in eum, quóniam ipsi cura est de vobis. Sóbrii estóte, et vigiláte : quia adversárius vester diábolus tamquam leo rúgiens circuit, quærens quem dévoret : cui resístite fortes in fide : sciéntes eámdem passiónem ei, quæ in mundo est, vestræ fraternitáti fíeri. Deus autem omnis grátiæ, qui vocávit nos in ætérnam suam glóriam in Christo Jesu, módicum passos ipse perfíciet, confirmábit, solidabítque. Ipsi glória, et impérium in sæcula sæculórum. Amen.

Grad. 7.



A Magnificat Ant. 1. à




*Mémoire de l'Octave. Ant.* O sacrum convívium. 494.

℣. Panem de cælo. *Oraison.* Deus, qui nobis. 483.

¶ **Octave du S. Sacrement.** *Tout comme au jour de la fête,* 479.

## Le III. Dimanche après la Pentecôte.

A LA MESSE

Intr. 6.









**Collecte.**

PROTECTOR in te sperántium Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum : multíplica super nos misericórdiam tuam; ut te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporália, ut non amittámus ætérna. Per Dóminum.

**2.** A cunctis. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.** *1. Petr. 5. b.*

CARISSIMI : Humiliámini sub poténti manu Dei, ut vos exáltet in témpore visitatiónis : omnem sollicitúdinem vestram projiciéntes in eum, quóniam ipsi cura est de vobis. Sóbrii estóte, et vigiláte : quia adversárius vester diábolus tamquam leo rúgiens circuit, quærens quem dévoret : cui resístite fortes in fide : sciéntes eámdem passiónem ei, quæ in mundo est, vestræ fraternitáti fíeri. Deus autem omnis grátiæ, qui vocávit nos in ætérnam suam glóriam in Christo Jesu, módicum passos ipse perfíciet, confirmábit, solidabítque. Ipsi glória, et impérium in sæcula sæculórum. Amen.

Grad. 7.





hi.

8.



A Lle-lú- ia. *ij.*



℣. De- us ju- dex ju-



stus, for- tis et pá-ti- ens, numquid i- rá- sci-



tur per síngu- los di- es ?

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 15.*

In illo témpore : Erant appropinquántes ad Jesum publicáni et peccatóres, ut audírent illum. Et murmurábant pharisæi et scribæ, dicéntes : Quia hic peccatóres récipit, et mandúcat cum illis. Et ait ad illos parábolam istam, dicens : Quis ex vobis homo, qui habet centum oves : et si perdíderit unam ex illis, nonne dimíttit nonagínta novem in desérto, et vadit ad illam, quæ períerat, donec invéniat eam ? Et cum invénerit eam, impónit in húmeros suos gaudens : et véniens domum, cónvocat amícos, et vicínos, dicens illis : Congratulámini mihi, quia invéni ovem meam, quæ períerat ? Dico vobis, quod ita gáudium erit in cælo super uno peccatóre pæniténtiam agénte, quam super nonagínta novem justis, qui non índigent pæniténtia. Aut quæ múlier habens drachmas decem, si perdíderit drachmam unam, nonne accéndit lucérnam, et evérrit domum, et quærit diligénter, donec invéniat ? Et cum invénerit, cónvocat amícas et vicínas, dicens : Congratulámini mihi, quia invéni drachmam, quam perdíderam ? Ita dico vobis : gáudium erit coram Angelis Dei super uno peccatóre pæniténtiam agénte.

Credo.

Offert. 3.



S Pe- rent in te omnes, qui no-vé-runt no-





men tu- um, Dómi- ne : quóni- am non de- re- lín-



quis quæréntes te : psál-li- te Dó-mi- no, qui



há- bi-tat in Si- on : quó-ni- am non est ob-



lí- tus ora-ti- ó- nem páupe- rum.

**Secrète.**

Respice Dómine múnera supplicántis Ecclésiæ : et salúti credéntium perpétua sanctificatióne suménda concéde. Per Dóminum nostrum.

**2.** Exáudi nos. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

Comm. 5.



D Ico vobis, gáudi- um est Ange-lis De- i super



uno pecca-tóre pæni-ténti- am agénte.

**Postcommunion.**

Sancta tua nos, Dómine, sumpta vivíficent : et misericórdiæ sempitérnæ præparent expiátos. Per Dóminum nostrum.

**2.** Mundet et múniat. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

## A VÊPRES

A Magnificat Ant. 6. F



Q UÆ mú-li- er habens drachmas decem, et si



perdí- de-rit drachmam unam, nonne accéndit lucér- nam,




# Le IV. Dimanche après la Pentecôte.

## A LA MESSE

Intr. 2.




**Collecte.**

DA nobis, quæsumus Dómine : ut et mundi cursus pacífice nobis tuo órdine dirigátur; et Ecclésia tua tranquílla devotióne lætétur. Per Dóminum nostrum.

**2.** A cunctis. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*



**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.** *Rom. 8. d.*

FRATRES : Exístimo, quod non sunt condígnæ passiónes hujus témporis ad futúram glóriam, quæ revelábitur in nobis. Nam exspectátio creatúræ, revelatiónem filiórum Dei exspéctat. Vanitáti enim creatúra subjécta est, non volens, sed propter eum, qui subjécit eam in spe : quia et ipsa creatúra liberábitur a servitúte corruptiónis, in libertátem glóriæ filiórum Dei. Scimus enim quod omnis creatúra ingemíscit, et párturit usque adhuc. Non solum autem illa, sed et nos ipsi primítias spíritus habéntes, et ipsi intra nos gémimus, adoptiónem filiórum Dei exspectántes, redemptiónem córporis nostri : in Christo Jesu Dómino nostro.

Grad. 5.




7.




℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 5.*

In illo témpore : Cum turbæ irrúerent in Jesum, ut audírent verbum Dei, et ipse stabat secus stagnum Genésareth. Et vidit duas naves stantes secus stagnum : piscatóres autem descénderant, et lavábant rétia. Ascéndens autem in unam navim, quæ erat Simónis, rogávit eum a terra redúcere pusíllum. Et sedens docébat de navícula turbas. Ut cessávit autem loqui, dixit ad Simónem : Duc in altum, et laxáte rétia vestra in captúram. Et respóndens Simon, dixit illi : Præcéptor, per totam noctem laboránte, nihil cépimus : in verbo autem tuo laxábo rete. Et cum hoc fecíssent, conclusérunt píscium multitúdinem copiósam : rumpebátur autem rete eórum. Et annuérunt sóciis, qui erant in ália navi, ut venírent, et adjuvárent eos. Et venérunt, et implevérunt ambas navículas, ita ut pene mergeréntur. Quod cum vidéret Simon Petrus, prócidit ad génua Jesu, dicens : Exi a me, quia homo peccátor sum, Dómine. Stupor enim circumdéderat eum, et omnes, qui cum illo erant, in captúra píscium, quam céperant : simíliter autem Jacóbum et Joánnem, fílios Zebedæi, qui erant sócii Simónis. Et ait ad Simónem Jesus : Noli timére : ex hoc jam hómines eris cápiens. Et subdúctis ad terram návibus, relíctis ómnibus, secúti sunt eum. Credo.









**Secrète.**

Oblationibus nostris, quæsumus Dómine, placáre suscéptis : et ad te nostras étiam rebélles compélle propítius voluntátes. Per Dóminum nostrum.

2. Exáudi nos. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*




**Postcommunion.**

Mysteria nos, Dómine quæsumus, sumpta purífícent : et suo múnere tueántur. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

A VÊPRES



# Le V. Dimanche après la Pentecôte.

## A LA MESSE

Intr. 4.




**Collecte.**

DEUS, qui diligéntibus te bona invisibília præparásti : infúnde córdibus nostris tui amóris affléctum ; ut te in ómnibus, et super ómnia diligéntes, promissiónes tuas, quæ omne desidérium súperant, consequámur. Per Dóminum.

2. A cunctis. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.** *1. Petr. 3. b.*

CARISSIMI : Omnes unánimes in oratióne estóte, compatiéntes, fraternitátis amatóres, misericórdes, modésti, húmiles : non reddéntes malum pro malo, nec maledíctum pro maledícto ; sed e contrário benedicéntes : quia in hoc vocáti estis, ut benedictiónem hæreditáte possideátis. Qui enim vult vitam dilígere, et dies vidére bonos, coérceat linguam suam a malo, et lábia ejus ne loquántur dolum. Declínet a malo, et fáciat bonum : inquírat pacem, et sequátur eam. Quia óculi Dómini super justos, et aures ejus in preces eórum : vultus autem Dómini super faciéntes mala. Et quis est qui vobis nóceat, si boni æmulatóres fuéritis ? Sed et si quid patímini propter justítiam, beáti. Timórem autem eórum ne timuéritis : et non conturbémini. Dóminum autem Christum sanctificáte in córdibus vestris.



Grad. 5.




6.






☩ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 5.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Nisi abundáverit justítia vestra plus quam scribárum et pharisæórum, non intrábitis in regnum cælórum. Audístis, quia dictum est antíquis : Non occídes : qui autem occíderit, reus erit judício. Ego autem dico vobis : quia omnis, qui iráscitur fratri suo, reus erit judício. Qui autem díxerit fratri suo, raca : reus erit concílio. Qui autem díxerit, fátue : reus erit gehénnæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altáre, et ibi recordátus fúeris, quia frater tuus habet áliquid advérsum te : relínque ibi munus tuum ante altáre, et vade prius reconciliári fratri tuo : et tunc véniens ófferes munus tuum.

Credo.

Offert. 1.




Secrète.

Propitiare, Dómine, supplicatiónibus nostris : et has oblatiónes famulórum famularúmque tuárum benígnus assúme ; ut, quod sínguli obtulérunt ad honórem nóminis tui, cunctis proficiat ad salútem. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

Comm. 7.









**Postcommunion.**

Quos cælésti, Dómine, dono satiásti : præsta, quæsumus ; ut a nostris mundémur occúltis, et ab hóstium liberémur insídiis. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

A VÊPRES

A Magnificat Ant. 1. J




℣. Dirigátur Dómine.

## Le VI. Dimanche après la Pentecôte.

A LA MESSE

Intr. 2.






**Collecte.**

DEUS virtútum, cujus est totum quod est óptimum : ínsere pectóribus nostris amórem tui nóminis, et præsta in nobis religiónis augméntum ; ut quæ sunt bona, nútrias, ac pietátis stúdio, quæ sunt nutríta, custódias. Per Dóminum nostrum.

2. A cunctis. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.** *Rom. 6.*

FRATRES : Quicúmque baptizáti sumus in Christo Jesu, in morte ipsíus baptizáti sumus. Consepúlti enim sumus cum illo per baptísmum in mortem : ut quómodo Christus surréxit a mórtuis per glóriam Patris, ita et nos in novitáte vitæ ambulémus. Si enim complantáti facti sumus similitúdini mortis ejus : simul et resurrectiónis érimus. Hoc sciéntes, quia vetus homo noster simul crucifíxus est : ut destruátur corpus peccáti, et ultra non serviámus peccáto. Qui enim mórtuus est, justificátus est a peccáto. Si autem mórtui sumus cum Christo : crédimus quia simul étiam vivémus cum Christo : sciéntes quod Christus resúrgens ex mórtuis, jam non móritur, mors illi ultra non dominábitur. Quod enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel : quod autem vivit, vivit Deo. Ita et vos existimáte, vos mórtuos quidem esse peccáto, vivéntes autem Deo : in Christo Jesu Dómino nostro.

Grad. 5.









✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum.** *Marc. 8.*

IN illo témpore : Cum turba multa esset cum Jesu, nec habérent quod manducárent, convocátis discípulis, ait illis : Miséreor super turbam : quia ecce jam tríduo sústinent me, nec

habent quod mandúcent : et si dimísero eos jejúnos in domum suam, defícient in via : quidam enim ex eis de longe venérunt. Et respondérunt ei discípuli sui : Unde illos quis póterit hic saturáre pánibus in solitúdine ? Et interrogávit eos : Quot panes habétis ? Qui dixérunt : Septem. Et præcépit turbæ discúmbere super terram. Et accípiens septem panes, grátias agens fregit, et dabat discípulis suis, ut appónerent, et apposuérunt turbæ. Et habébant piscículos paucos : et ipsos benedíxit, et jussit appóni. Et manducavérunt, et saturáti sunt, et sustulérunt quod superáverat de fragméntis, septem sportas. Erant autem qui manducáverant, quasi quátuor míllia : et dimísit eos.

Credo.

*Offertoire.* Pérfice gressus meos. 226.

**Secrète.**

PROPITIARE, Dómine, supplicatiónibus nostris, et has pópuli tui oblatiónes benígnus assúme : et ut nullíus sit írritum vótum, nullíus vácua postulátio, præsta ; ut quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Dóminum nostrum.

2. Exáudi nos. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

Comm. 6.




**Postcommunion.**

REPLETI sumus, Dómine, munéribus tuis : tríbue, quæsumus ; ut eórum et mundémur effectu, et muniámur auxílio. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat., 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

A VÊPRES

A Magnificat Ant. 7 b









# Le VII. Dimanche après la Pentecôte.

A LA MESSE

Intr. 6.




**Collecte.**

DEUS, cujus providéntia in sui dispositióne non fállitur : te súpplices exorámus ; ut nóxia cuncta submóveas, et ómnia nobis profutúra concédas. Per Dóminum.

2. A cunctis. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.** *Rom. 6. d.*

FRATRES : Humánum dico, propter infirmitátem carnis vestræ : sicut enim exhibuístis membra vestra servíre immundítiæ, et iniquitáti ad iniquitátem, ita nunc exhibéte membra vestra servíre justítiæ in sanctificatiónem. Cum enim servi essétis peccáti, líberi fuístis justítiæ. Quem ergo fructum habuístis tunc in illis, in quibus nunc erubéscitis? Nam finis illórum mors est. Nunc vero liberáti a peccáto, servi autem facti Deo, habétis fructum vestrum in sanctificatiónem, finem vero vitam ætérnam. Stipéndia enim peccáti mors. Grátia autem Dei, vita ætérna, in Christo Jesu Dómino nostro.

Grad. 5.




✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 7.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Atténdite a falsis prophétis, qui véniunt ad vos in vestiméntis óvium, intrínsecus autem sunt lupi rapáces : a frúctibus eórum cognoscétis eos. Numquid cólligunt de spinis uvas, aut de tríbulis ficus ? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit : mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona, malos fructus fácere : neque arbor mala bonos fructus fácere. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidétur, et in ignem mittétur. Igitur ex frúctibus eórum cognoscétis eos. Non omnis, qui dicit mihi, Dómine, Dómine, intrábit in regnum cælórum : sed qui facit voluntátem Patris mei, qui in cælis est, ipse intrábit in regnum cælórum. Credo.



Offert. 5.




**Secrète.**

Deus, qui legálium differéntiam hostiárum, uníus sacrifícii perfectióne sanxísti : áccipe sacrifícium a devótis tibi fámulis, et pari benedictióne, sicut múnera Abel, sanctífica ; ut, quod sínguli obtulérunt ad majestátis tuæ honórem, cunctis profíciat ad salútem. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

Comm. 4.



**Postcommunion.**

TUA nos, Dómine, medicinális operátio, et a nostris perversitátibus cleménter expédiat, et ad ea quæ sunt recta, perdúcat. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. — 3. *au choix du Prêtre.*

A VÊPRES

A Magnificat Ant. 1. J




## Le VIII. Dimanche après la Pentecôte.

A LA MESSE

*Introit.* Suscépimus Deus. *comme à la fête de la Purification de la B. V. M., 2. février.*

**Collecte.**

LARGIRE nobis, quæsumus Dómine, semper spíritum cogitándi quæ recta sunt, propítius, et agéndi : ut qui sine te esse non póssumus, secúndum te vívere valeámus. Per Dóminum.

2. A cunctis. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.** *Rom. 8. c.*

FRATRES : Debitóres sumus non carni, ut secúndum carnem vivámus. Si enim secúndum carnem vixéritis, moriémini : si autem spíritu facta carnis mortificavéritis, vivétis. Quicúmque enim spíritu Dei agúntur, ii sunt fílii Dei. Non enim accepístis spíritum servitútis íterum in timóre, sed accepístis spíritum adoptiónis filiórum, in quo clamámus : Abba (Pater). Ipse enim Spíritus testimónium reddit spirítui nostro, quod sumus fílii Dei. Si autem fílii, et hærédes : hærédes quidem Dei, cohærédes autem Christi.



Grad. 6. et 5.




7.




✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 16.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc : Homo quidam erat dives, qui habébat víllicum : et hic diffamátus est apud illum, quasi dissipásset bona ipsíus. Et vocávit illum, et ait illi : Quid hoc áudio de te ? redde ratiónem

villicatiónis tuæ : jam enim non póteris villicáre. Ait autem víllicus intra se : Quid fáciam, quia dóminus meus aufert a me villicatiónem ? fódere non váleo, mendicáre erubésco. Scio quid fáciam, ut, cum amótus fúero a villicatióne, recípiant me in domos suas. Convocátis ítaque síngulis debitóribus dómini sui, dicébat primo : Quantum debes dómino meo ? At ille dixit : Centum cados ólei. Dixítque illi : Accipe cautiónem tuam : et sede cito, scribe quinquagínta. Deínde álii dixit : Tu vero quantum debes ? Qui ait : Centum coros trítici. Ait illi : Accipe lítteras tuas, et scribe octogínta. Et laudávit dóminus víllicum iniquitátis, quia prudénter fecísset : quia fílii hujus sæculi prudentióres fíliis lucis in generatióne sua sunt. Et ego vobis dico : fácite vobis amícos de mammóna iniquitátis : ut, cum defecéritis, recípiant vos in ætérna tabernácula.

Credo.

Offert. 5.




Secrète.

Suscipe, quæsumus Dómine, múnera, quæ tibi de tua largitáte deférimus : ut hæc sacrosáncta mystéria, grátiæ tuæ operánte virtúte, et præséntis vitæ nos conversatióne sanctíficent, et ad gáudia sempitérna perdúcant. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

Comm. 3.






Postcommunion.

Sit nobis, Dómine, reparátio mentis et córporis cæléste mystérium : ut, cujus exséquimur cultum, sentiámus efféctum. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

A VÊPRES

A Magnificat Ant. 4. E




## Le IX. Dimanche après la Pentecôte.

A LA MESSE

Intr. 5.






**Collecte.**

PATEANT aures misericórdiæ tuæ, Dómine, précibus supplicántium : et ut peténtibus desideráta concédas; fac eos, quæ tibi sunt plácita, postuláre. Per Dóminum.

2. A cunctis. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *1. Cor. 10.*

FRATRES : Non simus concupiscéntes malórum, sicut et illi concupiérunt. Neque idolólatræ efficiámini, sicut quidam ex ipsis : quemádmodum scriptum est : Sedit pópulus manducáre et bíbere, et surrexérunt lúdere. Neque fornicémur, sicut quidam ex ipsis fornicáti sunt, et cecidérunt una die vigínti tria míllia. Neque tentémus Christum, sicut quidam eórum tentavérunt, et a serpéntibus periérunt. Neque murmuravéritis, sicut quidam eórum murmuravérunt, et periérunt ab exterminatóre. Hæc autem ómnia in figúra contingébant illis : scripta sunt autem ad correptiónem nostram, in quos fines sæculórum devenérunt. Itaque qui se exístimat stare, vídeat ne cadat. Tentátio vos non apprehéndat, nisi humána : fidélis autem Deus est, qui non patiétur vos tentári supra id quod potéstis, sed fáciet étiam cum tentatióne provéntum, ut possítis sustinére.









✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 19. f.*

IN illo témpore : Cum appropinquáret Jesus Jerúsalem, videns civitátem, flevit super illam, dicens : Quia si cognovísses et tu, et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscóndita sunt ab óculis tuis. Quia vénient dies in te : et circúmdabunt te inimíci tui vallo, et circúmdabunt te : et coangustábunt te úndique : et ad terram prostérnent te, et fílios tuos, qui in te sunt, et non relínquent in te lápidem super lápidem : eo quod non cognóveris tempus visitatiónis tuæ. Et ingréssus in templum, cœpit ejícere vendéntes in illo, et eméntes, dicens illis : Scriptum est : Quia domus mea domus oratiónis est. Vos autem fecístis illam spelúncam latrónum. Et erat docens quotídie in templo. Credo.

*Offertoire.* Justítiæ Dómini. 256.

**Secrète.**

CONCEDE nobis, quæsumus Dómine, hæc digne frequentáre mystéria : quia, quóties hujus hóstiæ commemorátio celebrátur, opus nostræ redemptiónis exercétur. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

Comm. 6.




**Postcommunion.**

TUI nobis, quǽsumus Dómine, commúnio sacraménti, et purificatiónem cónferat, et tríbuat unitátem. Per Dóminum.

2. Mundet et múniat. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

A VÊPRES

A Magnificat Ant. 8. G




## Le X. Dimanche après la Pentecôte.

A LA MESSE

Intr. 8.









**Collecte.**

DEUS, qui omnipoténtiam tuam parcéndo máxime, et miserándo maniféstas : multíplica super nos misericórdiam tuam ; ut ad tua promíssa curréntes, cæléstium bonórum fácias esse consórtes. Per Dóminum nostrum.

2. A cunctis. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *1. Cor. 12.*

FRATRES : Scitis quóniam cum gentes essétis, ad simulácra muta prout ducebámini eúntes. Ideo notum vobis fácio, quod nemo in Spíritu Dei loquens, dicit anathéma Jesu. Et nemo potest dícere, Dóminus Jesus, nisi in Spíritu Sancto. Divisiónes vero gratiárum sunt, idem autem Spíritus. Et divisiónes ministratiónum sunt, idem autem Dóminus. Et divisiónes operatiónum sunt, idem vero Deus, qui operátur ómnia in ómnibus. Unicuíque autem datur manifestátio Spíritus ad utilitátem. Alii quidem per Spíritum datur sermo sapiéntiæ : álii autem sermo sciéntiæ secúndum eúmdem Spíritum : álteri fides in eódem Spíritu : álii grátia sanitátum in uno Spíritu :

álii operátio virtútum, álii prophetía, álii discrétio spirítuum, álii génera linguárum, álii interpretátio sermónum. Hæc autem ómnia operátur unus atque idem Spíritus, dívidens síngulis prout vult.

Grad. 1.









℣. **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 18. b.*

In illo témpore : Dixit Jesus ad quosdam, qui in se confidébant tamquam justi, et aspernabántur céteros, parábolam istam : Duo hómines ascendérunt in templum ut orárent : unus pharisæus, et alter publicánus. Pharisæus stans, hæc apud se orábat : Deus, grátias ago tibi, quia non sum sicut céteri hóminum : raptóres, injústi, adúlteri : velut étiam hic publicánus. Jejúno bis in sábbato : décimas do ómnium, quæ possídeo. Et publicánus a longe stans, nolébat nec óculos ad cælum leváre : sed percutiébat pectus suum, dicens : Deus, propítius esto mihi peccatóri. Dico vobis : descéndit hic justificátus in domum suam ab illo : quia omnis qui se exáltat, humiliábitur : et qui se humíliat, exaltábitur. Credo.

Offert. 2.





non confun- dén- tur.

**Secrète.**

TIBI, Dómine, sacrifícia dicáta reddántur : quæ sic ad honórem nóminis tui deferénda tribuísti, ut éadem remédia fíeri nostra præstáres. Per Dóminum nostrum.

2. Exáudi nos. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

Comm. 4.



A Cceptá- bis sacri-fí- ci- um ju- stí- ti- æ, obla-ti- ónes, et holo-cáu-sta su- per al-tá- re tu- um, Dómi- ne.

**Postcommunion.**

QUÆSUMUS, Dómine Deus noster : ut quos divínis reparáre non désinis sacraméntis, tuis non destítuas benígnus auxíliis. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

A VÊPRES

A Magnificat Ant. 8. G



D Escéndit hic justi-fi-cá- tus in domum su- am ab illo : qui- a omnis qui se ex-áltat, humi-li- ábi-tur : et qui se humí-li- at, exaltá-bi-tur. E u o u a e.

℣. Dirigátur Dómine.



# Le XI. Dimanche après la Pentecôte.

A LA MESSE

Intr. 5.



D E- us in lo- co sancto su- o : De- us, qui inha- bi- tá- re fa- cit un-ánimes in do- mo : ipse dabit vir-tú- tem et forti- tú- di- nem ple- bi su- æ. *Ps.* Exsúrgat De- us, et dissipéntur in-imí-ci e-jus : et fúgi- ant, qui odérunt e- um, a fáci- e e-jus. Glóri- a Patri. E u o u a e.

**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui abundántia pietátis tuæ et mérita súpplicum excédis et vota : effúnde super nos misericórdiam tuam ; ut dimíttas quæ consciéntia métuit, et adjícias quod orátio non præsúmit. Per Dóminum.

2. A cunctis. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *1. Cor. 15.*

FRATRES : Notum vobis fácio Evangélium, quod prædicávi vobis, quod et accepístis, in quo et statis, per quod et salvámini : qua ratióne prædicáverim vobis, si tenétis, nisi frustra credidístis. Trádidi enim vobis in primis, quod et accépi : quóniam Christus mórtuus est pro peccátis nostris secúndum Scriptúras : et quia sepúltus est, et quia resurréxit tértia die secúndum Scriptúras : et quia visus est Cephæ, et post hoc úndecim. Deínde visus est plus quam quingéntis frátribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem

dormiérunt. Deínde visus est Jacóbo, deínde Apóstolis ómnibus : novíssime autem ómnium tamquam abortívo, visus est et mihi. Ego enim sum mínimus Apostolórum, qui non sum dignus vocári Apóstolus, quóniam persecútus sum Ecclésiam Dei. Grátia autem Dei sum id quod sum, et grátia ejus in me vácua non fuit.









℣. **Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum.** *Marc.* 7. *d.*

IN illo témpore : Exiens Jesus de fínibus Tyri, venit per Sidónem ad mare Galilææ inter médios fines Decapóleos. Et addúcunt ei surdum et mutum, et deprecabántur eum, ut impónat illi manum. Et apprehéndens eum de turba seórsum, misit dígitos suos in aurículas ejus : et éxspuens, tétigit linguam ejus : et suspíciens in cælum, ingémuit, et ait illi : Ephphetha, quod est adaperíre. Et statim apértæ sunt aures ejus, et solútum est vínculum linguæ ejus, et loquebátur recte. Et præcépit illis ne cui dícerent. Quanto autem eis præcipiébat, tanto magis plus prædicábant : et eo ámplius admirabántur, dicéntes : Bene ómnia fecit : et surdos fecit audíre, et mutos loqui. Credo.

*Offertoire.* Exaltábo te. 238.

**Secrète.**

RESPICE, Dómine, quæsumus, nostram propítius servitútem : ut quod offérimus, sit tibi munus accéptum, et sit nostræ fragilitátis subsídium. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*



**Postcommunion.**

SENTIAMUS, quæsumus Dómine, tui perceptióne sacraménti, subsídium mentis et córporis : ut in utróque salváti, cæléstis remédii plenitúdine gloriémur. Per Dóminum.

**2.** Mundet et múniat. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

A VÊPRES




## Le XII. Dimanche après la Pentecôte.

A LA MESSE






**Collecte.**

OMNIPOTENS et miséricors Deus, de cujus múnere venit, ut tibi a fidélibus tuis digne et laudabíliter serviátur : tríbue, quæsumus, nobis ; ut ad promissiónes tuas sine offensióne currámus. Per Dóminum nostrum.

**2.** A cunctis. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *2. Cor. 3.*

FRATRES : Fidúciam talem habémus per Christum ad Deum : non quod sufficiéntes simus cogitáre áliquid a nobis, quasi ex nobis ; sed sufficiéntia nostra ex Deo est : qui et idóneos nos fecit minístros novi testaménti ; non líttera, sed spíritu : líttera enim occídit, spíritus autem vivíficat. Quod si ministrátio mortis, lítteris deformáta in lapídibus, fuit in glória ; ita ut non possent inténdere fílii Israel in fáciem Móysi, propter glóriam vultus ejus, quæ evacuátur ; quómodo non magis ministrátio spíritus erit in glória ? Nam si ministrátio damnatiónis glória est : multo magis abúndat ministérium justítiæ in glória.






✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 10. d.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Beáti óculi, qui vident quæ vos vidétis. Dico enim vobis, quod multi prophétæ et reges voluérunt vidére quæ vos vidétis, et non vidérunt ; et audíre quæ audítis, et non audiérunt. Et ecce quidam legisperítus surréxit, tentans illum, et dicens : Magíster, quid faciéndo vitam ætérnam possidébo ? At ille dixit ad eum : In lege quid scriptum est ? quómodo legis ? Ille respóndens dixit : Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota ánima tua, et ex ómnibus víribus tuis, et ex omni mente tua : et próximum tuum sicut teípsum. Dixítque illi : Recte respondísti : hoc fac, et vives. Ille autem volens justificáre seípsum, dixit ad Jesum : Et quis est meus próximus ? Suscípiens autem Jesus, dixit : Homo quidam descendébat ab Jerúsalem in Jéricho, et íncidit in latrónes, qui étiam despoliavérunt eum : et plagis impósitis abiérunt, semivívo relícto. Accidit autem, ut sacérdos quidam descénderet eádem via : et viso illo, præterívit. Simíliter et levíta, cum esset secus locum, et vidéret eum, pertránsiit. Samaritánus autem quidam iter fáciens, venit secus eum : et videns eum, misericórdia motus est. Et apprópians, alligávit vúlnera ejus, infúndens óleum et vinum : et impónens illum in juméntum suum, duxit in stábulum, et curam ejus egit. Et áltera die prótulit duos denários, et dedit stabulário, et ait : Curam illíus habe : et quodcúmque supererogáveris, ego cum redíero, reddam tibi. Quis horum trium vidétur tibi próximus fuísse illi, qui íncidit in latrónes ? At ille dixit : Qui fecit misericórdiam in illum. Et ait illi Jesus : Vade, et tu fac simíliter. Credo.






**Secrète.**

Hostias, quæsumus Dómine, propítius inténde, quas sacris altáribus exhibémus : ut nobis indulgéntiam largiéndo, tuo nómini dent honórem. Per Dóminum nostrum.

2. Exáudi nos. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*






**Postcommunion.**

VIVIFICET nos, quæsumus Dómine, hujus participátio sancta mystérii : et páriter nobis expiatiónem tríbuat, et munímen. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

A VÊPRES




## Le XIII. Dimanche après la Pentecôte.

A LA MESSE









**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, da nobis fídei, spei et caritátis augméntum : et ut mereámur ássequi quod promíttis, fac nos amáre quod præcipis. Per Dóminum.

2. A cunctis. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas.** *Gal. 3. c.*

FRATRES : Abrahæ dictæ sunt promissiónes, et sémini ejus. Non dicit : Et semínibus, quasi in multis; sed quasi in uno : Et sémini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico : testaméntum confirmátum a Deo, quæ post quadringéntos et trigínta annos facta est lex, non írritum facit ad evacuándam promissiónem. Nam si ex lege hæréditas, jam non ex promissióne. Abrahæ autem per repromissiónem donávit Deus. Quid ígitur lex? Propter transgressiónes pósita est, donec veníret semen, cui promíserat, ordináta per Angelos in manu mediatóris. Mediátor autem unius non est : Deus autem unus est. Lex ergo advérsus promíssa Dei? Absit. Si enim data esset lex, quæ posset vivificáre, vere ex lege esset justítia. Sed conclúsit Scriptúra ómnia sub peccáto, ut promíssio ex fide Jesu Christi darétur credéntibus.

Grad. 5.




7.









✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 17. c.*

In illo témpore : Dum iret Jesus in Jerúsalem, transíbat per médiam Samaríam et Galilæam. Et cum ingrederétur quoddam castéllum, occurrérunt ei decem viri leprósi, qui stetérunt a longe; et levavérunt vocem dicéntes : Jesu præcéptor, miserére nostri. Quos ut vidit, dixit : Ite, osténdite vos sacerdótibus. Et factum est, dum irent, mundáti sunt. Unus autem ex illis, ut vidit quia mundátus est, regréssus est, cum magna voce magníficans Deum, et cécidit in fáciem ante pedes ejus, grátias agens : et hic erat Samarítanus. Respóndens autem Jesus, dixit : Nonne decem mundáti sunt? et novem ubi sunt? Non est invéntus qui redíret, et daret glóriam Deo, nisi hic alienígena. Et ait illi : Surge, vade ; quia fides tua te salvum fecit.

Credo.

Offert. 2.




**Secrète.**

Propitiare, Dómine, pópulo tuo, propitiáre munéribus : ut hac oblatióne placátus, et indulgéntiam nobis tríbuas, et postuláta concédas. Per Dóminum.

**2.** Exáudi nos. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

Comm. 5.





pó- rem su- a-vi- tá- tis.

**Postcommunion.**

SUMPTIS, Dómine, cæléstibus sacraméntis : ad redemptiónis ætérnæ, quæsumus, proficiámus augméntum. Per Dñum.

2. Mundet et múniat. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

A VÊPRES




## Le XIV. Dimanche après la Pentecôte.

A LA MESSE









**Collecte.**

CUSTODI, Dómine quæsumus, Ecclésiam tuam propitiatióne perpétua : et quia sine te lábitur humána mortálitas, tuis semper auxíliis et abstrahátur a nóxiis, et ad salutária dirigátur. Per Dóminum nostrum.

2. A cunctis. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas.** *Gal. 5.*

FRATRES : Spíritu ambuláte, et desidéria carnis non perficiétis. Caro enim concupíscit advérsus spíritum, spíritus autem advérsus carnem : hæc enim sibi ínvicem adversántur, ut non quæcúmque vultis, illa faciátis. Quod si spíritu ducímini, non estis sub lege. Manifésta sunt autem ópera carnis, quæ sunt fornicátio, immundítia, impudicítia, luxúria, idolórum sérvitus, veneficia, inimicítiæ, contentiónes, æmulatiónes, iræ, rixæ, dissensiónes, sectæ, invídiæ, homicídia, ebrietátes, comessatiónes, et his simília : quæ prædíco vobis, sicut prædíxi : quóniam, qui tália agunt, regnum Dei non consequéntur. Fructus autem Spíritus est : cáritas, gáudium, pax, patiéntia, benígnitas, bónitas, longanímitas, mansuetúdo, fides, modéstia, continéntia, cástitas. Advérsus hujúsmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixérunt cum vítiis et concupiscéntiis.






℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 6.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Nemo potest duóbus dóminis servíre : aut enim unum ódio habébit, et álterum díliget : aut unum sustinébit, et álterum contémnet. Non potéstis Deo servíre, et mammónæ. Ideo dico vobis, ne sollíciti sitis ánimæ vestræ quid manducétis, neque córpori vestro quid induámini. Nonne ánima plus est quam esca : et corpus plus quam vestiméntum ? Respícite volatília cæli, quóniam non serunt, neque metunt, neque cóngregant in hórrea : et Pater vester cæléstis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis ? Quis autem vestrum cógitans, potest adjícere ad statúram suam cúbitum unum ? Et de vestiménto quid sollíciti estis ? Consideráte lília agri quómodo crescunt : non labórant, neque nent. Dico autem vobis, quóniam nec Sálomon in omni glória sua coopértus est sicut unum ex istis. Si autem fœnum agri, quod hódie est, et cras in clíbanum míttitur, Deus sic vestit : quanto magis vos módicæ fídei ? Nolíte ergo sollíciti esse, dicéntes : Quid manducábimus, aut quid bibémus, aut quo operiémur ? Hæc enim ómnia gentes inquírunt. Scit enim Pater vester, quia his ómnibus indigétis. Quærite ergo primum regnum Dei, et justítiam ejus : et hæc ómnia adjiciéntur vobis.

Credo.






**Secrète.**

Concede nobis, Dómine quæsumus, ut hæc hóstia salutáris, et nostrórum fiat purgátio delictórum, et tuæ propitiátio potestátis. Per Dóminum nostrum.

**2.** Exáudi nos. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*




**Postcommunion.**

Purificent semper et múniant tua sacraménta nos, Deus : et ad perpétuæ ducant salvatiónis efféctum. Per Dñum.

**2.** Mundet et múniat. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

## A VÊPRES






# Le XV. Dimanche après la Pentecôte.

## A LA MESSE

Intr. I.




### Collecte.

Ecclesiam tuam, Dómine, miserátio continuáta mundet et múniat : et quia sine te non potest salva consístere, tuo semper múnere gubernétur. Per Dóminum.

2. A cunctis. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*



### Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas. *Gal. 5. d.*

Fratres : Si spíritu vívimus, spíritu et ambulémus. Non efficiámur inánis glóriæ cúpidi, ínvicem provocántes, ínvicem invidéntes. Fratres, et si præoccupátus fúerit homo in áliquo delícto, vos, qui spirituáles estis, hujúsmodi instrúite in spíritu lenitátis, considerans teípsum, ne et tu tentéris. Alter altérius ónera portáte, et sic adimplébitis legem Christi. Nam si quis exístimat se áliquid esse, cum nihil sit, ipse se sedúcit. Opus autem suum probet unusquísque, et sic in semetípso tantum glóriam habébit, et non in áltero. Unusquísque enim onus suum portábit. Commúnicet autem is, qui catechizátur verbo, ei qui se catechízat, in ómnibus bonis. Nolíte erráre Deus non irridétur. Quæ enim semináverit homo, hæc et metet. Quóniam qui séminat in carne sua, de carne et metet corruptiónem : qui autem séminat in spíritu, de spíritu metet vitam ætérnam. Bonum autem faciéntes, non deficiámus : témpore enim suo metémus, non deficiéntes. Ergo dum tempus habémus, operémur bonum ad omnes, máxime autem ad domésticos fídei.

Grad. 5.



7.




✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 7. b.*

In illo témpore : Ibat Jesus in civitátem, quæ vocátur Naim : et ibant cum eo discípuli ejus, et turba copiósa. Cum autem appropinquáret portæ civitátis, ecce defúnctus efferebátur fílius únicus matris suæ : et hæc vídua erat : et turba civitátis multa cum illa. Quam cum vidísset Dóminus, misericórdia motus super eam, dixit illi : Noli flere. Et accéssit, et tétigit lóculum. (Hi autem, qui portábant, stetérunt.) Et ait : Adoléscens, tibi dico, surge. Et resédit qui erat mórtuus, et cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ. Accépit autem omnes timor : et magnificábant Deum dicéntes : Quia prophéta magnus surréxit in nobis : et quia Deus visitávit plebem suam. Credo.









**Secrète.**

Tua nos, Dómine, sacraménta custódiant : et contra diabólicos semper tueántur incúrsus. Per Dóminum.

**2.** Exáudi nos. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

Comm. 1.




**Postcommunion.**

Mentes nostras, et córpora possídeat, quæsumus Dómine, doni cæléstis operátio : ut non noster sensus in nobis, sed júgiter ejus prævéniat efféctus. Per Dóminum.

**2.** Mundet et múniat. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

## A VÊPRES

A Magnificat Ant. 4. A




# Le XVI. Dimanche après la Pentecôte.

## A LA MESSE

Intr. 8.




P. R.




**Collecte.**

TUA nos, quæsumus Dómine, grátia semper et prævéniat et sequátur : ac bonis opéribus júgiter præstet esse inténtos. Per Dóminum nostrum.

**2.** A cunctis. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios.** *Ephes. 3. c.*

FRATRES : Obsecro vos, ne deficiátis in tribulatiónibus meis pro vobis : quæ est glória vestra. Hujus rei grátia flecto génua mea ad Patrem Dómini nostri Jesu Christi, ex quo omnis patérnitas in cælis et in terra nominátur, ut det vobis secúndum divítias glóriæ suæ, virtúte corroborári per Spíritum ejus in interiórem hóminem, Christum habitáre per fidem in córdibus vestris : in caritáte radicáti, et fundáti, ut possítis comprehéndere cum ómnibus sanctis, quæ sit latitúdo, et longitúdo, et sublímitas, et profúndum : scire étiam supereminéntem sciéntiæ caritátem Christi, ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei. Ei autem, qui potens est ómnia fácere superabundánter quam pétimus, aut intellígimus, secúndum virtútem, quæ operátur in nobis : ipsi glória in Ecclésia, et in Christo Jesu, in omnes generatiónes sæculi sæculórum. Amen.

*Graduel.* Timébunt gentes. 211.









✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 14.*

IN illo témpore : Cum intráret Jesus in domum cujúsdam príncipis pharisæórum sábbato manducáre panem, et ipsi observábant eum. Et ecce homo quidam hydrópicus erat ante illum. Et respóndens Jesus, dixit ad legisperítos et pharisæos, dicens : Si licet sábbato curáre? At illi tacuérunt. Ipse vero apprehénsum sanávit eum ac dimísit. Et respóndens ad illos, dixit : Cujus vestrum ásinus, aut bos in púteum cadet, et non contínuo éxtrahet illum die sábbati? Et non póterant ad hæc respondére illi. Dicébat autem et ad invitátos parábolam, inténdens quómodo primos accúbitus elígerent, dicens ad illos : Cum invitátus fúeris ad núptias, non discúmbas in primo loco, ne forte honorátior te sit invitátus ab illo, et véniens is, qui te et illum vocávit, dicat tibi : Da huic locum : et tunc incípias cum rubóre novíssimum locum tenére. Sed cum vocátus fúeris, vade, recúmbe in novíssimo loco : ut, cum vénerit qui te invitávit, dicat tibi : Amíce, ascénde supérius. Tunc erit tibi glória coram simul discumbéntibus : quia omnis qui se exáltat, humiliábitur : et qui se humíliat, exaltábitur.

Credo.






**Secrète.**

MUNDA nos, quæsumus Dómine, sacrifícii præséntis efféctu : et pérfice miserátus in nobis ; ut ejus mereámur esse partícipes. Per Dóminum nostrum.

2. Exáudi nos. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*




**Postcommunion.**

PURIFICA, quæsumus Dómine, mentes nostras benígnus, et rénova cæléstibus sacraméntis : ut consequénter et córporum præsens páriter, et futúrum capiámus auxílium. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

A VÊPRES









## Le XVII. Dimanche après la Pentecôte.

A LA MESSE




**Collecte.**

DA, quæsumus Dómine, pópulo tuo diabólica vitáre contágia : et te solum Deum pura mente sectári. Per Dóminum.

2. A cunctis. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios.** *Ephes. 4.*

FRATRES : Obsecro vos ego vinctus in Dómino, ut digne ambulétis vocatióne, qua vocáti estis, cum omni humilitáte et mansuetúdine, cum patiéntia, supportántes ínvicem in caritáte, sollíciti serváre unitátem spíritus in vínculo pacis. Unum corpus, et unus spíritus, sicut vocáti estis in una spe vocatiónis vestræ. Unus Dóminus, una fides, unum baptísma. Unus Deus, et Pater ómnium, qui est super omnes, et per ómnia, et in ómnibus nobis. Qui est benedictus in sæcula sæculórum. Amen.

Grad. 1.






✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth.* 22.

In illo témpore : Accessérunt ad Jesum pharisæi : et interrogávit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum : Magíster, quod est mandátum magnum in lege? Ait illi Jesus : Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota ánima tua, et in tota mente tua. Hoc est máximum et primum mandátum. Secúndum autem símile est huic : Díliges próximum tuum, sicut teípsum. In his duóbus mandátis univérsa lex pendet, et prophétæ. Congregátis autem pharisæis, interrogávit eos Jesus, dicens : Quid vobis vidétur de Christo? cujus fílius est? Dicunt ei : David. Ait illis : Quómodo ergo David in spíritu vocat eum Dóminum, dicens : Dixit Dóminus Dómino meo : Sede a dextris meis, donec ponam inimícos tuos scabéllum pedum tuórum. Si ergo David vocat eum Dóminum, quómodo fílius ejus est? Et nemo póterat ei respondére verbum : neque ausus fuit quisquam ex illa die eum ámplius interrogáre.

Credo.

Offert. 4.




**Secrète.**

Majestatem tuam, Dómine, supplíciter deprecámur : ut hæc sancta, quæ gérimus, et a prætéritis nos delíctis éxuant, et futúris. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

Comm. 2.




**Postcommunion.**

SANCTIFICATIONIBUS tuis, omnípotens Deus, et vítia nostra curéntur, et remédia nobis ætérna provéniant. Per Dñum.

2. Mundet et múniat. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

A VÊPRES

A Magnificat Ant. 4. E






# Le XVIII. Dimanche après la Pentecôte.

A LA MESSE

Intr. 1.




**Collecte.**

DIRIGAT corda nostra, quæsumus Dómine, tuæ miseratiónis operátio : quia tibi sine te placére non póssumus. Per Dñum.

2. A cunctis. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *1. Cor. 1.*

FRATRES : Grátias ago Deo meo semper pro vobis in grátia Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu : quod in ómnibus dívites facti estis in illo, in omni verbo, et in omni sciéntia : sicut testimónium Christi confirmátum est in vobis : ita ut nihil vobis desit in ulla grátia, exspectántibus revelatiónem Dómini nostri Jesu Christi, qui et confirmábit vos usque in finem sine crímine, in die advéntus Dómini nostri Jesu Christi.

*Graduel.* Lætátus sum. 259.

1.






℣ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. *Matth. 9.*

In illo témpore : Ascéndens Jesus in navículam, transfretávit, et venit in civitátem suam. Et ecce offerébant ei paralýticum jacéntem in lecto. Et videns Jesus fidem illórum, dixit paralýtico : Confíde, fili, remittúntur tibi peccáta tua. Et ecce quidam de scribis dixérunt intra se : Hic blasphémat. Et cum vidísset Jesus cogitatiónes eórum, dixit : Ut quid cogitátis mala in córdibus vestris ? Quid est facílius, dícere : Dimittúntur tibi peccáta tua ; an dícere : Surge, et ámbula ? Ut autem sciátis, quia Fílius hóminis habet potestátem in terra dimitténdi peccáta, tunc ait paralýtico : Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam. Et surréxit, et ábiit in domum suam. Vidéntes autem turbæ timuérunt, et glorificavérunt Deum, qui dedit potestátem talem homínibus. Credo.









Secrète.

Deus, qui nos per hujus sacrifícii veneránda commércia, uníus summæ divinitátis partícipes éfficis : præsta, quæsumus ; ut sicut tuam cognóscimus veritátem, sic eam dignis móribus assequámur. Per Dóminum.

2. Exáudi nos. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*




Postcommunion.

Gratias tibi referímus, Dómine, sacro múnere vegetáti : tuam misericórdiam deprecántes ; ut dignos nos ejus participatióne perfícias. Per Dóminum.

2. Mundet et múniat. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

## A VÊPRES



# Le XIX. Dimanche après la Pentecôte.

## A LA MESSE

Intr. 4.




**Collecte.**

OMNIPOTENS et miséricors Deus, univérsa nobis adversántia propitiátus exclúde : ut mente et córpore páriter expediti, quæ tua sunt, líberis méntibus exsequámur. Per Dóminum.

2. A cunctis. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios.** *Ephes. 4. c.*

FRATRES : Renovámini spíritu mentis vestræ, et indúite novum hóminem, qui secúndum Deum creátus est in justítia, et sanctitáte veritátis. Propter quod deponéntes mendácium, loquímini veritátem unusquísque cum próximo suo : quóniam sumus ínvicem membra. Irascímini, et nolíte peccáre : sol non



óccidat super iracúndiam vestram. Nolíte locum dare diábolo : qui furabátur, jam non furétur ; magis autem labóret, operándo mánibus suis, quod bonum est, ut hábeat unde tríbuat necessitátem patiénti.

Grad. 7.




2.




✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 22.*

IN illo témpore : Loquebátur Jesus princípibus sacerdótum et pharisæis in parábolis, dicens : Símile factum est regnum cælórum hómini regi, qui fecit núptias fílio suo. Et misit ser-

vos suos vocáre invitátos ad núptias, et nolébant veníre. Iterum misit álios servos, dicens : Dícite invitátis : Ecce prándium meum parávi, tauri mei et altília occísa sunt, et ómnia paráta : veníte ad núptias. Illi autem neglexérunt et abiérunt, álius in villam suam, álius vero ad negotiatiónem suam ; réliqui vero tenuérunt servos ejus, et contuméliis afféctos occidérunt. Rex autem cum audísset, irátus est ; et missis exercítibus suis, pérdidit homicídas illos, et civitátem illórum succéndit. Tunc ait servis suis : Núptiæ quidem parátæ sunt, sed qui invitáti erant, non fuérunt digni. Ite ergo ad éxitus viárum, et quoscúmque invenéritis, vocáte ad núptias. Et egréssi servi ejus in vias, congregavérunt omnes, quos invenérunt, malos et bonos, et implétæ sunt núptiæ discumbéntium. Intrávit autem rex, ut vidéret discumbéntes, et vidit ibi hóminem non vestítum veste nuptiáli. Et ait illi : Amíce, quómodo huc intrásti, non habens vestem nuptiálem ? At ille obmútuit. Tunc dixit rex minístris : Ligátis mánibus et pédibus ejus, míttite eum in ténebras exterióres : ibi erit fletus, et stridor déntium. Multi enim sunt vocáti, pauci vero elécti. Credo.

Offert. 8.




**Secrète.**

HÆC múnera, quæsumus Dómine, quæ óculis tuæ majestátis offérimus, salutária nobis esse concéde. Per Dóminum.

**2.** Exáudi nos. 210. **3.** *au choix du Prêtre.*



Comm. 5.




**Postcommunion.**

TUA nos, Dómine, medicinális operátio, et a nostris perversitátibus cleménter expédiat, et tuis semper fáciat inhærére mandátis. Per Dóminum nostrum.

**2.** Mundet et múniat. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

A VÊPRES

A Magnificat Ant. 3. à




## Le XX. Dimanche après la Pentecôte.

A LA MESSE

Intr. 3.






**Collecte.**

LARGIRE, quæsumus Domine, fidélibus tuis indulgéntiam plácatus, et pacem : ut páriter ab ómnibus mundéntur offénsis, et secúra tibi mente desérviant. Per Dóminum nostrum.

2. A cunctis. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios.** *Ephes. 5. d.*

FRATRES : Vidéte quómodo caute ambulétis : non quasi insipiéntes, sed ut sapiéntes, rediméntes tempus, quóniam dies mali sunt. Proptérea nolíte fíeri imprudéntes, sed intelligéntes, quæ sit volúntas Dei. Et nolíte inebriári vino, in quo est luxúria : sed implémini Spíritu Sancto, loquéntes vobismetípsis in psalmis, et hymnis, et cánticis spirituálibus, cantántes, et psalléntes in córdibus vestris Dómino : grátias agéntes semper pro ómnibus, in nómine Dómini nostri Jesu Christi, Deo et Patri. Subjécti ínvicem in timóre Christi.

*Graduel.* Oculi ómnium. 483.









℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 4. f.*

IN illo témpore : Erat quidam régulus, cujus fílius infirmabátur Caphárnaum. Hic cum audísset, quia Jesus adveníret a Judæa in Galilæam, ábiit ad eum, et rogábat eum ut descénderet, et sanáret fílium ejus : incipiébat enim mori. Dixit ergo Jesus ad eum : Nisi signa et prodígia vidéritis, non créditis. Dicit ad eum régulus : Dómine, descénde priúsquam moriátur fílius meus. Dicit ei Jesus : Vade, fílius tuus vivit. Crédidit homo sermóni, quem dixit ei Jesus, et ibat. Jam autem eo descendénte, servi occurrérunt ei, et nuntiavérunt dicéntes, quia fílius ejus víveret. Interrogábat ergo horam ab eis, in qua mélius habúerit. Et dixérunt ei : Quia heri hora séptima relíquit eum febris. Cognóvit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Jesus : Fílius tuus vivit : et crédidit ipse, et domus ejus tota. Credo.



Secrète.

CÆLESTEM nobis præbeant hæc mystéria, quæsumus Dómine, medicínam : et vítia nostri cordis expúrgent. Per Dñum.

2. Exáudi nos. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

Comm. 4.




Postcommunion.

UT sacris, Dómine, reddámur digni munéribus : fac nos, quæsumus, tuis semper obedíre mandátis. Per Dóminum.

2. Mundet et múniat. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

A VÊPRES

A Magnificat Ant. 3. á




## Le XXI. Dimanche après la Pentecôte.

A LA MESSE

Intr. 4.









Collecte.

FAMILIAM tuam, quæsumus Dómine, contínua pietáte custódi : ut a cunctis adversitátibus, te protegénte, sit líbera ; et in bonis áctibus tuo nómini sit devóta. Per Dóminum.

2. A cunctis. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios.** *Ephes. 6. b.*

FRATRES : Confortámini in Dómino, et in poténtia virtútis ejus. Indúite vos armatúram Dei, ut possítis stare advérsus insídias diáboli. Quóniam non est nobis colluctátio advérsus carnem et sánguinem : sed advérsus príncipes et potestátes, advérsus mundi rectóres tenebrárum harum, contra spirituália nequítiæ, in cæléstibus. Proptérea accípite armatúram Dei, ut possítis resístere in die malo, et in ómnibus perfécti stare. State ergo succíncti lumbos vestros in veritáte, et indúti lorícam justítiæ, et calceáti pedes in præparatióne Evangélii pacis : in ómnibus suméntes scutum fídei, in quo possítis ómnia tela nequíssimi ígnea exstínguere : et gáleam salútis assúmite : et gládium spíritus, quod est verbum Dei.

Grad. 2.




2.









✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 18.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc : Assimilátum est regnum cælórum hómini regi, qui vóluit ratiónem pónere cum servis suis. Et cum cœpísset ratiónem pónere, oblátus est ei unus, qui debébat ei decem míllia talénta. Cum autem non habéret unde rédderet, jussit eum dóminus ejus venúmdari, et uxórem ejus, et fílios, et ómnia quæ habébat, et reddi. Prócidens autem servus ille, orábat eum, dicens : Patiéntiam habe in me, et ómnia reddam tibi. Misértus autem dóminus servi illíus, dimísit eum, et débitum dimísit ei. Egréssus autem servus ille, invénit unum de consérvis suis, qui debébat ei centum denários : et tenens suffocábat eum, dicens : Redde quod debes. Et prócidens consérvus ejus, rogábat eum, dicens : Patiéntiam habe in me, et ómnia reddam tibi. Ille autem nóluit : sed ábiit, et misit eum in cárcerem, donec rédderet débitum. Vidéntes autem consérvi ejus quæ fiébant, contristáti sunt valde : et venérunt, et narravérunt dómino suo ómnia, quæ facta fúerant. Tunc vocávit illum dóminus suus, et ait illi : Serve nequam, omne débitum dimísi tibi, quóniam rogásti me : nonne ergo opórtuit et te miseréri consérvi tui, sicut et ego tui misértus sum? Et irátus dóminus ejus, trádidit eum tortóribus, quoadúsque rédderet univérsum débitum. Sic et Pater meus cæléstis fáciet vobis, si non remiséritis unusquísque fratri suo de córdibus vestris. Credo.

Offert. 2.






**Secrète.**

SUSCIPE, Dómine, propítius hóstias : quibus et te placári voluísti, et nobis salútem poténti pietáte restítui. Per Dóminum nostrum.

**2.** Exáudi nos. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*




**Postcommunion.**

IMMORTALITATIS alimóniam consecúti, quæsumus Dómine : ut quod ore percépimus, pura mente sectémur. Per Dñum.

**2.** Mundet et múniat. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

A VÊPRES









# Le XXII. Dimanche après la Pentecôte.

A LA MESSE




**Collecte.**

DEUS, refúgium noster et virtus : adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus, auctor ipse pietátis, et præsta ; ut, quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Dóminum.

**2.** A cunctis. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Philippenses.** *Phil. 1.*

FRATRES : Confídimus in Dómino Jesu, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perfíciet usque in diem Christi Jesu. Sicut est mihi justum hoc sentíre pro ómnibus vobis : eo quod hábeam vos in corde, et in vínculis meis, et in defensióne, et confirmatióne Evangélii sócios gáudii mei omnes vos esse. Testis enim mihi est Deus, quómodo cúpiam omnes vos in viscéribus Jesu Christi. Et hoc oro, ut cáritas vestra magis ac magis abúndet in sciéntia, et in omni sensu : ut probétis potióra, ut sitis sincéri, et sine offénsa in diem Christi, repléti fructu justítiæ per Jesum Christum in glóriam et laudem Dei.

Grad. 1.









✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 22.*

IN illo témpore : Abeúntes pharisæi consílium iniérunt, ut cáperent Jesum in sermóne. Et mittunt ei discípulos suos cum Herodiánis, dicéntes : Magíster, scimus quia verax es, et viam Dei in veritáte doces, et non est tibi cura de áliquo : non enim réspicis persónam hóminum : dic ergo nobis quid tibi vidétur, licet censum dare Cæsari, an non? Cógnita autem Jesus nequítia córum, ait : Quid me tentátis, hypócritæ? Osténdite mihi numísma census. At illi obtulérunt ei denárium. Et ait illis Jesus : Cujus est imágo hæc, et superscríptio? Dicunt ei : Cæsaris. Tunc ait illis : Réddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari; et quæ sunt Dei, Deo. Credo.

Offert. 1.




**Secrète.**

DA, misércors Deus : ut hæc salutáris oblátio, et a própriis nos reátibus indesinénter expédiat, et ab ómnibus tueátur advérsis. Per Dóminum.

**2.** Exáudi nos. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

Comm. 8.




**Postcommunion.**

SUMPSIMUS, Dómine, sacri dona mystérii, humíliter deprecántes : ut quæ in tui commemoratiónem nos fácere præcepísti, in nostræ proficiant infirmitátis auxílium : Qui vivis.

**2.** Mundet et múniat. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

A VÊPRES

A Magnificat Ant. 1. g




## Le XXIII. Dimanche après la Pentecôte.

*Si ce Dimanche est le dernier après la Pentecôte, au lieu de l'Office qui suit on dit celui du XXIV. Dimanche,* 574.

A LA MESSE

Intr. 6.









**Collecte.**

ABSOLVE, quæsumus Dómine, tuórum delícta populórum : ut a peccatórum néxibus, quæ pro nostra fragilitáte contráximus, tua benignitáte liberémur. Per Dóminum.

**2.** A cunctis. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Philippenses.** *Phil. 3.*

FRATRES : Imitatóres mei estóte et observáte eos, qui ita ámbulant, sicut habétis formam nostram. Multi enim ámbulant, quos sæpe dicébam vobis (nunc autem et flens dico) inimícos crucis Christi : quorum finis intéritus : quorum Deus venter est : et glória in confusióne ipsórum, qui terréna sápiunt. Nostra autem conversátio in cælis est : unde étiam Salvatórem exspectámus Dóminum nostrum Jesum Christum, qui reformábit corpus humilitátis nostræ, configurátum córpori claritátis suæ, secúndum operatiónem, qua étiam possit subjícere sibi ómnia. Itaque, fratres mei caríssimi et desideratíssimi, gáudium meum, et coróna mea : sic state in Dómino, caríssimi. Evódiam rogo, et Sýntychen déprecor idípsum sápere in Dómino. Etiam rogo et te, germáne compar, ádjuva illas, quæ mecum laboravérunt in Evangélio cum Cleménte, et céteris adjutóribus meis, quorum nómina sunt in libro vitæ.

Grad. 7.



Comm. 8.




**Postcommunion.**

SUMPSIMUS, Dómine, sacri dona mystérii, humíliter deprecántes : ut quæ in tui commemoratiónem nos fácere præcepísti, in nostræ proficiant infirmitátis auxílium : Qui vivis.

**2.** Mundet et múniat. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

A VÊPRES

A Magnificat Ant. 1. g




## Le XXIII. Dimanche après la Pentecôte.

*Si ce Dimanche est le dernier après la Pentecôte, au lieu de l'Office qui suit on dit celui du XXIV. Dimanche,* 574.

A LA MESSE

Intr. 6.









**Collecte.**

ABSOLVE, quæsumus Dómine, tuórum delícta populórum : ut a peccatórum néxibus, quæ pro nostra fragilitáte contráximus, tua benignitáte liberémur. Per Dóminum.

**2.** A cunctis. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Philippenses.** *Phil. 3.*

FRATRES : Imitatóres mei estóte et observáte eos, qui ita ámbulant, sicut habétis formam nostram. Multi enim ámbulant, quos sæpe dicébam vobis (nunc autem et flens dico) inimícos crucis Christi : quorum finis intéritus : quorum Deus venter est : et glória in confusióne ipsórum, qui terréna sápiunt. Nostra autem conversátio in cælis est : unde étiam Salvatórem exspectámus Dóminum nostrum Jesum Christum, qui reformábit corpus humilitátis nostræ, configurátum córpori claritátis suæ, secúndum operatiónem, qua étiam possit subjícere sibi ómnia. Itaque, fratres mei carissimi et desideratíssimi, gáudium meum, et coróna mea : sic state in Dómino, carissimi. Evódiam rogo, et Sýntychen déprecor idípsum sápere in Dómino. Etiam rogo et te, germáne compar, ádjuva illas, quæ mecum laboravérunt in Evangélio cum Cleménte, et céteris adjutóribus meis, quorum nómina sunt in libro vitæ.

Grad. 7.






℣ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. *Matth. 9.*

In illo témpore : Loquénte Jesu ad turbas, ecce princeps unus accéssit, et adorábat eum, dicens : Dómine, fília mea modo defúncta est : sed veni, impóne manum tuam super eam, et vivet. Et surgens Jesus sequebátur eum, et discípuli ejus. Et ecce múlier, quæ sánguinis fluxum patiebátur duódecim annis, accéssit retro, et tétigit fímbriam vestiménti ejus. Dicébat enim intra se : Si tetígero tantum vestiméntum ejus, salva ero. At Jesus convérsus, et videns eam, dixit : Confíde fília, fides tua te salvam fecit. Et salva facta est múlier ex illa hora. Et cum venísset Jesus in domum príncipis, et vidísset tibícines, et turbam tumultuántem, dicébat : Recédite : non est enim mórtua puélla, sed dormit. Et deridébant eum. Et cum ejécta esset turba, intrávit, et ténuit manum ejus. Et surréxit puélla. Et éxiit fama hæc in univérsam terram illam. Credo.






**Secrète.**

Pro nostræ servitútis augménto sacrifícium tibi, Dómine, laudis offérimus : ut quod imméritis contulísti, propítius exsequáris. Per Dóminum nostrum.

2. Exáudi nos. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*




**Postcommunion.**

Quæsumus, omnípotens Deus : ut quos divína tríbuis participatióne gaudére, humánis non sinas subjacére perículis. Per Dóminum nostrum.

2. Mundet et múniat. 210. — 3. *au choix du Prêtre.*

## A VÊPRES



¶ *S'il y a plus de 24 Dimanches après la Pentecôte, l'Introït, le Graduel, l'Offertoire et la Communion à tous ces Dimanches se disent toujours comme au vingt-troisième. Le reste (Oraisons, Épître, Évangile et Antienne à Magnificat) se prend aux Dimanches qui ont été omis après l'Épiphanie, et dans l'ordre suivant :*

*S'il y a 25 Dimanches après la Pentecôte, le XXIV. Dimanche après la Pentecôte sera le VI. après l'Épiphanie.*

*S'il y en a 26, le XXIV. Dimanche sera le V. après l'Épiphanie, et le XXV., le VI.*

*S'il y en a 27, le XXIV. Dimanche sera le IV. après l'Épiphanie, le XXV., le V., et le XXVI., le VI.*

*S'il y en a 28, le XXIV. Dimanche sera le III. après l'Épiphanie, le XXV., le IV., le XXVI., le V., et le XXVII., le VI.*

*L'Office du XXIV. Dimanche, ci-dessous, se dit toujours le Dimanche qui précède l'Avent.*

---

# Le XXIV. Dimanche après la Pentecôte.

## A LA MESSE

*Tout comme au XXIII. Dimanche, 570, excepté :*

**Collecte.**

EXCITA, quæsumus Dómine, tuórum fidélium voluntátes : ut divíni óperis fructum propénsius exsequéntes, pietátis tuæ remédia majóra percípiant. Per Dóminum nostrum.

**2.** A cunctis. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Colossenses.** *Col. 1. b.*

FRATRES : Non cessámus pro vobis oránte et postulántes, ut impleámini agnitióne voluntátis Dei, in omni sapiéntia et intelléctu spirituáli : ut ambulétis digne Deo per ómnia placéntes : in omni ópere bono fructificántes, et crescéntes in sciéntia Dei : in omni virtúte confortáti secúndum poténtiam claritátis ejus, in omni patiéntia, et longanimitáte cum gáudio, grátias agéntes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctórum in lúmine : qui erípuit nos de potestáte tenebrárum, et tránstulit in regnum Fílii dilectiónis suæ ; in quo habémus redemptiónem per sánguinem ejus, remissiónem peccatórum.

℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 24.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Cum vidéritis abominatiónem desolatiónis, quæ dicta est a Daniéle prophéta, stantem in loco sancto : qui legit, intélligat : tunc qui in Judæa sunt, fúgiant ad montes : et qui in tecto, non descéndat tóllere áliquid de domo sua : et qui in agro, non revertátur tóllere túnicam suam. Væ autem prægnántibus, et nutriéntibus in illis diébus. Oráte autem, ut non fiat fuga vestra in



hieme, vel sábbato. Erit enim tunc tribulátio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet. Et nisi breviáti fuíssent dies illi, non fieret salva omnis caro : sed propter eléctos breviabúntur dies illi. Tunc si quis vobis díxerit : Ecce hic est Christus, aut illic : nolíte crédere. Surgent enim pseudochristi, et pseudoprophétæ, et dabunt signa magna, et prodígia, ita ut in errórem inducántur (si fieri potest) étiam elécti. Ecce prædixi vobis. Si ergo díxerint vobis : Ecce in desérto est, nolíte exíre ; ecce in penetrálibus, nolíte crédere. Sicut enim fulgur exit ab Oriénte, et paret usque in Occidéntem : ita erit et advéntus Fílii hóminis. Ubicúmque fúerit corpus, illic congregabúntur et áquilæ. Statim autem post tribulatiónem diérum illórum sol obscurábitur, et luna non dabit lumen suum, et stellæ cadent de cælo, et virtútes cælórum commovebúntur : et tunc parébit signum Fílii hóminis in cælo : et tunc plangent omnes tribus terræ : et vidébunt Fílium hóminis veniéntem in núbibus cæli cum virtúte multa, et majestáte. Et mittet Angelos suos cum tuba, et voce magna : et congregábunt eléctos ejus a quátuor ventis, a summis cælórum usque ad términos eórum. Ab árbore autem fici díscite parábolam : cum jam ramus ejus tener fúerit, et fólia nata, scitis quia prope est æstas : ita et vos, cum vidéritis hæc ómnia, scitóte quia prope est in jánuis. Amen dico vobis, quia non prætéribit generátio hæc, donec ómnia hæc fiant. Cælum et terra transíbunt, verba autem mea non prætéribunt. Credo.

**Secrète.**

PROPITIUS esto, Dómine, supplicatiónibus nostris : et pópuli tui oblatiónibus, precibúsque suscéptis, ómnium nostrum ad te corda convérte ; ut a terrénis cupiditátibus liberáti, ad cæléstia desidéria transeámus. Per Dóminum nostrum.

**2.** Exáudi nos. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

**Postcommunion.**

CONCEDE nobis, quæsumus Dómine : ut per hæc sacraménta quæ súmpsimus, quidquid in nostra mente vitiósum est, ipsórum medicatiónis dono curétur. Per Dóminum nostrum.

**2.** Mundet et múniat. 210. — **3.** *au choix du Prêtre.*

## A VÊPRES






*Les Offices suivants des Dimanches après l'Épiphanie s'intercallent, suivant le besoin, entre le XXIII. et le XXIV. Dimanche après la Pentecôte, ainsi qu'il a été expliqué dans la Rubrique, ci-dessus,* 574.

## Le III. Dimanche après l'Épiphanie.

*L'Introït, Graduel, Offertoire et Communion, comme au XXIII. Dimanche après la Pentecôte, ci-dessus,* 570.

*Les Oraisons, Épître, Évangile et Antienne à Magnificat, comme au III. Dimanche après l'Épiphanie,* 211-213.

*2. Oraison.* A cunctis. 210. *3. au choix du Prêtre.*

## Le IV. Dimanche après l'Épiphanie.

*L'Introït, Graduel, Offertoire et Communion,* 570.

*Les Oraisons, Épître, Évangile et Antienne à Magnificat, comme au IV. Dimanche après l'Épiphanie,* 213-214.

## Le V. Dimanche après l'Épiphanie.

*L'Introït, Graduel, Offertoire et Communion,* 570.

*Les Oraisons, Épître, Évangile et Antienne à Magnificat comme au V. Dimanche après l'Épiphanie,* 214-215.

## Le VI. Dimanche après l'Épiphanie.

*L'Introït, Graduel, Offertoire et Communion,* 570.

*Les Oraisons, Épître, Évangile et Antienne à Magnificat, comme au VI. Dimanche après l'Épiphanie,* 216-217.

¶ **Le XXVIII. et dernier Dimanche après la Pentecôte,** *on dit l'Office du XXIV. Dimanche,* 574.

# COMMUN DES SAINTS

## COMMUN
## DES APOTRES ET DES ÉVANGÉLISTES
### HORS LE TEMPS PASCAL
### AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.





ipsi De- um vi-débunt. E u o u a e.

5. Ant. 2. D



I N pa-ti- énti- a vestra possidébi-tis ánimas ve-



stras. E u o u a e.

Capitule. *Ephes. 2. d.*

FRATRES : Jam non estis hóspites et ádvenæ : sed estis cives sanctórum et doméstici Dei : superædificáti super fundaméntum Apostolórum et Prophetárum, ipso summo angulári lápide Christo Jesu. ℟. Deo grátias.

Hymn. 1.



E X-súltet orbis gáudi- is, Cæ-lum resúltet láudi-



bus : Aposto-lórum glóri- am Tellus et astra cónci-



nunt. 2. Vos sæcu-lórum júdi-ces, Et ve-ra mundi lú-



mi-na : Vo-tis precámur córdi- um, Audí-te vo- ces súp-



pli-cum. 3. Qui templa cæ-li cláudi-tis, Se-rásque verbo



sólvi-tis, Nos a re-átu nóxi- os Solvi ju-bé- te, quæ-



sumus. 4. Præcépta quorum pró-ti-nus Languor salúsque





sénti- unt : Sanáte mentes lángui-das Augé-te nos vir-



tú-tibus. 5. Ut, cum red-íbit árbi-ter In fi-ne Chri-



stus sæcu-li, Nos sempitérni gáudi- i Concédat cs-se



cómpo-tes. 6. Patri, simúlque Fí- li- o, Ti-bíque Sancte



Spí-ri- tus, Sicut fu- it, sit júgi-ter Sæclum per omne



gló-ri- a. Amen.

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba córum.

A Magnificat Ant. 1. f



T Radent enim vos in concí- li- is, et in synagó-



gis su- is flagellábunt vos, et ante reges et præ-si-des du-



cémi- ni pro- pter me, in testimóni- um illis et génti-



bus. E u o u a e.

*Oraison propre.*

Ton de l'Hymne à Complies.

8.



T E lucis ante tér-minum, Rerum Cre-á-tor pósci-



mus, Ut pro tu-a cleménti- a Sis præsul et custó- di- a.

¶ **Les Messes des Apôtres et des Évangélistes** *se trouvent en leurs lieux, au Propre des Saints.*

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Dixit Dñus. 63. — **2.** Laudáte púeri. 64. — **3.** Crédidi. 85. — **4.** In converténdo. 86. — **5.** Dómine probásti me. 88.

1. Ant. 8. G



J U-rávit Dóminus, et non pæni-té-bit e-um :



Tu es sacérdos in ætérnum. E u o u a e.

2. Ant. 8. c



C Ollo-cet e-um Dóminus cum princí-pibus pópu-li



su- i. E u o u a e.

3. Ant. 7. a



D Irupísti Dómine víncu-



la me- a : ti-bi sacri- ficábo hósti- am laudis. E u o u a e.

4. Ant. 8. c



E - úntes i- bant et flebant, mitténtes sémina su- a.



E u o u a e.

5. Ant. 7. ç



C Onfortá- tus est princi-pá- tus e-





ó- rum, et honorá-ti sunt amíci tu- i De-us. E u o u a e.

*Capitule et Hymne des I. Vêpres,* 578.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei. ℟. Et facta ejus intellexérunt.

A Magnificat Ant. 1. a



E -stóte fortes in bello, et pugná-te cum an-



tíquo serpénte : et ac-cipi- é-tis regnum * ætérnum, alle-



lú-ia. E u o u a e. *Après la Sept.* * ætérnum.



COMMUN

# DES APOTRES ET DES ÉVANGÉLISTES

### AU TEMPS PASCAL

## AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

1. Ant. 8. G



S Ancti tu- i Dómine florébunt sic-ut lí- li- um,



alle-lú-ia : et sicut odor bálsami e- runt ante te, al-



le-lú-ia. E u o u a e.

2. Ant. 7. a



I N cæléstibus regnis



sanctórum habi-tá-ti- o est, alle-lú-ia : et in ætérnum ré-



qui- es e- ó-rum, alle-lú-ia. E u o u a e.

8. Ant.
2. D



IN ve-laménto clamá-bant sancti tu- i Dómine,



alle- lú-ia, alle-lú- ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

4. Ant.
8. G



SPí-ri-tus et ánimæ justórum, hymnum dí-ci-te De-o



nostro, alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Ant.
2. D



FUlgébunt justi sic- ut sol in conspéctu De-



i, alle-lú-ia. E u o u a e.

**Capitule.** *Sap. 5.*

STABUNT justi in magna constántia advérsus eos qui se angustiavérunt, et qui abstulérunt labóres córum.

Hymn. 3.



TRi-stes erant Apó-sto-li De Christi acérbo fúne-



re, Quem morte crude-líssima Servi ne-cá-rant ímpi- i.



2. Sermóne verax Ange-lus Mulié-ribus prædíxerat : Mox





ore Christus gáudi- um Gregi fe-ret fidé- li- um. 3. Ad án-



xi- os Apósto-los Currunt sta-tim dum núnti- æ, Illæ mi-



cántis óbvi- a Christi tenent vestí-gi- a. 4. Ga-li-lǽæ ad al-



ta mónti- um Se cónferunt Apósto-li, Jesúque, vo-ti



cómpotes, Almo be- ántur lúmine. 5. Ut sis perénne mén-



tibus Paschá-le Jesu gáudi- um : A morte di-ra críminum



Vitæ renā-tos lí-be-ra. 6. De- o Patri sit gló- ri- a, Et Fí-



li- o, qui a mórtu- is Surréxit, ac Paráclí-to, In sempi-



térna sæ-cu-la. Amen.

*Ainsi se chantent et se terminent toutes les Hymnes du même mètre aux Vêpres des Fêtes des Saints, jusqu'à l'Ascension, à moins d'indication contraire. De l'Ascension à la Pentecôte, elles se chantent sur le ton de l'Hymne* Salútis humánæ. 450. *avec la doxologie :* Jesu tibi sit glória, Qui victor in cælum redis. 452.

℣. Sancti et justi in Dómino gaudéte, allelúia.
℟. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allelúia.

A Magnificat Ant. 4. E




¶ A Complies, *l'Hymne se chante sur le ton Pascal,* 75.

## AUX II. VÊPRES

*Antiennes des I. Vêpres,* 581.

*Psaumes.* 1. Dixit Dñus. 63. — 2. Laudáte púeri. 64. — 3. Crédidi. 85. — 4. In converténdo. 86. — 5. Dómine probásti me. 88.

*Capitule et Hymne des I. Vêpres,* 582.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia.
℟. Mors sanctórum ejus, allelúia.

A Magnificat Ant. 8. G




# COMMUN D'UN MARTYR

### HORS LE TEMPS PASCAL

## AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

1. Ant. 1. f






2. Ant. 3. à




8. Ant. 1. f




4. Ant. 1. f




5. Ant. 1. a




**Capitule.** *Jac. 1. b.*

BEATUS vir qui suffert tentatiónem : quóniam cum probátus fúerit, accípiet corónam vitæ, quam repromísit Deus diligéntibus se.

Hymn. 8.





2. Hic nempe mundi gáudi- a, Et blanda fraudum pábu-la



Imbú-ta felle députans, Pervénit ad cæ-lésti- a. 3. Pœnas



cucúrrit fórti-ter, Et sústu-lit vi-rí- li-ter ; Fundénsque pro



te sánguinem, Ætérna do-na póssidet. 4. Ob hoc precá-



tu súppli-ci Te póscimus, pi- íssime : In hoc tri- úm-



pho Márty-ris Dimítte no-xam sérvu-lis. 5. Laus et perén-



nis gló-ri- a Patri sit, atque Fí-li- o, Sancto simul Pa-



rácli-to, In sempi-térna sæcu-la. Amen.

℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

A Magnificat Ant. 8. G



I -ste sanctus pro lege De- i su- i certá-vit us-



que ad mortem, et a verbis impi- ó-rum non tímu- it : fun-





dátus enim e-rat supra firmam petram. E u o u a e.

¶ A Complies, *l'Hymne sur le ton de celle des Vêpres.*

¶ *Les Messes se trouvent pour les Communs après les II. Vêpres.*

## AUX II. VÊPRES

*Comme au I. Vêpres ; mais le dernier Ps. sera Ps.* Crédidi. 85.

℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

A Magnificat Ant. 1. f



Q UI vult ve-ní-re post me, ábneget semet-ípsum,



et tollat crucem su- am, et sequá-tur me. E u o u a e.

*Si l'on doit faire mémoire d'un autre Martyr qui a la même Antienne, on dit :*

Ant. 3.



Q UI o- dit ánimam su- am in hoc mundo, in vi-



tam æ-térnam cu- stódit e- am.

℣. Justus ut palma. *ci-dessus. Si déjà il a été dit :*
℣. Posuísti Dómine super caput ejus.
℟. Corónam de lápide pretióso.

## I. MESSE D'UN MARTYR PONTIFE

Intr. 1.



S Tá- tu- it e- i Dó- mi- nus te-staméntum



pa- cis, et príncipem fe- cit e- um : ut sit il-li sa-cerdó-




**Collecte.**

INFIRMITATEM nostram réspice, omnípotens Deus : et quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti *N.* Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

**Lectio Epistolæ beati Jacobi Apostoli.** *Jac. 1. b.*

CARISSIMI : Beátus vir, qui suffert tentatiónem : quóniam cum probátus fúerit, accípiet corónam vitæ, quam repromísit Deus diligéntibus se. Nemo, cum tentátur, dicat, quóniam a Deo tentátur : Deus enim intentátor malórum est : ipse autem néminem tentat. Unusquísque vero tentátur a concupiscéntia sua abstráctus, et illéctus. Deínde concupiscéntia cum concéperit, parit peccátum : peccátum vero cum consummátum fúerit, génerat mortem. Nolíte ítaque erráre, fratres mei dilectíssimi. Omne datum óptimum, et omne donum perféctum desúrsum est, descéndens a Patre lúminum, apud quem non est transmutátio, nec vicissitúdinis obumbrátio. Voluntárie enim génuit nos verbo veritátis, ut simus inítium áliquod creatúræ ejus.









*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son ℣., on dit :*






✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 14. f.*

In illo témpore : Dixit Jesus turbis : Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxórem, et fílios, et fratres, et soróres, adhuc autem et ánimam suam, non potest meus esse discípulus. Et qui non bájulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discípulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificáre, non prius sedens cómputat sumptus, qui necessárii sunt, si hábeat ad perficiéndum ; ne, posteáquam posúerit fundaméntum, et non potúerit perfícere, omnes, qui vident, incípiant illúdere ei, dicéntes : Quia hic homo cœpit ædificáre, et non pótuit consummáre ? Aut quis rex itúrus committere bellum advérsus álium regem, non sedens prius cógitat, si possit cum decem míllibus occúrrere ei, qui cum vigínti míllibus venit ad se ? Alióquin, adhuc illo longe agénte, legatiónem mittens, rogat ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renúntiat ómnibus quæ póssidet, non potest meus esse discípulus.






**Secrète.**

Hostias tibi, Dómine, beáti *N.* Mártyris tui atque Pontíficis dicátas méritis, benígnus assúme : et ad perpétuum nobis tríbue provenire subsídium. Per Dóminum nostrum.




**Postcommunion.**

Refecti participatióne múneris sacri, quæsumus Dómine Deus noster : ut cujus exséquimur cultum, intercedénte beáto *N.* Mártyre tuo atque Pontífice, sentiámus efféctum. Per Dñum.

## II. AUTRE MESSE D'UN MARTYR PONTIFE






**Collecte.**

DEUS, qui nos beáti *N.* Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas : concéde propítius ; ut, cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dñum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *2. Cor. 1.*

FRATRES : Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Jesu Christi, Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra : ut possímus et ipsi consolári eos, qui in omni pressúra sunt, per exhortatiónem, qua exhortámur et ipsi a Deo. Quóniam sicut abúndant passiónes Christi in nobis ; ita et per Christum abúndat consolátio nostra. Sive autem tribulámur pro vestra exhortatióne et salúte, sive consolámur pro vestra consolatióne, sive exhortámur pro vestra exhortatióne et salúte, quæ operátur tolerántiam earúmdem passiónum, quas et nos pátimur : ut spes nostra firma sit pro vobis : sciéntes quod sicut sócii passiónum estis, sic éritis et consolatiónis : in Christo Jesu Dómino nostro.









2.




*Après la Septuagésime, on omet* l'Allelúia *et son* ℣., *et l'on dit :*

Trait. 8.






✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 16.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Si quis vult post me veníre, ábneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequátur me. Qui enim volúerit ánimam suam salvam fácere, perdet eam : qui autem perdíderit ánimam suam propter me, invéniet eam. Quid enim prodest hómini, si mundum univérsum lucrétur, ánimæ vero suæ detriméntum patiátur ? Aut quam dabit homo commutatiónem pro ánima sua ? Fílius enim hóminis ventúrus est in glória Patris sui cum Angelis suis : et tunc reddet unicuíque secúndum ópera ejus.

Offert. 8.




**Secrète.**

Munera tibi, Dómine, dicáta sanctífica : et, intercedénte beáto *N.* Mártyre tuo atque Pontífice, per eádem nos placátus inténde. Per Dóminum nostrum.

Comm. 6.






**Postcommunion.**

Hæc nos commúnio, Dómine, purget a crímine : et, intercedénte beáto *N.* Mártyre tuo atque Pontífice, cæléstis remédii fáciat esse consórtes. Per Dóminum.

## I. MESSE D'UN MARTYR NON PONTIFE

Intr. 7.




**Collecte.**

Præsta, quæsumus omnípotens Deus : ut qui beáti *N.* Mártyris tui natalítia cólimus, intercessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur. Per Dóminum.

**Lectio libri Sapientiæ.** *Sap. 10. b.*

Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam sanctórum : honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illíus. In fraude circumveniéntium illum áffuit illi, et honéstum fecit illum. Custodívit illum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum, et certámen forte dedit illi, ut vínceret et sciret, quóniam ómnium poténtior est sapiéntia. Hæc véndítum justum non derelíquit, sed a peccatóribus liberávit eum : descendítque cum

illo in fóveam, et in vínculis non derelíquit illum, donec afférret illi sceptrum regni, et poténtiam advérsus eos, qui eum deprimébant : et mendáces osténdit, qui maculavérunt illum, et dedit illi claritátem ætérnam, Dóminus Deus noster.









*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son ℣., on dit le Trait* Desidérium. 589.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 10.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Nolíte arbitrári quia pacem vénerim míttere in terram : non veni pacem míttere, sed gládium. Veni enim separáre hóminem advérsus patrem suum, et fíliam advérsus matrem suam, et nurum advérsus socrum suam : et inimíci hóminis, doméstici ejus. Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus : et qui amat fílium aut fíliam super me, non est me dignus. Et qui non áccipit crucem suam, et séquitur me, non est me dignus. Qui invénit ánimam suam, perdet illam : et qui perdíderit ánimam suam propter me, invéniet eam. Qui récipit vos, me récipit : et qui me récipit, récipit eum qui me misit. Qui récipit prophétam in nómine prophétæ, mercédem prophétæ accípiet : et qui récipit justum in nómine justi, mercédem justi accípiet. Et quicúmque potum déderit uni ex mínimis istis cálicem aquæ frígidæ tantum in nómine discípuli : amen dico vobis, non perdet mercédem suam.




**Secrète.**

Muneribus nostris, quæsumus Dómine, precibúsque suscéptis : et cæléstibus nos munda mystériis, et cleménter exáudi. Per Dóminum nostrum.

Comm. 1.




**Postcommunion.**

DA, quæsumus Dómine Deus noster : ut, sicut tuórum commemoratióne sanctórum, temporáli gratulámur offício, ita perpétuo lætémur aspéctu. Per Dóminum.

## II. AUTRE MESSE D'UN MARTYR NON PONTIFE

Intr. 8.




**Collecte.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut, intercedénte beáto *N.* Mártyre tuo, et a cunctis adversitátibus liberémur in córpore, et a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Timotheum.** *2. Tim. 2.*

CARISSIME : Memor esto Dóminum Jesum Christum resurrexísse a mórtuis ex sémine David, secúndum Evangélium meum, in quo labóro usque ad víncula, quasi male óperans :



sed verbum Dei non est alligátum. Ideo ómnia sustíneo propter eléctos, ut et ipsi salútem consequántur, quæ est in Christo Jesu, cum glória cælésti. Tu autem assecútus es meam doctrínam, institutiónem, propósitum, fidem, longanimitátem, dilectiónem, patiéntiam, persecutiónes, passiónes : quália mihi facta sunt Antiochíæ, Icónii, et Lystris : quales persecutiónes sustínui, et ex ómnibus erípuit me Dóminus. Et omnes qui pie volunt vívere in Christo Jesu, persecutiónem patiéntur.

Grad. 5.




*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son* ℣., *on dit le Trait* Beátus vir. 593.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 10.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Nihil est opértum, quod non revelábitur ; et occúltum, quod non sciétur. Quod dico vobis in ténebris, dícite in lúmine : et quod in aure audítis, prædicáte super tecta. Et nolíte timére eos, qui occídunt corpus, ánimam autem non possunt occídere : sed pótius timéte eum, qui potest et ánimam et corpus pérdere in gehénnam. Nonne duo pásseres asse véneunt : et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro ? Vestri autem capílli cápitis omnes numeráti sunt. Nolíte ergo timére : multis passéribus melióres estis vos. Omnis ergo, qui confitébitur me coram homínibus, confitébor et ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.

Offert. 8.




**Secrète.**

Accepta sit in conspéctu tuo, Dómine, nostra devótio : et ejus nobis fiat supplicatióne salutáris, pro cujus solemnitáte defértur. Per Dóminum nostrum.

Comm. 5.








me- us e- rit.

**Postcommunion.**

Refecti participatióne múneris sacri, quæsumus Dómine Deus noster : ut, cujus exséquimur cultum, intercedénte beáto *N.* Mártyre tuo, sentiámus efféctum. Per Dóminum nostrum.

## COMMUN

# D'UN ET DE PLUSIEURS MARTYRS

### AU TEMPS PASCAL

### AUX I. VÊPRES

*Antiennes, Psaumes, Capitule du Commun des Apôtres au Temps Pascal,* 581.

**Pour Un Martyr, Hymne.**

3.






**Pour Plusieurs Martyrs, Hymne.**









℣. Sancti et justi. 583. *A Magnif. Ant.* Lux perpétua. 584.

¶ **A Complies,** *L'Hymne se chante sur le ton Pascal,* 75.

## AUX II. VÊPRES

*Antiennes.* Sancti tui. 581. *Psaumes du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* 115. Crédidi. 85.

*Capitule.* Stabunt justi. 582. *Hymne des I. Vêpres.*

℣. Pretiósa. 584. *A Magnif. Ant.* Sancti et justi. 584.

¶ *Si l'on doit faire mémoire d'un autre Office qui a la même Antienne, on dit :*




℣. Lux perpétua lucébit sanctis tuis Dómine, allelúia.
℟. Et ætérnitas témporum, allelúia.

## MESSE D'UN MARTYR

### AU TEMPS PASCAL






*Pour un Martyr Pontife. Collecte.* Infirmitátem nostram. 588. *ou* Deus, qui nos. 592.

*Pour un Martyr non Pontife. Collecte.* Præsta, quæsumus... ut qui. 595. *ou* Præsta, quæsumus... ut intercedénte. 598.

**Lectio libri Sapientiæ.** *Sap. 5.*

STABUNT justi in magna constántia advérsus eos, qui se angustiavérunt, et qui abstulérunt labóres eórum. Vidéntes turbabúntur timóre horríbili, et mirabúntur in subitatióne insperátæ salútis, dicéntes intra se, pæniténtiam agéntes, et præ angústia spíritus geméntes : Hi sunt, quos habúimus aliquándo in derísum, et in similitúdinem impropérii. Nos insensáti vitam illórum æstimabámus insániam, et finem illórum sine honóre : ecce quómodo computáti sunt inter fílios Dei, et inter Sanctos sors illórum est.









Allelúia. ℣. Posuísti. 596.

℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 15.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Ego sum vitis vera : et Pater meus agrícola est. Omnem pálmitem in me non feréntem fructum, tollet eum : et omnem, qui fert fructum, purgábit eum, ut fructum plus áfferat. Jam vos mundi estis propter sermónem, quem locútus sum vobis. Manéte in me, et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetípso, nisi mánserit in vite : sic nec vos, nisi in me manséritis. Ego sum vitis, vos pálmites : qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum : quia sine me nihil potéstis fácere. Si quis in me non mánserit, mittétur foras sicut palmes, et aréscet, et cólligent eum, et in ignem mittent, et ardet. Si manséritis in me, et verba mea in vobis mánserint : quodcúmque voluéritis, petétis, et fiet vobis.




*Pour un Martyr Pontife. Secrète.* Hóstias tibi. 591. *ou* Múnera tibi. 594.

*Pour un Martyr non Pontife. Secrète.* Munéribus nostris. 597. *ou* Accépta sit. 600.






*Pour un Martyr Pontife. Postcommunion.* Refécti. 591. *ou* Hæc nos commúnio. 595.

*Pour un Martyr non Pontife. Postcomm.* Da quæsumus. 598. *ou* Refécti participatióne. 601.

## MESSE DE PLUSIEURS MARTYRS

### AU TEMPS PASCAL




**Pour Plusieurs Martyrs Pontifes. Collecte.**

BEATORUM Mártyrum, paritérque Pontíficum *N.* et *N.* nos, quæsumus Dómine, festa tueántur : et eórum comméndet orátio veneránda. Per Dóminum.



**Pour Plusieurs Martyrs non Pontifes. Collecte.**

DEUS, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum *N.* et *N.* natalítia cólere : da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

**Pour Plusieurs Martyrs. Autre Collecte.**

DEUS, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum *N.* et *N.* solemnitáte lætíficas : concéde propítius: ut quorum gaudémus méritis, accendámur exémplis. Per Dóminum.

**Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.** *1. Petr. 1.*

BENEDICTUS Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui secúndum misericórdiam suam magnam regenerávit nos in spem vivam, per resurrectiónem Jesu Christi ex mórtuis, in hæreditátem incorruptíbilem, et incontaminátam, et immarcescíbilem, conservátam in cælis in vobis, qui in virtúte Dei custodímini per fidem in salútem, parátam revelári in témpore novíssimo. In quo exsultábitis, módicum nunc si opórtet contristári in váriis tentatiónibus : ut probátio vestræ fídei multo pretiósior auro (quod per ignem probátur) inveniátur in laudem, et glóriam, et honórem, in revelatióne Jesu Christi Dómini nostri.





rum e- jus.

℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 15.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Ego sum vitis, vos pálmites : qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum : quia sine me nihil potéstis fácere. Si quis in me non mánserit : mittétur foras sicut palmes, et aréscet, et cólligent eum, et in ignem mittent, et ardet. Si mansséritis in me, et verba mea in vobis mánserint : quodcúmque voluéritis, petétis, et fiet vobis. In hoc clarificátus est Pater meus, ut fructum plúrimum afférátis, et efficiámini mei discípuli. Sicut diléxit me Pater, et ego diléxi vos. Manéte in dilectióne mea. Si præcépta mea servavéritis, manébitis in dilectióne mea, sicut et ego Patris mei præcépta servávi, et máneo in ejus dilectióne. Hæc locútus sum vobis : ut gáudium meum in vobis sit, et gáudium vestrum impleátur.




**Pour Plusieurs Martyrs Pontifes. Secrète.**

Adésto, Dómine, supplicatiónibus nostris, quas in sanctórum tuórum commemoratióne deférimus : ut qui nostræ justítiæ fidúciam non habémus, eórum qui tibi placuérunt, méritis adjuvémur. Per Dóminum nostrum.

**Pour Plusieurs Martyrs non Pontifes. Secrète.**

Munera tibi, Dómine, nostræ devotiónis offérimus : quæ et pro tuórum tibi grata sint honóre justórum, et nobis salutária, te miseránte, reddántur. Per Dóminum nostrum.

**Pour Plusieurs Martyrs. Autre Secrète.**

Oblatis, quæsumus Dómine, placáre munéribus : et intercedéntibus sanctis Martýribus tuis *N.* et *N.* a cunctis nos defénde perículis. Per Dóminum nostrum.






**Pour Plusieurs Martyrs Pontifes. Postcommunion.**

Quæsumus, Dómine, salutáribus repléti mystériis : ut quorum solémnia celebrámus, eórum oratiónibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum.

**Pour Plusieurs Martyrs non Pontifes. Postcommunion.**

Præsta nobis, quæsumus Dómine : intercedéntibus sanctis Martýribus tuis *N.* et *N.* ut quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum nostrum.

**Pour Plusieurs Martyrs. Autre Postcommunion.**

Hæc nos commúnio, Dómine, purget a crímine : et intercedéntibus sanctis Martýribus tuis *N.* et *N.* cæléstis remédii fáciat esse consórtes. Per Dóminum nostrum.

# COMMUN DE PLUSIEURS MARTYRS

## HORS LE TEMPS PASCAL

## AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.





ró- nas decó-ris meru- érunt de manu De- i. E u o u a e.

8. Ant.
1. f



C Orpo-ra sanctó-rum in pa- ce sepúlta sunt : et



vivent nómina c- ó- rum in æ-térnum. E u o u a e.

4. Ant.
t. pereg.



M Artyres Dómini Dóminum benedí-cite in ætérnum.



E u o u a e.

5. Ant.
8. c



M Artyrum cho-rus laudáte Dómi-



num * de cæ- lis, alle-lú-ia. E u o u a e.



*Après la Sept.* * de cæ-lis.

**Capitule.** *Sap. 3.*

JUSTORUM ánimæ in manu Dei sunt, et non tanget illos torméntum mortis. Visi sunt óculis insipiéntium mori : illi autem sunt in pace.

Hymn. 2.



S Anctó-rum mé-ri- tis ínclyta gáudi- a Pangámus



só-ci- i, gestáque fórti- a : Gliscens fert ánimus próme-re



cántibus Victórum genus óptimum. 2. Hi sunt quos fátu- e





mundus abhórru- it ; Hunc fructu vácu- um, fló-ribus á-ridum



Contempsé-re tu- i nómi-nis ásseclæ, Jesu Rex bone cé-li-



tum. 3. Hi pro te fú-ri- as atque minas truces Calcárunt



hóminum, sæváque vérbe-ra : His cessit lácc-rans fórti-ter ún-



gu-la, Nec carpsit penetrá-li- a. 4. Cædúntur gládi- is mo-



re bidénti- um : Non murmur résonat, non que-rimóni- a ;



Sed corde impávido mens bene cónsci- a Consérvat pa-ti-



énti- am. 5. Quæ vox, quæ póte-rit lingua retéxere, Quæ



tu Martý-ribus múne-ra práeparas ? Rubri nam flú- ido sán-



guine fúlgidis Cingunt témpora láure- is. 6. Te summa o



Dé- i-tas, unáque póscimus : Ut culpas ábigas, nóxi- a sub-



trahas, Des pacem fámu-lis, ut ti-bi gló-ri- am Annórum in



sé-ri- em canant. A-men.

℣. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

A Magnificat Ant. 8. G



I -stórum est enim regnum cælórum, qui contem-



psé-runt vi-tam mundi, et pervenérunt ad prǽmi- a re-



gni, et lavérunt sto-las su- as in sán-guine Agni.



E u o u a e.

¶ **A Complies,** *l'Hymne se chante comme ci-dessus pour un Martyr,* 587.

## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Crédidi. 85.

1. Ant. 2. D



I -sti sunt sancti qui pro testaménto De- i



su- a córpo- ra tradidé- runt, et in sánguine Agni lavé-



runt sto-las su- as. E u o u a e.

2. Ant. 2. D



S Ancti per fidem





vi- cé-runt regna, operá- ti sunt justí-ti- am, adépti sunt



repromissi- ónes. E u o u a e.

3. Ant. 8. G



S Anctórum vel-ut



áqui-læ juvéntus reno-vábi-tur: florébunt sicut lí-li- um in



civi-tá-te Dómi- ni. E u o u a e.

4. Ant. 7. a



A Bstérget De- us



omnem lácrimam ab ócu-lis sanctórum : et jam non e-rit



ámpli- us neque luctus, neque clamor, sed nec ullus do-



lor : quóni- am pri- ó- ra transi- érunt. E u o u a e

5. Ant. 8. c



I N cælésti-bus regnis sanctórum habi-tá-ti- o est,



et in ætér-num réqui- es c- órum. E u o u a e.

*Capitule.* Justórum ánimæ. *Hymne.* Sanctórum méritis *comme aux I. Vêpres,* 610.

℣. Exsultábunt sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

A Magnificat Ant. 6. F



G Audent in cæ- lis ánimæ sanctórum, qui



Christi vestí-gi-a sunt se-cú-ti ; et qui-a pro e-jus a-



mó-re sánguinem su-um fu-dérunt, íde-o cum Christo



exsúltant sine fine. E u o u a e.

¶ *Si l'on doit faire mémoire d'un autre Office qui a la même Antienne, on dit :*

Ant. 5.



V Estri capílli cápi-tis omnes nume-rá-ti sunt : no-



lí-te timé-re : multis passé-ribus me-li-óres estis vos.

℣. Exsultábunt. *ci-dessus. Si déjà il a été dit :*

℣. Exsúltent justi in conspéctu Dei.
℟. Et delecténtur in lætítia.

## I. MESSE DE PLUSIEURS MARTYRS

HORS LE TEMPS PASCAL

Intr. 4.



I Ntret in conspéctu tu- o, Dó- mi-ne,



gé-mi-tus compe-di-tó-rum : redde vi-cínis nostris sé-



ptu- plum in si-nu e- ó- rum : víndi-ca sánguinem



sanctó- rum tu-ó- rum, qui ef-fú- sus est. *Ps.* De- us,





venérunt gentes in hære-di-tá-tem tu-am : pollu-érunt tem-



plum sanctum tu-um : posu-érunt Jerúsa-lem in pomórum



custódi-am. Gló-ri-a Patri. E u o u a e.

*Pour Plusieurs Martyrs Pontifes. Collecte.* Beatórum. 606.

*S'ils ne sont pas Pont., on dit les Oraisons de la Messe suivante.*

**Lectio libri Sapientiæ.** *Sap. 3.*

JUSTORUM ánimæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tor-
méntum mortis. Visi sunt óculis insipiéntium mori : et
æstimáta est afflíctio éxitus illórum : et quod a nobis est iter,
extermínium : illi autem sunt in pace. Et si coram homínibus
torménta passi sunt, spes illórum immortalitáte plena est. In
paucis vexáti, in multis bene disponéntur : quóniam Deus ten-
távit eos, et invénit illos dignos se. Tamquam aurum in for-
náce probávit illos, et quasi holocáusti hóstiam accépit illos,
et in témpore erit respéctus illórum. Fulgébunt justi, et tam-
quam scintíllæ in arundinéto discúrrent. Judicábunt natiónes,
et dominabúntur pópulis, et regnábit Dóminus illórum in per-
pétuum.

Grad. 2. et 1.



G Lo-ri-ósus De- us in san- ctis



su- is : mi- rá-bi- lis



in ma-je-stá- te, fá- ci-



ens pro- dí- gi- a. ℣. Déxtera tu- a,



Dó- mi- ne, glo-ri- ficá-ta




2.




*Après la Septuagésime, on omet l'*Allelúia *et son ℣., et l'on dit :*

Trait. 8.









✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 21. b.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Cum audiéritis prælia et seditiónes, nolíte terréri : opórtet primum hæc fíeri, sed nondum statim finis. Tunc dicébat illis : Surget gens contra gentem, et regnum advérsus regnum. Et terræmótus magni erunt per loca, et pestiléntiæ, et fames, terrorésque de cælo, et signa magna erunt. Sed ante hæc ómnia injícient vobis manus suas, et persequéntur tradéntes in synagógas et custódias, trahéntes ad reges et præsides propter nomen meum : contínget autem vobis in testimónium. Pónite ergo in córdibus vestris, non præmeditári quemádmodum respondeátis. Ego enim dabo vobis os, et sapiéntiam, cui non póterunt resístere et contradícere omnes adversárii vestri. Tradémini autem a paréntibus, et frátribus, et cognátis, et amícis, et morte afficient ex vobis : et éritis ódio ómnibus propter nomen meum : et capíllus de cápite vestro non períbit. In patiéntia vestra possidébitis ánimas vestras.

Offert. 8.






*Secrète.* Adésto, Dómine. 608.

Comm. 1.




*Postcommunion.* Quæsumus Dómine. 609.

## II. AUTRE MESSE DE PLUSIEURS MARTYRS

Intr. 1.




*Ps.* Exsultá-te justi in Dómi-no : rectos decet collaudá-ti- o.





Gló-ri- a Patri. E u o u a e.

*Collecte.* Deus, qui nos concédis. 607.

*S'ils sont Pontifes, on dit la Collecte* Beatórum. *et la Secrète et Postcomm. correspondantes de la Messe* Sancti tui. 606.

**Lectio libri Sapientiæ.** *Sap. 5. c.*

JUSTI autem in perpétuum vivent, et apud Dóminum est merces eórum, et cogitátio illórum apud Altíssimum. Ideo accípient regnum decóris, et diadéma speciéi de manu Dómini : quóniam déxtera sua teget eos, et bráchio sancto suo deféndet illos. Accípiet armatúram zelus illíus, et armábit creatúram ad ultiónem inimicórum. Induet pro thorácc justítiam, et accípiet pro gálea judícium certum. Sumet scutum inexpugnábile, æquitátem.

Grad. 5.






*Après la Septuagésime, on omet l'*Allelúia *et son ℣., et l'on dit le Trait* Qui séminant. 616.

℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 21. b.*

In illo témpore : Descéndens Jesus de monte, stetit in loco campéstri, et turba discipulórum ejus, et multitúdo copiósa plebis ab omni Judæa, et Jerúsalem, et marítima, et Tyri, et Sidónis, qui vénerant, ut audírent eum, et sanaréntur a languóribus suis. Et qui vexabántur a spirítibus immúndis, curabántur. Et omnis turba quærébat eum tángere : quia virtus de illo exíbat, et sanábat omnes. Et ipse elevátis óculis in discípulos suos, dicébat : Beáti páuperes : quia vestrum est regnum Dei. Beáti qui nunc esurítis : quia saturabímini. Beáti qui nunc fletis : quia ridébitis. Beáti éritis, cum vos óderint hómines, et cum separáverint vos, et exprobráverint, et ejécerint nomen vestrum tamquam malum, propter Fílium hóminis. Gaudéte in illa die, et exsultáte : ecce enim merces vestra multa est in cælo.









*Secrète.* Múnera tibi. 608.




*Postcommunion.* Præsta nobis. 609.

## III. AUTRE MESSE DE PLUSIEURS MARTYRS




E u o u a e. *Collecte.* Deus, qui nos ánnua. 607.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos.** *Hebr. 10. f.*

FRATRES : Rememorámini prístinos dies, in quibus illumináti, magnum certámen sustinuístis passiónum : et in áltero quidem oppróbriis, et tribulatiónibus. spectáculum facti : in áltero autem sócii táliter conversántium effécti. Nam et vinctis compássi estis, et rapínam bonórum vestrórum cum gáudio suscepístis, cognoscéntes vos habére meliórem et manéntem substántiam. Nolíte ítaque amíttere confidéntiam vestram, quæ magnam habet remuneratiónem. Patiéntia enim vobis necessária est : ut voluntátem Dei faciéntes, reportétis promissiónem. Adhuc enim módicum aliquántulum, qui ventúrus est, véniet, et non tardábit. Justus autem meus ex fide vivit.









*Après la Septuagésime, on omet l'*Allelúia *et son ℣. et l'on dit le Trait* Qui séminant. 616.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 24.*

IN illo témpore : Sedénte Jesu super montem Olivéti, accessérunt ad eum discípuli secréto, dicéntes : Dic nobis, quando hæc erunt? et quod signum advéntus tui, et consummatiónis sæculi? Et respóndens Jesus, dixit eis : Vidéte, ne quis vos sedúcat. Multi enim vénient in nómine meo, dicéntes : Ego sum Christus : et multos sedúcent. Auditúri enim estis prælia, et opiniónes prælióruin. Vidéte, ne turbémini. Opórtet enim hæc fíeri, sed nondum est finis. Consúrget enim gens in gentem, et regnum in regnum, et erunt pestiléntiæ, et fames, et terræmótus per loca. Hæc autem ómnia, inítia sunt dolórum. Tunc tradent vos in tribulatiónem, et occídent vos : et éritis ódio ómnibus géntibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabúntur multi, et ínvicem tradent, et ódio habébunt ínvicem. Et multi pseudoprophétæ surgent, et sedúcent multos. Et quóniam abundávit iníquitas, refrigéscet cáritas multórum. Qui autem perseveráverit usque in finem, hic salvus erit.






*Secrète.* Oblátis, quæsumus. 6o8.




*Postcommunion.* Hæc nos commúnio. 6o9.

## COMMUN D'UN CONFESSEUR PONTIFE

### AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.









**Capitule.** *Eccli. 44. c.*

ECCE sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo, et invéntus est justus : et in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio.




* *Ce qui est indiqué dans le Propre par les lettres* m. t. v.


Scánde- re sedes. 2. Qui pi- us prudens, húmi-lis, pudí-cus,
Lau-dis ho-nóres.
Sóbri- am duxit sine labe vi-tam, Donec humá-nos ani-
mávit auræ Spí-ri-tus artus. 3. Cu- jus ob præstans mé-ri-
tum frequénter, Ægra quæ passim jacu- ére membra, Ví-
ribus morbi dómi-tis, salú-ti Re-sti-tu-úntur. 4. No-ster
hinc illi chorus obsequéntem Cóncinit laudem, ce-lebrésque
palmas, Ut pi- is e- jus pré-cibus juvémur Omne per æ-
vum. 5. Sit sa-lus illi, decus, atque virtus, Qui super cæ-
li só-li- o corúscans, Totí- us mundi sé-ri- em gubérnat
Tri-nus et unus. A-men.



Autre chant.


8.
I - ste Conféssor Dómini co-léntes Quem pi- e lau-
dant pópu-li per orbem, Hac di- e læ-tus méru- it be- á-
*Hors le jour natal :* Hac di- e læ-tus méru- it supré-
tas Scánde- re sedes. 2. Qui pi- us, prudens, húmi-lis, pu-
mos Lau-dis honó-res.
dí-cus, Só-bri- am du-xit sine labe vi-tam, Donec humá-
nos animávit aûræ Spí-ri-tus artus. 3. Cu- jus ob præ-
stans mé-ritum frequénter, Ægra quæ passim jacu- ére mem-
bra, Ví-ribus morbi dómi-tis, sa-lú- ti Resti-tu- úntur.
4. No-ster hinc il-li chorus obsequéntem Cónci-nit laudem,
ce-lebrésque palmas, Ut pi- is e-jus précibus ju-vémur
Omne per ævum. 5. Sit salus il-li, decus, atque virtus,



Qui super cæ-li só-li- o corúscans, To-tí- us mundi sé-ri-



em gubérnat Trinus et unus. Amen.

Chant solennel.

1.



I -ste Conféssor Dómi-ni coléntes Quem pi- e laudant



pópu-li per orbem, Hac di- e læ-tus méru- it be- á- tas

*Hors le jour natal :* Hac di- e læ-tus méru- it suprémos



Scánde- re sedes. 2. Qui pi- us, pru-dens, húmi-lis, pudícus, Lau-dis ho-nóres.



Sóbri- am du-xit sine labe vi-tam, Do- nec humános ani-



mávit auræ Spí-ri-tus artus. 3. Cujus ob præstans mé-ri-tum



frequénter, Ægra quæ passim jacu-é-re membra, Ví- ribus



morbi dómi-tis, sa-lú-ti Resti-tu-úntur. 4. Noster hinc il-



li chorus obsequéntem Cóncinit laudem, ce-lebrésque pal-





mas, Ut pi- is e-jus pré-cibus juvémur Omne per ævum.



5. Sit salus il-li, decus, atque virtus, Qui super cæ-li só-



li- o corúscans, To- tí- us mundi sé-ri- em gubérnat Tri-nus



et unus. Amen.

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. *T. P.* Allelúia.
℟. Stolam glóriæ induit eum. *T. P.* Allelúia.

A Magnificat Ant. 1. J



S Acérdos et Pónti- fex, et virtútum ópi- fex,



pastor bone in pó-pu-lo, ora pro no-bis Dóminum.



*T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

**Pour les Docteurs,** *on fait l'Office d'un Confesseur Pontife ou non Pontife selon la qualité du saint, excepté :*

Aux I. et aux II. Vêpres, A Magnificat. Antienne.

2. D



O Doctor óptime, Eccle-si-æ sanctæ lumen,



be-á-te *N.* divínæ legis amátor, deprecáre pro no-



bis Fí- li- um De- i. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

### * Noms des Docteurs de l'Église.



Pe- tre. Ambró-si. Bernárde. Gregó-ri.
Le- o. An- sélme. Cy-ríl- le. Hi- lá-ri.
Thoma. Ba- sí- li. Francísce. Jo- ánnes.



Athaná-si. Hierónyme. Bonaventú-ra.
Augustíne. I-sidó- re.



Petre Chrysó-lo-ge. Alphónse Marí- a.



Jo- ánnes Chrysóstome.

℣ **A Complies,** *l'Hymne se chante comme elle est notée ci-dessous pour un Confesseur non Pont.,* 644. *Au Temps Pascal,* 75.

## AUX II. VÊPRES

*Antiennes et Psaumes des I. Vêpres,* 624; *mais au lieu du dernier, Ps.* Meménto Dómine David. 87.

*Capitule.* Ecce sacérdos. *Hymne.* Iste Conféssor. *comme aux I. Vêpres,* 625.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. *T. P.* Allelúia.
℟. Et osténdit illi regnum Dei. *T. P.* Allelúia.

**A Magnificat Ant. 1.** ♩



A -mávit e- um Dómi-nus, et orná-vit e- um :



sto-lam glóri- æ índu- it e-um : et ad portas paradí- si



coronávit e-um. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.



*L'Antienne suivante se dit à Magnificat aux II. Vêpres pour les Souverains Pontifes seulement.*

**1. f**



D UM esset summus Pónti-fex, terréna non mé-tu- it,



sed ad cælésti- a regna glo-ri- ósus migrávit. *T. P.* Alle-



lú-ia. E u o u a e.

**Pour les Docteurs,** *Ant.* O Doctor óptime. *ci-dessus,* 629.

℣ *Si l'on doit faire mémoire d'un Office qui a la même Antienne, on dit :*

**Ant. 1.** ♩



E U- ge serve bone et fidé- lis, qui- a in pauca fu-



ísti fi-dé-lis, supra multa te constí-tu-am, di-cit Dóminus.



*T. P.* Alle-lú-ia.

℣. Justum dedúxit. *ci-dessus. Si déjà il a été dit :*
℣. Elégit eum Dóminus sacerdótem sibi. *T. P.* Allelúia.
℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis. *T. P.* Allelúia.

## I. MESSE D'UN CONFESSEUR PONTIFE

**Intr. 1.** ♩



S Tá-tu- it e- i Dó- mi- nus te-staméntum



pa- cis, et príncipem fe- cit e- um : ut sit illi sa-cer-




**Collecte.**

DA, quæsumus omnípotens Deus : ut beáti *N.* Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, et devotiónem nobis áugeat, et salútem. Per Dóminum nostrum.

**Lectio libri Sapientiæ.** *Eccli. 44. et 45.*

ECCE sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo, et invéntus est justus : et in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio. Non est invéntus símilis illi, qui conservávit legem Excélsi. Ideo jurejurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam. Benedictiónem ómnium géntium dedit illi, et testaméntum suum confirmávit super caput ejus. Agnóvit eum in benedictiónibus suis : conservávit illi misericórdiam suam : et invénit grátiam coram óculis Dómini. Magnificávit eum in conspéctu regum : et dedit illi corónam glóriæ. Státuit illi testaméntum ætérnum, et dedit illi sacerdótium magnum : et beatificávit illum in glória. Fungi sacerdótio, et habére laudem in nómine ipsíus, et offérre illi incénsum dignum in odórem suavitátis.









Allelúia, allelúia. ℣. Tu es sacérdos. 589.

*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son* ℣., *on dit le rait* Beátus vir. 593.

*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :* Allelúia, allelúia. ℣. Tu es sacérdos. 589 ; *puis,* Allelúia. ℣. Hic est sacérdos. 593.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 25.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc : Homo péregre proficíscens, vocávit servos suos, et trádidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talénta, álii autem duo, álii vero unum, unicuíque secúndum própriam virtútem, et profléctus est statim. Abiit autem qui quinque talénta accéperat, et operátus est in eis, et lucrátus est ália quinque. Similiter et qui duo accéperat, lucrátus est ália duo. Qui autem unum accéperat, ábiens fodit in terram, et abscóndit pecúniam dómini sui. Post multum vero témporis venit dóminus servórum illórum, et pósuit ratiónem cum eis. Et accédens qui quinque talénta accéperat, óbtulit ália quinque talénta, dicens : Dómine, quinque talénta tradidísti mihi, ecce ália quinque superlucrátus sum. Ait illi dóminus ejus : Euge serve bone et fidélis, quia super pauca fuísti fidélis, super multa te constítuam : intra in gáudium dómini tui. Accéssit autem et qui duo talénta accéperat, et ait : Dómine, duo talénta tradidísti mihi, ecce ália duo lucrátus sum. Ait illi dóminus ejus : Euge serve bone et fidélis, quia super pauca fuísti fidélis, super multa te constítuam : intra in gáudium dómini tui.



**Secrète.**

SANCTI tui, quæsumus Dómine, nos ubíque lætíficent : ut, dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum.




**Postcommunion.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut de percéptis munéribus grátias exhibéntes, intercedénte beáto *N.* Confessóre tuo atque Pontífice, benefícia potióra sumámus. Per Dñum.

## II. AUTRE MESSE D'UN CONFESSEUR PONTIFE









**Collecte.**

EXAUDI, quæsumus Dómine, preces nostras, quas in beáti *N.* Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte deférimus : et, qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos.** *Hebr. 7. d.*

FRATRES : Plures facti sunt sacerdótes, idcírco quod morte prohiberéntur permanére : Jesus autem eo quod máneat in ætérnum, sempitérnum habet sacerdótium. Unde et salváre in perpétuum potest accedéntes per semetípsum ad Deum : semper vivens ad interpellándum pro nobis. Talis enim decébat ut nobis esset póntifex, sanctus, innocens, impollútus, segregátus a peccatóribus, et excélsior cælis factus : qui non habet necessitátem quotídie, quemádmodum sacerdótes, prius pro suis delíctis hóstias offérre, deínde pro pópuli : hoc enim fecit semel, seípsum offeréndo, Jesus Christus Dóminus noster.






*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son ℣., on dit le Trait* Beátus vir. 593.

*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :* Allelúia, allelúia. ℣. Jurávit. *ci-dessus ; puis :*









℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 24.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Vigiláte, quia nescítis, qua hora Dóminus vester ventúrus sit. Illud autem scitóte, quóniam si sciret paterfamílias, qua hora fur ventúrus esset, vigiláret útique, et non sínceret pérfodi domum suam. Ideo et vos estóte paráti : quia qua nescítis hora, Fílius hóminis ventúrus est. Quis, putas, est fidélis servus et prudens, quem constítuit dóminus suus super famíliam suam, ut det illis cibum in témpore ? Beátus ille servus quem, cum vénerit dóminus ejus, invénerit sic faciéntem. Amen dico vobis, quóniam super ómnia bona sua constítuet eum.

*Offertoire.* Véritas mea. *ci-dessous,* 647.

**Secrète.**

Sancti *N.* Confessóris tui atque Pontíficis, quæsumus Dómine, ánnua solémnitas pietáti tuæ nos reddat accéptos : ut per hæc piæ placatiónis offícia, et illum beáta retribútio comitétur, et nobis grátiæ tuæ dona conciliet. Per Dóminum.

*Communion.* Beátus servus. *ci-dessous,* 648.

**Postcommunion.**

Deus, fidélium remunerátor animárum : præsta ; ut beáti *N.* Confessóris tui atque Pontíficis, cujus venerándam celebrámus festivitátem, précibus indulgéntiam consequámur. Per Dóminum nostrum.

## MESSE DES DOCTEURS






**Collecte.**

DEUS, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum *N.* minístrum tribuísti : præsta, quæsumus ; ut, quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Timotheum.** *2. Tim. 4.*

CARISSIME : Testíficor coram Deo, et Jesu Christo, qui judicatúrus est vivos et mórtuos, per advéntum ipsíus, et regnum ejus : prædica verbum, insta opportúne, importúne : árgue, óbsecra, íncrepa in omni patiéntia, et doctrína. Erit enim tempus, cum sanam doctrínam non sustinébunt, sed ad sua desidéria coacervábunt sibi magístros, pruriéntes áuribus, et a veritáte quidem audítum avértent, ad fábulas autem converténtur. Tu vero vígila, in ómnibus labóra, opus fac Evangelístæ, ministérium tuum imple. Sóbrius esto. Ego enim jam delíbor, et tempus resolutiónis meæ instat. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. In réliquo repósita est mihi coróna justítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die, justus judex : non solum autem mihi, sed et iis, qui díligunt advéntum ejus.









Allelúia, allelúia. ℣. Amávit. 636.

*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Alleluia *et de son ℣., on dit le Trait* Beátus vir. 593.

*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :* Allelúia, allelúia. ℣. Amávit. 636; *puis :*




✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 5.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Vos estis sal terræ. Quod si sal evanúerit, in quo saliétur ? Ad níhilum valet ultra, nisi ut mittátur foras, et conculcétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Non potest cívitas abscóndi supra montem pósita. Neque accéndunt lucérnam, et ponunt eam sub módio, sed super candelábrum, ut lúceat ómnibus, qui in domo

sunt. Sic lúceat lux vestra coram homínibus, ut vídeant ópera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. Nolíte putáre, quóniam veni sólvere legem, aut prophétas : non veni sólvere, sed adimplére. Amen quippe dico vobis, donec tránseat cælum et terra, ióta únum, aut unus apex non præteríbit a lege donec ómnia fiant. Qui ergo sólverit unum de mandátis istis mínimis, et docúerit sic hómines, mínimus vocábitur in regno cælórum : qui autem fécerit, et docúerit, hic magnus vocábitur in regno cælórum.




**Secrète.**

SANCTI tui *N.* nobis, Dómine, pia non desit orátio : quæ et múnera nostra concíliet ; et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum nostrum.

*Communion.* Fidélis servus. 634.

**Postcommunion.**

UT nobis, Dómine, tua sacrifícia dent salútem : beátus *N.* Conféssor tuus, et Doctor egrégius, precátor accédat. Per Dóminum nostrum.

# COMMUN D'UN CONFESSEUR NON PONTIFE

## AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.









**Capitule.** *Eccli. 31.*

BEATUS vir qui invéntus est sine mácula : et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. Quis est hic, et laudábimus eum ? fecit enim mirabília in vita sua.

Hymn. 1.



I -ste Conféssor Dómini colémtes Quem pi-e laudant



pópu-li per orbem, Hac di- e lætus méru- it be- á- tas Scán-
*Hors le jour natal :* Hac di- e lætus méru- it suprémos Lau-



de- re sedes. 2. Qui pi- us, prudens, húmi-lis, pudícus, Só-
dis ho-nóres.



bri- am duxit sine labe vi-tam, Donec humános animá-



vit auræ Spí-ri-tus artus. 3. Cujus ob præstans mé-ri-tum



frequénter, Ægra quæ passim jacu- ére membra, Ví-ri-bus



morbi dómi-tis, sa-lúti Resti-tu-úntur. 4. Noster hinc il-li



chorus obsequéntem Cóncinit laudem ce-lebrésque palmas,



Ut pi- is ejus pré-cibus juvémur Omne per ævum. 5. Sit



sa-lus il-li, decus, atque virtus, Qui super cæli só-li- o



corúscans, To-tí- us mundi sé-ri- em gubérnat Trinus et





unus. A-men.

**Chant solennel.**

1.



I - ste Confféssor Dómini co-léntes Quem pi- e lau-



dant pópu-li per orbem, Hac di- e lætus mé-ru- it be- á-
*Hors le jour natal :* Hac di- e lætus mé-ru- it supré-



tas Scán-de- re sedes. 2. Qui pi- us, prudens, húmi-lis,
mos Lau- dis ho-nóres.



pudí-cus, Sóbri- am duxit si-ne labe vi-tam, Do- nec hu-



mános a-nimá-vit auræ Spí- ri-tus artus. 3. Cu- jus ob



præstans méri-tum frequénter, Ægra quæ passim ja-cu-ére



membra, Ví- ri-bus morbi dómi-tis, sa-lú-ti Re- sti-tu-ún-



tur. 4. No- ster hinc illi chorus obsequéntem Cóncinit lau-



dem, ce- lebrésque palmas, Ut pi- is e-jus pré-ci-bus juvé-




*(Voir plus haut d'autres tons de la même Hymne, 625 et suiv.)*

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. *T. P.* Allelúia.
℟. Stolam glóriæ índuit eum. *T. P.* Allelúia.

A Magnificat Ant. 1. J




E u o u a e.

**Pour les Docteurs,** *Ant.* O Doctor óptime. 629.

**Ton de l'Hymne à Complies.**

8.




2. Procul recédant... 3. Præsta pater...

*Au Temps Pascal, comme elle est notée,* 75.

## AUX II. VÊPRES

*Comme au I. Vêpres, excepté :*

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. *T. P.* Allelúia.
℟. Et osténdit illi regnum Dei. *T. P.* Allelúia.



A Magnificat Ant. 8. G




*T. P.* Allelú-ia. E u o u a e.

¶ *Si l'on doit faire mémoire d'un autre Office qui a la même Antienne, on dit :*

Ant. 4.




℣. Justum dedúxit. *ci-dessus. Si déjà il a été dit :*

℣. Os justi meditábitur sapiéntiam. *T. P.* Allelúia.
℟. Et lingua ejus loquétur judícium. *T. P.* Allelúia.

## I. MESSE D'UN CONFESSEUR NON PONTIFE

Intr. 6.






**Collecte.**

DEUS, qui nos beáti *N.* Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas : concéde propítius ; ut, cujus natalítia cólimus, étiam actiónes imitémur. Per Dóminum nostrum.

**Lectio libri Sapientiæ.** *Eccli. 31.*

BEATUS vir, qui invéntus est sine mácula : et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. Quis est hic, et laudábimus eum ? fecit enim mirabília in vita sua. Qui probátus est in illo, et perféctus est, erit illi glória ætérna : qui pótuit tránsgredi, et non est transgréssus : fácere mala, et non fecit : ídeo stabilíta sunt bona illíus in Dómino, et eleemósynas illíus enarrábit omnis ecclésia sanctórum.









*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia, *et de son* ℣., *on dit le Trait* Beátus vir. 593.

*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :* Allelúia, allelúia. ℣. Beátus vir. *ci-dessus ; ensuite :* Allelúia. ℣. Amávit eum. 636.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 12. e.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Sint lumbi vestri præcíncti, et lucérnæ ardéntes in mánibus vestris, et vos símiles homínibus exspectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis : ut, cum vénerit et pulsáverit, confestim apériant ei. Beáti servi illi, quos, cum vénerit dóminus, invénerit vigilántes : amen dico vobis, quod præcínget se, et fáciet illos discúmbere, et tránsiens ministrábit illis. Et si vénerit in secúnda vigília, et si in tértia vigília vénerit, et ita invénerit, beáti sunt servi illi. Hoc autem scitóte, quóniam si sciret paterfamílias, qua hora fur veníret, vigiláret útique, et non sínceret pérfodi domum suam. Et vos estóte paráti : quia, qua hora non putátis, Fílius hóminis véniet.






**Secrète.**

LAUDIS tibi, Dómine, hóstias immolámus in tuórum commemoratióne sanctórum : quibus nos et præséntibus éxui malis confídimus, et futúris. Per Dóminum nostrum.

Comm. 3.




**Postcommunion.**

REFECTI cibo potúque cælésti, Deus noster, te súpplices exorámus : ut in cujus hæc commemoratióne percépimus, ejus muniámur et précibus. Per Dóminum nostrum.

## II. AUTRE MESSE D'UN CONFESSEUR NON PONTIFE

Intr. 1.









**Collecte.**

ADESTO, Dómine, supplicatiónibus nostris, quas in beáti *N.* Confessóris tui solemnitáte deférimus : ut qui nostræ justítiæ fidúciam non habémus, ejus qui tibi plácuit, précibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *1. Cor. 4.*

FRATRES : Spectáculum facti sumus mundo, et Angelis, et homínibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudéntes in Christo : nos infírmi, vos autem fortes : vos nóbiles, nos autem ignóbiles. Usque in hanc horam et esurímus, et sitímus, et nudi sumus, et cólaphis cædimur, et instábiles sumus, et laborámus operántes mánibus nostris : maledícimur, et benedícimus : persecutiónem pátimur, et sustinémus : blasphemámur, et obsecrámus : tamquam purgaménta hujus mundi facti sumus, ómnium peripséma usque adhuc. Non ut confúndam vos, hæc scribo, sed ut fílios meos caríssimos móneo : in Christo Jesu Dómino nostro.

*Graduel.* Os justi. 638.

5.






*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son* ℣., *on dit le Trait* Beátus vir. 593.

*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :* Alleluia, allelúia. ℣. Beátus vir. *ci-dessus ; puis :* Allelúia. ℣. Justus germinábit. 639.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 12. d.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Nolíte timére, pusíllus grex, quia complácuit Patri vestro dare vobis regnum. Véndite quæ possidétis, et date elcemósynam. Fácite vobis sácculos, qui non veteráscunt, thesáurum non deficiéntem in cælis : quo fur non apprópiat, neque tínea corrúmpit. Ubi enim thesáurus vester est, ibi et cor vestrum erit.




**Secrète.**

PRÆSTA nobis, quæsumus omnípotens Deus : ut nostræ humilitátis oblátio, et pro tuórum tibi grata sit honóre Sanctórum, et nos córpore páriter et mente purificet. Per Dñum.






**Postcommunion.**

QUÆSUMUS, omnípotens Deus : ut, qui cæléstia aliménta percépimus, intercedénte beáto *N.* Confessóre tuo, per hæc contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum.

## DU MÊME COMMUN. MESSE DES ABBÉS.

*Introït.* Os justi. 645.

**Collecte.**

INTERCESSIO nos, quæsumus Dómine, beáti *N.* Abbátis coméndet : ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

**Lectio libri Sapientiæ.** *Eccli. 45.*

DILECTUS Deo, et homínibus, cujus memória in benedictióne est. Símilem illum fecit in glória sanctórum, et magnificávit eum in timóre inimicórum, et in verbis suis monstra placávit. Glorificávit illum in conspéctu regum, et jussit illi coram pópulo suo, et osténdit illi glóriam suam. In fide et lenitáte ipsíus sanctum fecit illum, et clégit eum ex omni carne. Audívit enim eum, et vocem ipsíus, et indúxit illum in nubem. Et dedit illi coram præcépta, et legem vitæ, et disciplínæ.








*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son ℣., on dit le Trait* Beátus vir. 593.

*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :* Allelúia, allelúia. ℣. Justus ut palma. *ci-dessus ; ensuite :* Allelúia. ℣. Justus germinábit. 639.

☩ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 19.*

In illo témpore : Dixit Petrus ad Jesum : Ecce nos relíquimus ómnia, et secúti sumus te : quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis : Amen dico vobis, quod vos, qui secúti estis me, in regeneratióne, cum séderit Fílius hóminis in sede majestátis suæ, sedébitis et vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israel. Et omnis, qui relíquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut fílios, aut agros propter nomen meum, céntuplum accípiet, et vitam ætérnam possidébit.




**Secrète.**

Sacris altáribus, Dómine, hóstias superpósitas sanctus *N.* Abbas, quæsumus, in salútem nobis provenire depóscat. Per Dóminum nostrum.

*Communion.* Fidélis servus. 634.

**Postcommunion.**

Protegat nos, Dómine, cum tui perceptióne sacraménti beátus *N.* Abbas, pro nobis intercedéndo : ut et conversatiónis ejus experiámur insígnia, et intercessiónis percipiámus suffrágia. Per Dóminum nostrum.

# COMMUN DES VIERGES

## AUX I. VÊPRES

*Psaumes.* 1. Dixit Dñus. 63. — 2. Laudáte púeri. 64. — 3. Lætátus sum. 86. — 4. Nisi Dñus. 86. — 5. Lauda Jerúsalem. 90.

1. Ant. 1. f




2. Ant. 1. f




3. Ant. 3. a




4. Ant. 1. f




5. Ant. 3. á








inter fí-li- as Je- rúsa-lem. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

Capitule. *2. Cor. 10. d.*

FRATRES : Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. Non enim qui seípsum comméndat, ille probátus est : sed quem Deus comméndat.

Hymn. 2.




2. Qui pergis inter lí-li- a, Septus choré- is Vírginum, Sponsus de-có-rus glóri- a, Sponsísque reddens præmi- a.

3. Quo-cúmque tendis, Vírgines Sequúntur, atque láudibus Post te ca-néntes cúrsi-tant, Hymnósque dulces pérsonant.

4. Te depre-cámur súppli-ces, Nostris ut addas sénsibus, Nescí-re prorsus ómni- a Corrupti- ónis vúlnera. 5. Virtus, honor, laus, glóri- a De- o Patri cum Fí-li- o, Sancto si-



mul Pa-rácli-to, In sæculórum sæcula. A-men.

**Autre Chant.**

8.



J Esu, coró-na Vírginum, Quem mater illa cónci-pit,



Quæ so-la Virgo párturit : Hæc vota clemens áccipe. 2. Qui



pergis inter lí-li- a, Septus choré- is Vírginum Sponsus de-



córus gló-ri- a, Sponsísque reddens prǽmi- a. 3. Quocúm-



que tendis, Vírgines Sequúntur, atque láudibus Post te ca-



néntes cúrsi-tant, Hymnósque dulces pérsonant. 4. Te depre-



cámur súppli-ces, Nostris ut addas sénsibus, Nescí-re pror-



sus ómni- a Corrupti- ó-nis vúlne-ra. 5. Virtus, honor, laus,



gló-ri- a De- o Patri cum Fí- li- o, Sancto simul Pa-rácli-to,



In sæcu-ló-rum sæcu-la. Amen.



℣. Spécie tua et pulchritúdine tua. *T. P.* Allelúia.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna. *T. P.* Allelúia.

A Magnificat Ant. 8. G



V Eni sponsa Christi, áccipe corónam quam tibi



Dóminus præparávit in ætérnum. *T. P.* Alle-lú-ia. Euouae.

¶ **Pour Plusieurs Vierges,** *aux I. et II. Vêpres, à Magnif. Ant.*

4. A



P Rudéntes Vírgines aptáte vestras lámpades : ecce



sponsus ve-nit, exí-te óbvi- am e-i. *T. P.* Alle-lú-ia.



E u o u a e.

℣. Adducéntur Regi Vírgines post eam. *T. P.* Allelúia.
℟. Próximæ ejus afferéntur tibi. *T. P.* Allelúia.

¶ **A Complies,** *l'Hymne se chante sur le ton de celle des Vêpres. — Au Temps Pascal,* 75.

## AUX II. VÊPRES

*Comme aux I. Vêpres,* 654, *excepté :*

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. *T. P.* Allelúia.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. *T. P.* Allelúia.

A Magnificat Ant. 7. c



V Eni sponsa Christi, áccipe co-rónam quam



ti-bi Dóminus præparávit in ætérnum. *T. P.* Alle-lú-ia.



E u o u a e.

℣ *Si l'on doit faire mémoire d'un Office qui a la même Antienne, on dit l'Ant.* Símile est. *ci-dessous,* 675, *avec le* ℣. Diffúsa est. *Ou si déjà il a été dit :*

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo. *T. P.* Allelúia.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur. *T. P.* Allelúia.

## I. MESSE D'UNE VIERGE MARTYRE

Intr. 5.




**Collecte.**

Deus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulísti : concéde propítius ; ut qui beátæ *N.* Vírginis et Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum nostrum.

**Lectio libri Sapientiæ.** *Eccli. 51.*

Confitebor tibi, Dómine rex, et collaudábo te Deum salvatórem meum : confitébor nómini tuo : quóniam adjútor et protéctor factus es mihi, et liberásti corpus meum a perditióne, a láqueo linguæ iníquæ, et a lábiis operántium mendácium, et in conspéctu adstántium factus es mihi adjútor. Et liberásti me



secúndum multitúdinem misericórdiæ nóminis tui a rugiéntibus præparátis ad escam, de mánibus quæréntium ánimam meam, et de portis tribulatiónum, quæ circumdedérunt me : a pressúra flammæ, quæ circúmdedit me, et in médio ignis non sum æstuáta : de altitúdine ventris ínferi, et a lingua coinquináta, et a verbo mendácii, a rege iníquo, et a lingua injústa : laudábit usque ad mortem ánima mea Dóminum, quóniam éruis sustinéntes te, et líberas eos de mánibus géntium, Dómine Deus noster.

Grad. 8.



*Après la Septuagésime, on omet l'*Allelúia *et son ỳ., et l'on dit :*









*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :* Alleluia, allelúia. ỳ. Adducéntur. *ci-dessus,* 659 ; *puis :*




**℣ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 25.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc : Símile erit regnum cælórum decem virgínibus : quæ accipiéntes lámpades suas, exiérunt óbviam sponso et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fátuæ, et quinque prudéntes : sed quinque fátuæ, accéptis lampádibus, non sumpsérunt óleum secum. Prudéntes vero accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus. Moram autem faciénte sponso, dormitavérunt omnes et dormiérunt. Média autem nocte clamor factus est : Ecce sponsus venit, exíte óbviam ei. Tunc surrexérunt omnes vírgines illæ, et ornavérunt lámpades suas. Fátuæ autem sapiéntibus dixérunt : Date nobis de óleo vestro, huia lámpades nostræ exstinguúntur. Respondérunt prudéntes, dicéntes : Ne forte non suffíciat nobis et vobis, ite pótius ad vendéntes, et émite vobis. Dum autem irent émere, venit sponsus : et quæ parátæ erant, intravérunt cum eo ad núptias, et clausa est jánua. Novíssime vero véniunt et réliquæ vírgines, dicéntes : Dómine, Dómine, áperi nobis. At ille respóndens, ait : Amen dico vobis, néscio vos. Vigiláte ítaque quia nescítis diem neque horam.

Offert. 4.




**Secrète.**

SUSCIPE Dómine múnera, quæ in beátæ *N.* Vírginis et Mártyris tuæ solemnitáte deférimus : cujus nos confídimus patrocínio liberári. Per Dóminum nostrum.

Comm. 1.






**Postcommunion.**

AUXILIENTUR nobis, Dómine, sumpta mystéria : et, intercedénte beáta *N.* Vírgine et Mártyre tua, sempitérna fáciant protectióne gaudére. Per Dóminum.

## II. AUTRE MESSE D'UNE VIERGE MARTYRE

Intr. 2.




**Collecte.**

INDULGENTIAM nobis, quæsumus Dómine, beáta *N.* Virgo et Martyr implóret : quæ tibi grata semper éxstitit, et mérito castitátis, et tuæ professióne virtútis. Per Dóminum.

**Lectio libri Sapientiæ.** *Eccli. 51. b.*

DOMINE Deus meus, exaltásti super terram habitatiónem meam, et pro morte defluénte deprecáta sum. Invocávi Dóminum patrem Dómini mei, ut non derelínquat me in die tribulatiónis meæ, et in témpore superbórum sine adjutório. Laudábo nomen tuum assídue, et collaudábo illud in confessióne, et exaudíta est orátio mea. Et liberásti me de perditióne, et eripuísti me de témpore iníquo. Proptérea confitébor, et laudem dicam tibi, Dómine Deus noster.









*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son ℣., on dit le Trait* Veni sponsa Christi. 660.

*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :* Alleluia, alleluia. ℣. Hæc est virgo. *ci-dessus ; puis :*




✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 13.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc : Símile est regnum cælórum thesáuro abscóndito in agro, quem qui invénit homo, abscóndit, et præ gáudio illíus vadit, et vendit univérsa quæ habet, et emit agrum illum. Iterum símile est regnum cælórum hómini negotiatóri, quæránti bonas margarítas. Invénta autem una pretiósa margaríta, ábiit, et véndidit ómnia quæ hábuit, et emit eam. Iterum símile est regnum cælórum sagénæ missæ in mare, et ex omni génere píscium congregánti. Quam, cum impléta esset, educéntes, et secus littus sedéntes, elegérunt bonos in vasa, malos autem foras misérunt. Sic erit in consummatióne sæculi : exíbunt Angeli, et separábunt malos de médio justórum, et mittent eos

in camínum ignis : ibi erit fletus et stridor déntium. Intellexístis hæc ómnia ? Dicunt ei : Etiam. Ait illis : Ideo omnis scriba doctus in regno cælórum, símilis est hómini patrifamílias, qui profert de thesáuro suo nova et vétera.

Offert. 8.




**Secrète.**

HOSTIAS tibi, Dómine, beátæ *N.* Vírginis et Mártyris tuæ dicátas méritis, benígnus assúme : et ad perpétuum nobis tríbue provenire subsídium. Per Dóminum.

Comm. 4.






**Postcommunion.**

DIVINI múneris largitáte satiáti, quæsumus Dómine Deus noster : ut, intercedénte beáta *N.* Vírgine et Mártyre tua, in ejus semper participatióne vivámus. Per Dóminum.

## MESSE DE PLUSIEURS VIERGES MARTYRES

*Comme ci-dessus pour une Vierge Martyre, excepté ce qui suit :*

**Collecte.**

DA nobis, quæsumus Dómine Deus noster, sanctárum Vírginum et Mártyrum tuárum *N.* et *N.* palmas incessábili devotióne venerári : ut, quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dñum.

*Épître.* De virgínibus. *ci-dessous,* 671.

**Secrète.**

INTENDE, quæsumus Dómine, múnera altáribus tuis pro sanctárum Vírginum et Mártyrum tuárum *N.* et *N.* festivitáte propósita : ut, sicut per hæc beáta mystéria illis glóriam contulísti, ita nobis indulgéntiam largiáris. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

PRÆSTA nobis, quæsumus Dómine, intercedéntibus sanctis Vírgínibus et Martýribus tuis *N.* et *N.* : ut, quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum.

## I. MESSE D'UNE VIERGE NON MARTYRE

Intr. 8.






**Collecte.**

EXAUDI nos, Deus salutáris noster : ut, sicut de beátæ *N.* Vírginis tuæ festivitáte gaudémus; ita piæ devotiónis erudiámur affectu. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *2. Cor. 10.*

FRATRES : Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. Non enim qui seípsum comméndat, ille probátus est ; sed quem Deus comméndat. Utinam sustinerétis módicum quid insipiéntiæ meæ, sed et supportáte me : æmulor enim vos Dei æmulatióne. Despóndi enim vos uni viro vírginem castam exhibére Christo.

Grad. 5.









Allelúia, allelúia. ℣. Adducéntur Regi. 659.

*Après la Septuagésime, on omet* l'Allelúia *et son* ℣., *et l'on dit :*

Trait. 2.



*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :* Allelúia, allelúia. ℣. Adducéntur. 659 ; *puis :* Allelúia. ℣. Spécie tua. 661.

*Évangile.* Símile erit regnum cælórum. *ci-dessus,* 661.




**Secrète.**

Accepta tibi sit, Dómine, sacrátæ plebis oblátio, pro tuórum honóre sanctórum : quorum se méritis de tribulatióne percepísse cognóscit auxílium. Per Dóminum.






**Postcommunion.**

Satiasti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris : ejus quæsumus semper interventióne nos réfove, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum.

## II. AUTRE MESSE D'UNE VIERGE NON MARTYRE




*Collecte.* Exáudi nos. 668.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** 2. *Cor.* 7. *e.*

Fratres : De virgínibus præcéptum Dómini non hábeo, consílium autem do, tamquam misericórdiam consecútus a Dómino, ut sim fidélis. Exístimo ergo hoc bonum esse propter instántem necessitátem, quóniam bonum est hómini sic esse. Alligátus es uxóri ? noli quærere solutiónem. Solútus es ab uxóre ? noli quærere uxórem. Si autem accéperis uxórem, non peccásti. Et si núpserit virgo, non peccávit : tribulatiónem tamen carnis habébunt hujúsmodi. Ego autem vobis parco. Hoc ítaque dico, fratres : Tempus breve est : réliquum est, ut et qui habent uxóres, tamquam non habéntes sint : et qui flent, tamquam non flentes : et qui gaudent, tamquam non gaudén-

tes : et qui emunt, tamquam non possidéntes : et qui utúntur hoc mundo, tamquam non utántur : prætérit enim figúra hujus mundi. Volo autem vos sine sollicitúdine esse. Qui sine uxóre est, sollícitus est quæ Dómini sunt, quómodo pláceat Deo. Qui autem cum uxóre est, sollícitus est quæ sunt mundi, quómodo pláceat uxóri, et divísus est. Et múlier innúpta, et virgo, cógitat quæ Dómini sunt ; ut sit sancta córpore et spíritu : in Christo Jesu Dómino nostro.




Allelúia, allelúia. ℣. Hæc est virgo. 664.

*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son ℣., on dit le Trait* Audi fília. 669.

*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :* Allelúia, allelúia. ℣. Hæc est virgo. 664 ; *puis :* Allelúia. ℣. O quam pulchra. 665.

*Évangile.* Símile est regnum cælórum. 665.

*Offertoire.* Afferéntur Regi. 662.

*Secrète.* Accépta tibi sit. 670.









*Postcommunion.* Satiásti, Dómine. 671.

# COMMUN DES SAINTES FEMMES

## AUX I. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Dixit Dñus. 63. — **2.** Laudáte púeri. 64. — **3.** Lætátus sum. 86. — **4.** Nisi Dóminus. 86. — **5.** Lauda Jerúsalem. 90.






**Pour une S. Femme Martyre. Capit.** *Eccli. 51.*

CONFITEBOR tibi, Dómine Rex, et collaudábo te Deum salvatórem meum. Confitébor nómini tuo : quóniam adjútor et protéctor factus es mihi, et liberásti corpus meum a perditióne.

**Pour une S. Femme non Mart. Capit.** *Prov. 31. b.*

MULIEREM fortem quis invéniet ? procul, et de últimis fínibus prétium ejus. Confídit in ea cor viri sui, et spóliis non indigébit.









℣. Spécie tua et pulchritúdine tua. *T. P.* Allelúia.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna. *T. P.* Allelúia.




*T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

¶ **A Complies,** *l'Hymne se chante sur le ton de celle de Vêpres. — Au Temps Pascal,* 75.

## AUX II. VÊPRES

*Comme aux I. Vêpres, excepté :*

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. *T. P.* Allelúia.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. *T. P.* Allelúia.





as exténdit ad páupe-rem, et pa-nem o-ti- ó-sa non comé-

dit. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

¶ **Pour Plusieurs saintes Femmes,** *on fait le même Office.*

¶¶ *Si l'on doit faire mémoire d'un autre Office qui a la même Antienne, on dit :*




D A-te e- i de fructu mánu- um su- á- rum, et lau-

dent e- am in portis ópe-ra e-jus. *T. P.* Alle-lú-ia.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. *T. P.* Allelúia.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. *T. P.* Allelúia.

*Si déjà il a été dit :*

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo. *T. P.* Allelúia.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur. *T. P.* Allelúia.

## MESSE D'UNE SAINTE FEMME MARTYRE

*Introït.* Me exspectavérunt. 663.

**Collecte.**

DEUS, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulísti : concéde propítius ; ut, qui beátæ *N.* Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

**Pour Plusieurs saintes Femmes Martyres. Collecte.**

DA nobis, quæsumus Dómine Deus noster, sanctárum Mártyrum tuárum *N.* et *N.* palmas incessábili devotióne venerári ; ut, quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

*Épître.* Confitébor tibi, Dómine rex. 658.

*Graduel.* Dilexísti justítiam. 659.

Allelúia, allelúia. ℣. Spécie tua. 661.

*Au Temps Pascal, au lieu de l'*Allelúia *et de son ℣., on dit le Trait* Veni sponsa Christi. 660.



*Au Temps Pascal, on omet le Graduel et l'on chante :* Allelúia, allelúia. ℣. Spécie tua. 661 ; *puis :*




A Lle- lú- ia.

℣. Propter ve-ri-tá-tem, et mansu- e- tú- dinem, et ju-

sti- ti- am : et dedú-cet te mi-rabí-li-ter déx-

te- ra tu- a.

*Évangile.* Símile est. 665. — *Offertoire.* Diffúsa est. 666.

**Secrète.**

SUSCIPE Dómine, múnera, quæ in beátæ *N.* Mártyris tuæ solemnitáte deférimus : cujus nos confídimus patrocínio liberári. Per Dóminum nostrum.

**Pour Plusieurs saintes Femmes Martyres. Secrète.**

INTENDE, quæsumus Dómine, múnera altáribus tuis pro sanctárum Mártyrum tuárum *N.* et *N.* festivitáte propósita : ut, sicut per hæc beáta mystéria illis glóriam contulísti ; ita nobis indulgéntiam largiáris. Per Dóminum.




P Rínci-pes persecú-ti sunt me gra- tis, et a ver-

bis tu- is formi-dá- vit cor me- um : lætábor ego su-

per e-ló-qui- a tu- a, quasi qui invé- nit spó- li-

a mul- ta. *T. P.* Alle- lú- ia.

**Postcommunion.**

AUXILIENTUR nobis, Dómine, sumpta mystéria : et, intercedénte beáta *N.* Mártyre tua, sempitérna fáciant protectióne gaudére. Per Dóminum nostrum.

**Pour Plusieurs saintes Femmes Martyres. Postcommunion.**

PRÆSTA nobis, quæsumus Dómine, intercedéntibus sanctis Mártyribus tuis : ut, quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum nostrum.

## MESSE D'UNE SAINTE FEMME NON MARTYRE




**Collecte.**

EXAUDI nos, Deus salutáris noster : ut, sicut de beátæ *N.* festivitáte gaudémus ; ita piæ devotiónis erudiámur affectu. Per Dóminum nostrum.



**Lectio libri Sapientiæ.** *Prov. 31. b.*

MULIEREM fortem quis invéniet ? Procul, et de últimis fínibus prétium ejus. Confídit in ea cor viri sui, et spóliis non indigébit. Reddet ei bonum et non malum, ómnibus diébus vitæ suæ. Quæsívit lanam et linum, et operáta est consílio mánuum suárum. Facta est quasi navis institóris, de longe portans panem suum. Et de nocte surréxit, dedítque prædam domésticis suis, et cibária ancíllis suis. Considerávit agrum, et emit eum : de fructu mánuum suárum plantávit víneam. Accínxit fortitúdine lumbos suos, et roborávit bráchium suum. Gustávit, et vidit quia bona est negotiátio ejus : non exstinguétur in nocte lucérna ejus. Manum suam misit ad fórtia, et dígiti ejus apprehendérunt fusum. Manum suam apéruit ínopi, et palmas suas exténdit ad páuperem. Non timébit dómui suæ a frigóribus nivis : omnes enim doméstici ejus vestíti sunt duplícibus. Stragulátam vestem fecit sibi : byssus et púrpura induméntum ejus. Nóbilis in portis vir ejus, quando séderit cum senatóribus terræ. Síndonem fecit, et véndidit, et cíngulum trádidit Chananæo. Fortitúdo et decor induméntum ejus, et ridébit in die novíssimo. Os suum apéruit sapiéntiæ, et lex cleméntiæ in lingua ejus. Considerávit sémitas domus suæ, et panem otiósa non comédit. Surrexérunt fílii ejus, et beatíssimam prædicavérunt : vir ejus, et laudávit eam. Multæ fíliæ congregavérunt divítias : tu supergréssa es univérsas. Fallax grátia, et vana est pulchritúdo : múlier timens Dóminum, ipsa laudábitur. Date ei de fructu mánuum suárum : et laudent eam in portis ópera ejus.






Alleluia, alleluia. ℣. Specie tua. 661.

*Après la Septuagésime, on omet l'*Allelúia *et son ℣., et l'on dit le Trait* Veni sponsa Christi. 660, *en omettant la dernière partie du 1er ℣.,* * pro cujus amóre... fudísti.

*Au Temps Pascal, on omet le Graduel et l'on chante :* Allelúia, allelúia. ℣. Spécie tua. 661 ; *puis :* Allelúia. ℣. Propter veritátem. 677.

*Évangile.* Símile est regnum cælórum. 665.

*Offertoire.* Diffúsa est. 666.

*Secrète.* Accépta tibi sit. 670.




**Postcommunion.**

**Satiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris : ejus quæsumus semper interventióne nos réfove, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum.**



# COMMUN DE LA DÉDICACE D'UNE ÉGLISE

## AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche ; au lieu du dernier, Ps.* Lauda Jerúsalem. 90.

















res Jerú-sa-lem gemmis æ-di-fi-ca-búntur. *T. P.* Alle- lú-ia.



E u o u a e.

**Capitule.** *Apoc. 21.*

VIDI civitátem sanctam Jerúsalem novam, descendéntem de cælo a Deo, parátam sicut sponsam ornátam viro suo.

Hymn. 4.



C Æléstis urbs Je-rú-sa-lem, Be- á-ta pacis ví-si- o,



Quæ celsa de vi-véntibus Saxis ad astra tólle-ris, Spon-sæ-



que ri-tu cínge-ris Mille Ange-lórum míl-libus. 2. O sorte



nupta próspera, Dotá-ta Patris gló-ri- a, Respérsa sponsi



grá- ti- a, Regí-na formo-síssima, Christo jugá-ta Príncipi,



Cæli corúsca cí-vi-tas. 3. Hic marga-rí- tis émi-cant, Paténtque cunctis ósti- a : Virtúte namque prævi- a Mortá-lis illuc



dú-ci-tur, Amó-re Christi pérci-tus Torménta quisquis sús-





tinct. 4. Scalpri sa-lúbris íctibus, Et tunsi- óne plú-rima,



Fabri po-lí-ta málle- o Hanc saxa molem cónstru-unt, A-



ptísque juncta né-xibus Locántur in fastí-gi- o. 5. De-cus



Pa-rénti dé-bi-tum Sit usquequáque Altíssimo, Natóque



Patris ú-nico, Et ínclyto Pa-rácli-to, Cui laus, po-téstas,



gló-ri- a Ætérna sit per sæcu-la. A-men.

℣. Hæc est domus Dómini fírmiter ædificáta. *T. P.* Allelúia.
℟. Bene fundáta est supra firmam petram. *T. P.* Allelúia.

A Magnificat Ant. 1. g



S Ancti-fi-cá-vit Dómi-nus tabernáculum su-



um : qui- a hæc est domus De- i, in qua invo-cá-



bi- tur nomen e-jus, de quo scriptum est : Et erit nomen



me- um ibi, di- cit Dóminus. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

¶ A Complies, *l'Hymne se chante comme ci-dessus,* 580. — *Au Temps Pascal,* 75.

## AUX II. VÊPRES

*Comme aux I. Vêpres,* 681, *excepté :*

℣. Domum tuam Dómine decet sanctitúdo. *T. P.* Allelúia.
℟. In longitúdinem diérum. *T. P.* Allelúia.

A Magnificat
Ant. 6. P




*Durant l'Octave, l'Office comme au jour de la Fête.*

¶ *Pour la mémoire d'un autre Office du même Commun, on dit l'Antienne suivante.*

Ant. 8.




℣. Hæc est domus Dómini firmiter ædificáta. *T. P.* Allelúia.
℟. Bene fundáta est supra firmam petram. *T. P.* Allelúia.

*Si déjà il a été dit :*

℣. Domus mea. *T. P.* Allelúia.
℟. Domus oratiónis vocábitur. *T. P.* Allelúia.



## A LA MESSE

Intr. 2.




**Collecte.**

Deus, qui nobis per síngulos annos, hujus sancti templi tui consecratiónis réparas diem, et sacris semper mystériis repræséntas incólumes : exáudi preces pópuli tui, et præsta; ut quisquis hoc templum benefícia petitúrus ingréditur, cuncta se impetrásse lætétur. Per Dóminum.

**Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.** *Apoc. 21.*

In diébus illis : Vidi sanctam civitátem Jerúsalem novam descendéntem de cælo a Deo, parátam sicut sponsam ornátam viro suo. Et audívi vocem magnam de throno dicéntem : Ecce tabernáculum Dei cum homínibus, et habitábit cum eis. Et ipsi pópulus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eórum Deus : et abstérget Deus omnem lácrimam ab óculis eórum : et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abiérunt. Et dixit qui sedébat in throno : Ecce nova fácio ómnia.

Grad. 5.









*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son* ℣., *on dit le Trait* Qui confídunt. *IV. Dimanche de Carême,* 259.

*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :* Alleluia, allelúia. ℣. Adorábo. *ci-dessus ; puis :*









✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 19.*

In illo témpore : Ingréssus Jesus perambulábat Jéricho. Et ecce vir nómine Zachæus : et hic princeps erat publicanórum, et ipse dives : et quærébat vidére Jesum, quis esset : et non póterat præ turba, quia statúra pusíllus erat. Et præcúrrens ascéndit in árborem sycómorum, ut vidéret eum ; quia inde erat transitúrus. Et cum venísset ad locum, suspíciens Jesus vidit illum, et dixit ad eum : Zachæe, festínans descénde ; quia hódie in domo tua opórtet me manére. Et festínans descéndit, et excépit illum gaudens. Et cum vidérent omnes, murmurábant, dicéntes, quod ad hóminem peccatórem divertísset. Stans autem Zachæus, dixit ad Dóminum : Ecce dimídium bonórum meórum, Dómine, do paupéribus : et si quid áliquem defraudávi, reddo quádruplum. Ait Jesus ad eum : Quia hódie salus dómui huic facta est : eo quod et ipse fílius sit Abrahæ. Venit enim Fílius hóminis quærere, et salvum fácere, quod perierat. Credo.



¶ *Hors de l'Église consacrée, on omet la parenthèse.*

**Secrète.**

ANNUE quæsumus Dómine précibus nostris : (ut quicúmque intra templi hujus, cujus anniversárium dedicatiónis diem celebrámus, ámbitum continémur, plena tibi atque perfécta córporis et ánimæ devotióne placeámus :) ut, dum hæc vota præséntia réddimus, ad ætérna prémia, te adjuvánte, pervenire mereámur. Per Dóminum nostrum.

Comm. 5.




**Postcommunion.**

DEUS, qui de vivis et eléctis lapídibus ætérnum majestáti tuæ præparas habitáculum : auxiliáre pópulo tuo supplicánti; ut, quod Ecclésiæ tuæ corporálibus próficit spátiis, spirituálibus amplificétur augméntis. Per Dóminum.

¶ **Au jour même de la Dédicace d'une Église,** *on dit les Oraisons suivantes :*

**Collecte.**

DEUS, qui invisibíliter ómnia cóntines, et tamen pro salúte géneris humáni signa tuæ poténtiæ visibíliter osténdis : templum hoc poténtia tuæ inhabitatiónis illústra, et concéde; ut omnes qui huc deprecatúri convéniunt, ex quacúmque tribulatióne ad te clamáverint, consolatiónis tuæ benefícia consequántur. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

DEUS, qui sacrandórum tibi auctor es múnerum, effúnde super hanc oratiónis domum benedictiónem tuam : ut ab ómnibus in ea invocántibus nomen tuum, defensiónis tuæ auxílium sentiátur. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

QUÆSUMUS omnípotens Deus : ut in hoc loco, quem nómini tuo indígni dedicávimus, cunctis peténtibus aures tuæ pietátis accómmodes. Per Dóminum nostrum.



# AUX FÊTES DE LA SAINTE VIERGE

## PENDANT L'ANNÉE

### AUX I. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Dixit Dñus. 63. — **2.** Laudáte púeri. 64. — **3.** Lætátus sum. 86. — **4.** Nisi Dñus. 86. — **5.** Lauda Jerúsalem. 90.

1. Ant. 3. à




2. Ant. 4. A




3. Ant. 3. à




4. Ant. 8. G




5. Ant. 4. A





et su- ávis in de-lí-ci- is tu- is, sancta De- i Génitrix.



*T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

**Capitule.** *Eccli. 24. b.*

Ab inítio et ante sæcula creáta sum, et usque ad futúrum sæculum non désinam, et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

Hymn. 1.



A -ve ma-ris stella, De- i Ma-ter alma, Atque



semper Virgo, Fe-lix cæ-li por-ta. 2. Sumens illud A-



ve Gabri- é-lis ore, Funda nos in pa-ce, Mutans He-



væ nomen. 3. Solve vincla re- is, Pro-fer lumen cæcis,



Ma-la nostra pelle, Bona cuncta posce. 4. Monstra *te* es-



se matrem, Sumat per te preces, Qui pro nobis na-tus,



Tu-lit esse tu- us. 5. Virgo singu-lá-ris, Inter omnes



mi-tis, Nos culpis solú-tos Mi-tes fac et ca-stos. 6. Vi-tam





præsta pu-ram, I-ter pa-ra tutum, Ut vidéntes Jesum,



Semper collætémur. 7. Sit laus De-o Patri, Summo Chri-



sto decus, Spi-rí-tu- i Sancto, Tribus honor u-nus. Amen.

℣. Dignáre me laudáre te Virgo sacráta. *T. P.* Allelúia.
℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos. *T. P.* Allelúia.

A Magnificat Ant. 4. E



S Ancta Ma-rí- a succúrre mí-se-ris, juva pu-



sil-lánimes, ré-fo-ve flé- bi- les, o-ra pro pó-pu-lo, in-



térveni pro cle- ro, intercéde pro de-vóto femí- ne- o



sexu : sénti- ant omnes tu- um juvámen, quicúmque cé-le-



brant * tu- am sanctam festi-vi-tá-tem. *T. P.* Alle-lú-ia.



E u o u a e.

Fête de N.-D. du Mont-Carmel



* tu- am so-lémnem Commemora-ti- ónem.

Fête du saint Nom de Marie.



* tu- i sancti Nómi- nis commemora-ti- ónem.

Fête de Notre-Dame Auxiliatrice.



quicúmque tu-um sanctum implórant auxí-li- um. Alle-lúia.

Fête du Patronage de la S. Vierge.



* tu-um sanctum Patro-cíni- um.

¶ A Complies, *l'Hymne comme elle est notée*, 76.

## AUX II. VÊPRES.

*Comme aux I. Vêpres*, 689, *excepté*.

A Magnificat Ant. 8. G



B E-á-tam me di-cent omnes genera-ti- ónes, qui-a



ancíllam húmi-lem respéxit De- us. *T. P.* Alle-lú-ia.



E u o u a e.

## I. MESSE DE LA SAINTE VIERGE

### DE L'AVENT A LA NATIVITÉ DE NOTRE-SEIGNEUR

Intr. I.



R Orá-te cæ- li dé-su- per, et nu-bes plu-



ant ju- stum : ape-ri- á-tur ter- ra, et gérminet Sal-



va- tó- rem. *Ps.* Benedi-xísti Dómine terram tu- am : aver-





tísti capti-vi- tátem Ja- cob. Glóri- a Patri. E u o u a e.



*ou* E u o u a e.

**Collecte.**

DEUS, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero, Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti : præsta supplícibus tuis; ut, qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per cúmdem Dóminum.

**Lectio Isaiæ Prophetæ.** *Is. 7. b.*

IN diébus illis : Locútus est Dóminus ad Achaz, dicens : Pete tibi signum a Dómino Deo tuo in profúndum inférni, sive in excélsum supra. Et dixit Achaz : Non petam, et non tentábo Dóminum. Et dixit : Audíte ergo, domus David : Numquid parum vobis est, moléstos esse homínibus, quia molésti estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum. Ecce virgo concípiet, et páriet fílium, et vocábitur nomen ejus Emmánuel. Bútyrum et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum, et elígere bonum.

Grad. 2.



T Ol-li-te por- tas, prín- ci- pes, ve-



stras : et e-levá- mi-ni por- tæ æ- ter-



ná- les : et intro- í- bit



Rex gló-ri- æ.



℣. Quis ascéndet in montem Dó- mi- ni :



aut quis stabit in loco sancto e-




✠ **Sequéntia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 1. c.*

In illo témpore : Missus est Angelus Gábriel a Deo in civitátem Galiléæ, cui nomen Názareth, ad Vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Vírginis María. Et ingréssus Angelus ad eam, dixit : Ave grátia plena : Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus. Quæ cum audísset, turbáta est in sermóne ejus : et cogitábat qualis esset ista salutátio. Et ait Angelus ei : Ne tímeas, María, invenísti enim grátiam apud Deum : ecce concípies in útero, et páries fílium, et vocábis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Fílius Altíssimi vocábitur, et dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus : et regnábit in domo Jacob in ætérnum, et regni ejus non erit finis. Dixit autem María ad Angelum : Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognósco ? Et respóndens Angelus, dixit ei : Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. Et ecce Elísabeth cognáta tua, et ipsa concépit fílium in senectúte sua : et hic mensis sextus est illi, quæ vocátur stérilis : quia non erit impossíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem María : Ecce ancílla Dómini, fiat mihi secúndum verbum tuum.



*Offertoire.* Ave María. 113.

**Secrète.**

In méntibus nostris, quæsumus Dómine, vere fídei sacraménta confírma : ut, qui concéptum de Vírgine Deum verum et hóminem confitémur ; per ejus salutíferæ resurrectiónis poténtiam, ad ætérnam mereámur pervenire lætítiam. Per eúmdem Dóminum nostrum.

*Préface de la sainte Vierge.* Et te in veneratióne. 12. *Elle se dit aussi aux autres Messes de la sainte Vierge, même au Temps Pascal, et dans quelque Octave que ce soit.*

*Communion.* Ecce virgo. 113.

**Postcommunion.**

Gratiam tuam, quæsumus Dómine, méntibus nostris infúnde : ut qui, Angelo nuntiánte, Christi Fílii tui incarnatiónem cognóvimus ; per passiónem ejus et crucem, ad resurrectiónis glóriam perducámur. Per eúmdem Dóminum.

## II. DE LA NOEL A LA PURIFICATION

*Introït.* Vultum tuum. 671. — *Collecte.* Deus qui salútis. 209.
*Epître.* Appáruit benígnitas. 152.
*Graduel.* Speciósus forma. 177.
Allelúia, allelúia. ℣. Post partum. 699.
*Après la Septuagésime, on omet l'*Allelúia *et son ℣., et l'on dit :*






*Évangile.* Pastóres. 154.

Offert. 1.




*Secrète.* Munéribus. 209. — *Communion.* Beáta víscera. 700.
*Postcommunion.* Hæc nos commúnio. 209.

### III. DE LA PURIFICATION A PAQUES

*Introït.* Salve sancta parens. 698. — *Collecte.* Concéde. 698.
*Épître.* Ab inítio. 698.
*Graduel.* Benedícta et venerábilis. 698.

8.









*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son ℣. on dit le Trait* Gaude María. 695.
*Évangile.* Loquénte Jesu. 700.
*Offertoire.* Felix namque es. 696. — *Secrète.* Tua Dómine. 700.
*Communion.* Beáta víscera. 700. — *Postcommunion.* Sumptis. 700.

### IV. DE PAQUES A LA PENTECOTE

*Introït.* Salve sancta parens. *de la Messe suivante,* 698.
*Collecte et Épître de la même Messe.*
Allelúia, allelúia. ℣. Virga Jesse flóruit. 696.
Allelúia. ℣. Ave María. 694.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 19. e.*

In illo témpore : Stabant juxta crucem Jesu mater ejus, et soror matris ejus María Cléophæ, et María Magdaléne. Cum vidísset ergo Jesus matrem, et discípulum stantem, quem diligébat, dicit matri suæ : Múlier, ecce fílius tuus. Deínde dicit discípulo : Ecce mater tua. Et ex illa hora accépit eam discípulus in sua.

Offert. 8.






*Secrète, Communion et Postcommunion de la Messe suivante.*

## V. DE LA PENTECOTE A L'AVENT

Intr. 2.




**Collecte.**

CONCEDE nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére : et gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum.

**Lectio libri Sapientiæ.** *Eccli. 24. b.*

AB inítio, et ante sæcula creáta sum, et usque ad futúrum sæculum non désinam, et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi. Et sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei hæréditas illíus, et in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

Grad. 1.









4.



**℣ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 11. d.*

In illo témpore : Loquénte Jesu ad turbas : extóllens vocem quædam múlier de turba, dixit illi : Beátus venter, qui te portávit, et úbera, quæ suxísti. At ille dixit : Quinímo beáti qui áudiunt verbum Dei, et custódiunt illud.




**Secrète.**

Tua, Dómine, propitiatióne, et beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, ad perpétuam atque præséntem hæc oblátio nobis proficiat prosperitátem et pacem. Per Dóminum.




**Postcommunion.**

Sumptis, Dómine, salútis nostræ subsídiis : da, quæsumus, beátæ Maríæ semper Vírginis patrocíniis nos ubíque prótegi; in cujus veneratióne hæc tuæ obtúlimus majestáti. Per Dóminum nostrum.

# PROPRE DES SAINTS

## FÊTES DE NOVEMBRE

### 29. Mémoire de S. Saturnin Martyr.

**Collecte.**

Deus, qui nos beáti Saturníni Mártyris tui concédis natalítio pérfrui : ejus nos tríbue méritis adjuvári. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula.

**Secrète.**

Munera, Dómine, tibi dicáta sanctífica : et, intercedénte beáto Saturníno Mártyre tuo, per hæc éadem nos placátus inténde. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

Sanctificet nos, quæsumus Dómine, tui percéptio sacraménti : et intercessióne sanctórum tuórum tibi reddat accéptos. Per Dóminum nostrum.

**********

### 30. SAINT ANDRÉ APOTRE

**Double de II. Classe.**

AUX I. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres, 704, excepté ce qui suit :*

*Ps. du Dimanche, 63; au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.




¶ *Ce qui ne se trouve pas au Propre des Saints, doit se prendre au Commun, suivant la qualité des Saints.*




## A LA MESSE

Intr. 2.




### Collecte.

MAJESTATEM tuam, Dómine, supplíciter exorámus : ut, sicut Ecclésiæ tuæ beátus Andréas Apóstolus éxstitit prædicátor et rector; ita apud te sit pro nobis perpétuus intercéssor. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.** *Rom. 10. b.*

FRATRES : Corde enim créditur ad justítiam : ore autem confessio fit ad salútem. Dicit enim Scriptúra : Omnis qui credit in illum, non confundétur. Non enim est distínctio Judæi et Græci : nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes qui ínvocant illum. Omnis enim quicúmque invocavérit nomen Dómini, salvus erit. Quómodo ergo invocábunt, in quem non credidérunt? Aut quómodo credent ei, quem non audiérunt? Quómodo autem aúdient sine prædicánte? Quómodo vero prædicábunt, nisi mittántur? sicut scriptum est : Quam speciósi



pedes evangelizántium pacem, evangelizántium bona! Sed non omnes obédiunt Evangélio. Isaías enim dicit : Dómine, quis crédidit audítui nostro? Ergo fides ex audítu, audítus autem per verbum Christi. Sed dico : Numquid non audiérunt? Et quidem in omnem terram exívit sonus eórum, et in fines orbis terræ verba eórum.

*Graduel.* Constítues eos. *de la fête des SS. Pierre et Paul.*




✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 4.*

IN illo témpore : Ambulans Jesus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simónem, qui vocátur Petrus, et Andréam fratrem ejus, mitténtes rete in mare (erant enim piscatóres), et ait illis : Veníte post me, et fáciam vos fieri piscatóres hóminum. At illi contínuo, relíctis rétibus, secúti sunt eum. Et procédens inde, vidit álios duos fratres, Jacóbum Zebedæi, et Joánnem fratrem ejus, in navi cum Zebedæo patre eórum, reficiéntes rétia sua : et vocávit eos. Illi autem, statim relíctis rétibus et patre, secúti sunt eum. Credo.

Offert. 3.






**Secrète.**

SACRIFICIUM nostrum tibi, Dómine quæsumus, beáti Andréæ Apóstoli precátio sancta concíliet : ut in cujus honóre solémniter exhibétur, ejus méritis efficiátur accéptum. Per Dóminum nostrum.

*Préface des Apôtres,* 12.




**Postcommunion.**

SUMPSIMUS Dómine, divína mystéria, beáti Andréæ festivitáte lætántes ; quæ, sicut tuis sanctis ad glóriam, ita nobis, quæsumus, ad véniam prodésse perfícias. Per Dóminum.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* 1. Dixit Dñus. 63. — 2. Laudáte púeri. 64. — 3. Crédidi. 85. — 4. In converténdo. 86. — 5. Dómine probásti me. 88.









**Capitule.** *Rom. 10. b.*

FRATRES : Corde enim créditur ad justítiam : ore autem conféssio fit ad salútem. Dicit enim Scriptúra : Omnis qui credit in illum, non confundétur.

*Hymne.* Exsúltet orbis. 578.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei. ℟. Et facta ejus intellexérunt.

A Magnificat Ant. 1. J




## FÊTES DE DÉCEMBRE

## 2. Sainte Bibiane Vierge et Mart. *Semid.*

**Collecte.**

DEUS ómnium largítor bonórum, qui in fámula tua Bibiána cum virginitátis flore martýrii palmam conjunxísti : mentes nostras ejus intercessióne tibi caritáte conjúnge ; ut, amótis perículis, præmia consequámur ætérna. Per Dóminum.

*Secrète et Postcomm. de la Messe* Me exspectavérunt. 663.

## 3. S. François Xavier Conf. *Double.*

A LA MESSE

Intr. 6.









**Collecte.**

DEUS, qui Indiárum gentes beáti Francísci prædicatióne et miráculis Ecclésiæ tuæ aggregáre voluísti : concéde propítius ; ut cujus gloriósa mérita venerámur, virtútum quoque imitémur exémpla. Per Dóminum nostrum.

*Épitre.* Corde enim. 702.

*Graduel.* Justus ut palma. 646.

Allelúia, allelúia. ℣. Beátus vir qui suffert. 647.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum.** *Marc. 16.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Eúntes in mundum univérsum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. Qui crediderit et baptizátus fúerit, salvus erit : qui vero non crediderit, condemnábitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequéntur : In nómine meo dæmónia ejícient : linguis loquéntur novis : serpéntes tollent : et si mortíferum quid bíberint, non eis nocébit : super ægros manus impónent, et bene habébunt.

*Offertoire.* Véritas mea. 647.

*Secrète.* Præsta nobis. 650.

*Communion.* Beátus servus. 648.

*Postcommunion.* Quæsumus. 651.

## 4. S. Pierre Chrysologue Évêque, Confess. et Docteur de l'Église. *Double.* (m. t. v.)

**Aux I. et II. Vêpres,** *A Magnificat, Ant.* O Doctor... beáte Petre Chrysóloge. 629.

**Messe.** In médio. *des Docteurs,* 637, *excepté ce qui suit :*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Petrum Chrysólogum Doctórem egrégium divínitus præmonstrátum, ad regéndam et instruéndam Ecclésiam tuam éligi voluísti : præsta, quæsumus ; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire de* **S. Barbe Vierge et Martyre.** *Oraisons de la Messe* Loquébar. 658.

*Graduel.* Ecce sacérdos magnus. 632.

Allelúia, allelúia. ℣. Tu es sacérdos. 589.




## 5. Mémoire de S. Sabbas Abbé.

*Oraisons de la Messe* Os justi. *des Abbés,* 651.



## 6. S. Nicolas Évêque et Confess. *Double.*

A LA MESSE

*Introït.* Státuit. *d'un Confesseur Pontife,* 631.

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Nicoláum Pontíficem innúmeris decorásti miráculis : tríbue, quæsumus ; ut ejus méritis et précibus a gehénnæ incéndiis liberémur. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos.** *Hebr. 13. b.*

FRATRES : Mementóte præpositórum vestrórum, qui vobis locúti sunt verbum Dei : quorum intuéntes éxitum conversatiónis, imitámini fidem. Jesus Christus heri, et hódie : ipse et in sæcula. Doctrínis váriis et peregrínis nolíte abdúci. Optimum est enim grátia stabilíre cor, non escis, quæ non profuérunt ambulántibus in eis. Habémus altáre, de quo édere non habent potestátem, qui tabernáculo desérviunt. Quorum enim animálium infértur sanguis pro peccáto in Sancta per Pontíficem, horum córpora cremántur extra castra. Propter quod et Jesus, ut sanctificáret per suum sánguinem pópulum, extra portam passus est. Exeámus ígitur ad eum extra castra, impropérium ejus portántes. Non enim habémus hic manéntem civitátem, sed futúram inquírimus. Per ipsum ergo offerámus hóstiam laudis semper Deo, id est, fructum labiórum confiténtium nómini ejus. Beneficéntiæ autem et communiónis nolíte oblivísci : tálibus enim hóstiis promerétur Deus. Obedíte præpósitis vestris, et subjacéte eis. Ipsi enim pervígilant, quasi ratiónem pro animábus vestris redditúri.

*Graduel.* Invéni. 588.

Allelúia, allelúia. ℣. Justus ut palma. 652.

*Évangile.* Homo péregre proficíscens. 633.

*Offertoire.* Véritas mea. 647.

**Secrète.**

SANCTIFICA, quæsumus Dómine Deus, hæc múnera, quæ in solemnitáte sancti Antístitis tui Nicolái offérimus : ut per ea, vita nostra inter advérsa et próspera ubíque dirigátur. Per Dóminum nostrum.

*Communion.* Semel jurávi. 591.

**Postcommunion.**

SACRIFICIA quæ súmpsimus, Dómine, pro solemnitáte sancti Pontíficis tui Nicolái, sempitérna nos protectióne conservent. Per Dóminum nostrum.

# 7. Saint Ambroise Évêque, Confesseur et Docteur de l'Église. *Double.* (m. t. v.)

**Aux I. et II. Vêpres,** *A Magnif. Ant.* O Doctor óptime... beáte Ambrósi. 629.

## A LA MESSE

*Introït.* In médio. 637.

*Collecte.* Deus, qui pópulo... beátum Ambrósium. 638.

*Epître.* Testíficor coram Deo. 638.

*Graduel.* Ecce sacérdos magnus. 632.

Allelúia, allelúia. ℣. Jurávit. 636.

*Évangile.* Vos estis sal terræ. 639. *On dit* Credo.

*Offertoire.* Véritas mea. 647.

**Secrète.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, múnera tuæ majestáti oblàta, per intercessiónem beáti Ambrósii Confessóris tui atque Pontíficis, ad perpétuam nobis fac provenire salútem. Per Dóminum nostrum.

*Communion.* Semel jurávi. 591.

**Postcommunion.**

SACRAMENTA salútis nostræ suscipiéntes, concéde, quæsumus omnípotens Deus : ut beáti Ambrósii Confessóris tui atque Pontíficis nos ubíque orátio ádjuvet, in cujus veneratióne hæc tuæ obtúlimus májestáti. Per Dóminum nostrum.

LE 8. DÉCEMBRE

# L'IMMACULÉE CONCEPTION DE LA B. V. MARIE

**Double de I. Classe avec Octave.**

## AUX I. VÊPRES

*Comme au II. Vêpres, 714, excepté :*

A Magnificat Ant. 8. G









E u o u a e.

**A Complies,** *l'Hymne se chante sur le ton des Fêtes de la B. M. V., 76, avec la doxologie :* Jesu tibi sit glória, Qui natus es de Vírgine. *Et ainsi pendant toute l'Octave. On chante et on termine de la même manière toutes les Hymnes du même mètre des Fêtes qui se célèbrent pendant l'Octave. Seule, l'Hymne des Vêpres du Dimanche dans l'Octave conserve son ton propre ; mais à Complies on reprend le ton des Fêtes de la B. M. V.*

## A LA MESSE

Intr. 8.



### Collecte.

DEUS, qui per Immaculátam Vírginis Conceptiónem dignum Fílio tuo habitáculum præparásti : quæsumus ; ut qui ex morte ejúsdem Fílii tui prævísa, eam ab omni labe præservásti, nos quoque mundos ejus intercessióne ad te pervenire concédas. Per eúmdem Dóminum.

### Lectio libri Sapientiæ. *Prov. 8. c.*

DOMINUS possédit me in initio viárum suárum, ántequam quidquam fáceret a princípio. Ab ætérno ordináta sum, et ex antíquis, ántequam terra fíeret. Nondum erant abýssi, et ego jam concépta eram : necdum fontes aquárum crúperant : necdum montes gravi mole constíterant : ante colles ego parturiébar : adhuc terram non fécerat, et flúmina, et cárdines orbis terræ. Quando præparábat cælos, áderam : quando certa lege et gyro vallábat abýssos : quando æthera firmábat sursum, et librábat fontes aquárum : quando circúmdabat mari términum suum, et legem ponébat aquis, ne transírent fines suos ; quando appendébat fundaménta terræ. Cum eo eram cuncta compónens : et delectábar per síngulos dies, ludens coram eo omni témpore, ludens in orbe terrárum, et delíciæ meæ esse cum fíliis hóminum. Nunc ergo fílii, audíte me : Beáti qui custódiunt vias meas. Audíte disciplínam, et estóte sapiéntes, et nolíte abjícere eam. Beátus homo qui audit me, et qui vígilat ad fores meas quotídie, et obsérvat ad postes óstii mei. Qui me invénerit, invéniet vitam, et háuriet salútem a Dómino.









℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 1. c.*

IN illo témpore : Missus est Angelus Gábriel a Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad Vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Vírginis María. Et ingréssus Angelus ad eam dixit : Ave, grátia plena : Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus.

*On dit* Credo *pendant toute l'Octave.*



**Secrète.**

SALUTAREM hóstiam, quam in solemnitáte Immaculátæ Conceptiónis beátæ Vírginis Maríæ tibi, Dómine, offérimus, súscipe et præsta : ut sicut illam, tua grátia præveniénte, ab omni labe immúnem profitémur; ita ejus intercessióne a culpis ómnibus liberémur. Per Dóminum.

Comm. 8.




**Postcommunion.**

SACRAMENTA quæ súmpsimus, Dómine Deus noster, illíus in nobis culpæ vúlnera réparent; a qua Immaculátam beátæ Maríæ Conceptiónem singuláriter præservásti. Per Dóminum.

AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* 1. Dixit Dñus. 63. — 2. Laudáte púeri. 64. — 3. Lætátus sum. 86. — 4. Nisi Dñus. 86. — 5. Lauda Jerúsalem. 90.

1. Ant. 1. a




2. Ant. 8. G




3. Ant. 8. c







4. Ant. 7. a











5. Ant. 3. a










**Capitule.** *Prov. 8. c.*

DOMINUS possédit me in inítio viárum suárum, ántequam quidquam fáceret a princípio. Ab ætérno ordináta sum, et ex antíquis ántequam terra fíeret. Nondum erant abýssi, et ego jam concépta eram.

*Hymne.* Ave maris stella. 690.

℣. Immaculáta Concéptio est hódie sanctæ Maríæ Vírginis.
℟. Quæ serpéntis caput virgíneo pede contrívit.

A Magnificat Ant. 1. f













## 10. Mémoire de S. Melchiade Pape et Martyr.

*Oraisons de la Messe* Státuit. *d'un Martyr Pontife*, 587.

## 11. S. Damase I. Pape et Confesseur. *Semid.*

**Collecte.**

EXAUDI Dómine preces nostras : et interveniénte beáto Dámaso Confessóre tuo atque Pontífice, indulgéntiam nobis tríbue placátus et pacem. Per Dóminum.

**Secrète.**

ACCEPTA tibi sit, Dómine, sacrátæ plebis oblátio, pro tuórum honóre Sanctórum : quorum se méritis percepísse de tribulatióne cognóscit auxílium. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

DA, quǽsumus, Dómine, fidélibus pópulis Sanctórum tuórum semper veneratióne lætári : et córum perpétua supplicatióne muníri. Per Dóminum.

## 13. S. Lucie Vierge et Mart. *Double.*

AUX I. VÊPRES

*Comme au II. Vêpres, 717, excepté :*

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde et regna.

A Magnificat Ant. 1. f




A LA MESSE

*Introït.* Dilexísti. 667. — *Collecte.* Exáudi nos. 668.
*Épitre.* Qui gloriátur. 668.
*Graduel.* Dilexísti. 659.



8.




*Évangile.* Símile est regnum cælórum thesáuro. 665.
*On dit* Credo *à cause de l'Octave.*
*Offertoire.* Afferéntur. 662.
*Secrète.* Accépta tibi sit. 670.
*Communion.* Príncipes. 677.
*Postcommunion.* Satiásti. 671.

AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* 1. Dixit Dñus. 63. — 2. Laudáte púeri. 64. — 3. Lætátus sum. 86. — 4. Nisi Dñus. 86. — 5. Lauda Jerúsalem. 90.

1. Ant. 7. b




2. Ant. 7. a






*Capitule, Hymne et ℣. du Commun*, 655.

*(L'Hymne se chante sur le ton de la B. M. V., 76, avec la doxologie :* Jesu tibi sit glória, Qui natus es... *à cause de l'Octave.)*






## 15. L'Octave de l'Immaculée Conception.

**Double.**

*Comme au jour de la Fête*, 710.

## 16. S. Eusèbe Évêque et Martyr. *Semid.*

*Oraisons de la Messe* Sacerdótes Dei. 591.

## 21. SAINT THOMAS APOTRE

**Double de II. Classe.**

**Aux I. et II. Vêpres, A Magnificat.**




### A LA MESSE

*Introït.* Mihi autem nimis. 702.

**Collecte.**

DA nobis, quæsumus Dómine, beáti Apóstoli tui Thomæ solemnitátibus gloriári : ut ejus semper et patrocíniis sublevémur, et fidem cóngrua devotióne sectémur. Per Dóminum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios.** *Ephes. 2. d.*

FRATRES : Jam non estis hóspites et ádvenæ; sed estis cives sanctórum, et doméstici Dei : superædificáti super fundaméntum Apostolórum et Prophetárum, ipso summo angulári lápide Christo Jesu : in quo omnis ædificátio constrúcta crescit in templum sanctum in Dómino, in quo et vos coædificámini in habitáculum Dei in Spíritu.






✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 20. f.*

In illo témpore : Thomas, unus ex duódecim, qui dícitur Dídymus, non erat cum eis, quando venit Jesus. Dixérunt ergo ei álii discípuli : Vídimus Dóminum. Ille autem dixit eis : Nisi vídero in mánibus ejus fixúram clavórum, et mittam dígitum meum in locum clavórum, et mittam manum meam in latus ejus, non credam. Et post dies octo, íterum erant discípuli ejus intus, et Thomas cum eis. Venit Jesus jánuis clausis, et stetit in médio, et dixit : Pax vobis. Deínde dicit Thomæ :



Infer dígitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum : et noli esse incrédulus, sed fidélis. Respóndit Thomas, et dixit ei : Dóminus meus, et Deus meus. Dixit ei Jesus : Quia vidísti me, Thoma, credidísti : Beáti qui non vidérunt, et credidérunt. Credo.




**Secrète.**

Debitum tibi, Dómine, nostræ réddimus servitútis, supplíciter exorántes : ut suffrágiis beáti Thomæ Apóstoli, in nobis tua múnera tueáris, cujus honoránda confessióne laudis tibi hóstias immolámus. Per Dóminum.

*Préface des Apôtres,* 12.




**Postcommunion.**

Adesto nobis, miséricors Deus : et, intercedénte pro nobis beáto Thoma Apóstolo; tua circa nos propitiátus dona custódi. Per Dóminum nostrum.

## FÊTES DE JANVIER

### 11. Mémoire de S. Hygin Pape et Martyr.

*Oraisons de la Messe* Státuit. *d'un Martyr Pontife,* 587.

---

### 14. S. Hilaire Évêque, Confesseur et Docteur de l'Église. *Double.* (m. t. v.)

**Aux I. et II. Vêpres,** *A Magnif. Ant.* O Doctor... beáte Hilári. 629.

**Messe.** In médio. 637.

*Mémoire de* **S. Félix Prêtre et Martyr.**

**Collecte.**

CONCEDE, quæsumus, omnípotens Deus : ut ad meliórem vitam, sanctórum tuórum exémpla nos próvocent ; quátenus quorum solémnia ágimus, étiam actus imitémur. Per Dóminum.

**Secrète.**

HOSTIAS tibi, Dómine, beáti Felícis Mártyris tui dicátas méritis, benígnus assúme : et ad perpétuum nobis tríbue provenire subsídium. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

QUÆSUMUS, Dómine, salutáribus repléti mystériis : ut beáti Felícis Mártyris tui, cujus solémnia celebrámus, oratiónibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum.

---

### 15. S. Paul Premier Ermite, Confesseur.

*Double.* (m. t. v.)

A LA MESSE

*Introït.* Justus ut palma. 648.

*Oraisons de la Messe* Os justi. *d'un Conf. non Pontife,* 645.

*Mémoire de* **S. Maur Abbé.** *Collecte.* Intercéssio. 651.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Philippenses.** *Phil. 3.*

FRATRES : Quæ mihi fuérunt lucra, hæc arbitrátus sum propter Christum detrimenta. Verúmtamen exístimo ómnia detriméntum esse propter eminéntem sciéntiam Jesu Christi



Dómini mei : propter quem ómnia detriméntum feci, et árbitror ut stércora, ut Christum lucrifáciam, et invéniar in illo, non habens meam justítiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est Christi Jesu : quæ ex Deo est justítia in fide, ad cognoscéndum illum, et virtútem resurrectiónis ejus, et societátem passiónum illíus : configurátus morti ejus : si quo modo occúrram ad resurrectiónem, quæ est ex mórtuis : non quod jam accéperim, aut jam perféctus sim : sequor autem, si quo modo comprehéndam, in quo et comprehénsus sum a Christo Jesu.

*Graduel.* Justus ut palma. 646.

Allelúia, allelúia. ℣. Justus germinábit. 639.

*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son* ℣., *on dit le Trait* Beátus vir. 593.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 11.*

IN illo témpore : Respóndens Jesus, dixit : Confíteor tibi, Pater, Dómine cæli et terræ, quia abscondísti hæc a sapiéntibus et prudéntibus, et revelásti ea párvulis. Ita, Pater : quóniam sic fuit plácitum ante te. Omnia mihi trádita sunt a Patre meo. Et nemo novit Fílium, nisi Pater ; neque Patrem quis novit, nisi Fílius, et cui volúerit Fílius reveláre. Veníte ad me, omnes qui laborátis et oneráti estis, et ego refíciam vos. Tóllite jugum meum super vos, et díscite a me quia mitis sum et húmilis corde : et inveniétis réquiem animábus vestris. Jugum enim meum suáve est, et onus meum leve.

*Offertoire.* In virtúte tua. 650.

*De S. Maur. Secrète.* Sacris altáribus. 653.

*Communion.* Lætábitur. 605, *sans* Allelúia *à la fin.*

*De S. Maur. Postcommunion.* Prótegat nos. 653.

---

### 16. S. Marcel I. Pape et Martyr. *Semid.*

**Collecte.**

PRECES pópuli tui, quæsumus Dómine, cleménter exáudi : ut beáti Marcélli, Mártyris tui atque Pontíficis, méritis adjuvémur, cujus passióne lætámur. Per Dóminum.

**Secrète.**

SUSCIPE, quæsumus Dómine, múnera dignánter oblàta : et, beáti Marcélli Mártyris tui atque Pontíficis suffragántibus méritis, ad nostræ salútis auxílium provenire concéde. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

SATIASTI, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris : ejus, quæsumus, semper interventióne nos réfove, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum.

## 17. S. Antoine Abbé. *Double.*

**Messe.** Os justi. *du Commun des Abbés,* 651, *excepté l'Évangile* Sint lumbi vestri. 647.

## 18. La Chaire de S. Pierre à Rome.

Double majeur.

### AUX I. VÊPRES

*Tout du Commun d'un Confesseur Pontife,* 624, *excepté :*

*Hymne.* Quodcúmque in orbe. *comme aux II. Vêpres,* 729.

℣. Tu es Petrus.
℟. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.




*On fait ensuite mémoire de S. Paul avant toutes les autres mémoires. Ce qui s'observe également pour la mémoire de S. Pierre aux Fêtes de S. Paul.*

Mémoire de S. Paul Apôtre, Antienne.




℣. Tu es vas electiónis sancte Paule Apóstole.
℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.



### A LA MESSE

*Introït.* Státuit. 631.

**Collecte.**

DEUS, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávibus regni cæléstis, ligándi atque solvéndi pontifícium tradidísti : concéde ; ut intercessiónis ejus auxílio, a peccatórum nostrórum néxibus liberémur : Qui vivis.

Mémoire de S. Paul. Collecte.

DEUS, qui multitúdinem géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti : da nobis, quæsumus ; ut cujus commemoratiónem cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus.

Mémoire de S. Prisque, Vierge et Martyre. Collecte.

DA, quæsumus, omnípotens Deus : ut qui beátæ Priscæ Vírginis et Mártyris tuæ natalítia cólimus ; et ánnua solemnitáte lætémur, et tantæ fídei proficiámus exémplo. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.** *1. Petr. 1.*

PETRUS Apóstolus Jesu Christi, eléctis ádvenis dispersiónis Ponti, Galátiæ, Cappadóciæ, Asiæ, et Bithýniæ, secúndum præsciéntiam Dei Patris, in sanctificatiónem Spíritus, in obediéntiam et aspersiónem sánguinis Jesu Christi : grátia vobis, et pax multiplicétur. Benedíctus Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui secúndum misericórdiam suam magnam regenerávit nos in spem vivam, per resurrectiónem Jesu Christi ex mórtuis, in hæreditátem incorruptíbilem, et incontaminátam, et immarcescíbilem, conservátam in cælis in vobis, qui in virtúte Dei custodímini per fidem in salútem, parátam revelári in témpore novíssimo. In quo exsultábitis, módicum nunc si opórtet contristári in váriis tentatiónibus : ut probátio vestræ fídei multo pretiósior auro (quod per ignem probátur) inveniátur in laudem, et glóriam, et honórem, in revelatióne Jesu Christi Dómini nostri.






*Après la Septuagésime, on omet l'*Allelúia *et son* ỳ., *et l'on dit :*









*Évangile.* Venit Jesus. *de la Fête des SS. Pierre et Paul.*




**Secrète.**

ECCLESIÆ tuæ, quæsumus Dómine, precs et hóstias beát Petri Apóstoli comméndet orátio : ut quod pro illíus glória celebrámus, nobis prosit ad véniam. Per Dóminum.

**De S. Paul. Secrète.**

APOSTOLI tui Pauli précibus, Dómine, plebis tuæ dona sanctífica : ut quæ tibi tuo grata sunt institúto, gratióra fiant patrocínio supplicántis.

**De sainte Prisque. Secrète.**

HÆC hóstia, quæsumus Dómine, quam sanctórum tuórum natalítia recensántes offérimus, et víncula nostræ pravitátis absólvat, et tuæ nobis misericórdiæ dona concíliet. Per Dñum.

*Préface des Apôtres,* 12.

*Communion.* Tu es Petrus. *de la Fête des SS. Pierre et Paul.*

**Postcommunion.**

LÆTIFICET nos, Dómine, munus oblátum : ut sicut in Apóstolo tuo Petro te mirábilem prædicámus ; sic per illum tuæ sumámus indulgéntiæ largitátem. Per Dóminum.

**De S. Paul. Postcommunion.**

SANCTIFICATI, Dómine, salutári mystério, quæsumus : ut nobis ejus non desit orátio, cujus nos donásti patrocínio gubernári.

**De sainte Prisque. Postcommunion.**

QUÆSUMUS, Dómine, salutáribus repléti mystériis : ut cujus solémnia celebrámus, ejus oratiónibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum.



## AUX II. VÊPRES

*Tout du Commun d'un Confesseur Pontife,* 630, *excepté :*




℣. Elégit te Dóminus sacerdótem sibi.
℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

*A Magnificat, Ant.* Dum esset summus Póntifex. 631.

*Ensuite mémoire de S. Paul, ci-dessus,* 724.

## 19. Saint Canut Roi et Martyr.

Semidouble ad libitum.

### Collecte.

DEUS, qui ad illustrándam Ecclésiam tuam, beátum Canútum regem martýrii palma et gloriósis miráculis decoráre dignátus es : concéde propítius; ut, sicut ipse Domínicæ passiónis imitátor fuit, ita nos per ejus vestígia gradiéntes, ad gáudia sempitérna provenire mereámur. Per eúmdem Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* In virtúte. 597.

*Ensuite mémoire des* **SS. Marius, Marthe, Audifax et Abachum** *Martyrs.*

Collecte.

EXAUDI Dómine pópulum tuum cum sanctórum tuórum patrocínio supplicántem : ut et temporális vitæ nos tríbuas pace gaudére, et ætérnæ reperíre subsídium. Per Dóminum.

Secrète.

PRECES, Dómine, tuórum réspice oblationésque fidélium : ut et tibi grata sint pro tuórum festivitáte sanctórum, et nobis cónferant tuæ propitiatiónis auxílium. Per Dóminum.

Postcommunion.

SANCTORUM tuórum, Dómine, intercessióne placátus : præsta, quæsumus; ut, quæ temporáli celebrámus actióne, perpétua salvatióne capiámus. Per Dóminum nostrum.

## 20. SS. Fabien Pape et Sébastien Martyrs.

Double.

### A LA MESSE

*Introït.* Intret. 614.

### Collecte.

INFIRMITATEM nostram réspice, omnípotens Deus : et quia pondus própriæ actiónis gravat, beatórum Mártyrum tuórum Fabiáni et Sebastiáni intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos.** *Hebr. 11.*

FRATRES : Sancti per fidem vicérunt regna, operáti sunt justítiam, adépti sunt repromissiónes, obturavérunt ora leónum, exstinxérunt ímpetum ignis, effugérunt áciem gládii, convaluérunt de infirmitáte, fortes facti sunt in bello, castra vertérunt exterórum : accepérunt mulíeres de resurrectióne mórtuos suos : álii autem distenti sunt, non suscipiéntes redemptiónem,



ut meliórem invenírent resurrectiónem : álii vero ludíbria et vérbera expérti, ínsuper et víncula, et cárceres : lapidáti sunt, secti sunt, tentáti sunt, in occisióne gládii mórtui sunt : circuiérunt in melótis, in péllibus caprínis, egéntes, angustiáti, afflícti, quibus dignus non erat mundus : in solitudínibus errántes, in móntibus, et spelúncis, et in cavérnis terræ. Et hi omnes testimónio fídei probáti invénti sunt in Christo Jesu Dómino nostro.

*Graduel.* Gloriósus. 615.




*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son ℣., on dit le Trait* Qui séminant. 616.

*Évangile.* Descéndens Jesus de monte. 620.




### Secrète.

HOSTIAS tibi, Dómine, beatórum Mártyrum tuórum Fabiáni et Sebastiáni dicátas méritis, benígnus assúme : et ad perpétuum nobis tríbue provenire subsídium. Per Dóminum.

Comm. 2.




**Postcommunion.**

REFECTI participatióne múneris sacri, quæsumus Dómine Deus noster : ut, cujus exséquimur cultum, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Fabiáno et Sebastiáno, sentiámus effé-ctum. Per Dóminum nostrum.

## 21. S. Agnès Vierge et Mart. *Double.*

AUX I. VÊPRES

*Comme au II. Vêpres, 734, excepté :*

*Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

℣. Spécie tua.

A Magnificat Ant. 8. G












A LA MESSE

*Introït.* Me exspectavérunt. 663.

**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui infírma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas : concéde propítius ; ut, qui beátæ Agnétis Vírginis et Mártyris tuæ solémnia cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

*Épître.* Confitébor tibi. 658.

*Graduel.* Diffúsa est. 679.

7.



*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son ℣., on dit le Trait* Veni sponsa Christi. 660.

*Évangile.* Símile erit regnum cælórum. 661.

*Offertoire.* Afferéntur. 662.

**Secrète.**

HOSTIAS, Dómine, quas tibi offérimus, propítius súscipe : et intercedénte beáta Agnéte Vírgine et Mártyre tua, víncula peccatórum nostrórum absólve. Per Dóminum.

*Communion.* Quinque prudéntes. 670.

**Postcommunion.**

REFECTI cibo potúque cælésti, Deus noster, te súpplices exorámus : ut, cujus hæc commemoratióne percépimus, ejus muniámur et précibus. Per Dóminum.

## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche; au lieu du dernier, Ps.* Lauda Jerúsalem. 90.

1. Ant. 7. c



I Ngréssa Agnes turpitúdi-nis locum, Ange-lum



Dómini præparátum in-vénit. E u o u a e.

2. Ant. 7. c



M Ecum enim hábe-o custódem córpo-ris me- i,



Ange-lum Dómini. E u o u a e.

3. Ant. 7. c



A Nnu-lo su-o subarrhávit me Dóminus me-us Je-



sus Christus, et tamquam sponsam decorá-vit me coróna.



E u o u a e.

4. Ant. 8. G



B Ene-díco te Pater Dómi-ni me-





i Jesu Christi, qui- a per Fí-li- um tu- um i-gnis exstín-



ctus est a láte-re me- o. E u o u a e.

5. Ant. 8. G



C Ongaudéte mecum, et congra-tu-lámi-ni, qui- a cum



his ómni-bus lúci-das sedes accépi. E u o u a e.

**Capitule.** *Eccli. 51.*

CONFITEBOR tibi Dómine Rex, et collaudábo te Deum salvatórem meum. Confitébor nómini tuo : quóniam adjútor et protéctor factus es mihi, et liberásti corpus meum a perditióne.

*Hymne.* Jesu coróna Vírginum. 655. ℣. Diffúsa est.

A Magnificat Ant. 1. f



S Tans be- á-ta Agnes in médi- o flammæ,



expánsis máni-bus o-rá- bat ad Dóminum : Omnípo-tens,



ado-rán-de, co-lén- de, treménde, bene-dí-co te, et



glo-rí-fi-co nomen tu- um in ætérnum. E u o u a e.

## 22. SS. Vincent et Anastase Mart. *Semid.*

**Collecte.**

ADESTO, Dómine, supplicatiónibus nostris : ut qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus, beatórum Mártyrum tuórum Vincéntii et Anastásii intercessióne liberémur. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

MUNERA tibi, Dómine, nostræ devotiónis offérimus : quæ et pro tuórum tibi grata sint honóre justórum, et nobis salutária, te miseránte, reddántur. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

QUÆSUMUS, omnípotens Deus : ut qui cæléstia aliménta percépimus, intercedéntibus beátis Martýribus tuis Vincéntio et Anastásio, per hæc contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum nostrum.

## 23. S. Raymond de Pennafort Confesseur.

*Semidouble.* (m. t. v.)

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Raymúndum pæniténtiæ Sacraménti insígnem minístrum elegísti, et per maris undas mirabíliter traduxísti : concéde; ut ejus intercessióne dignos pæniténtiæ fructus fácere, et ad ætérnæ salútis portum pervenire valeámus. Per Dóminum nostrum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Os justi. 645.

*Mémoire de* **S. Émérentienne Vierge et Martyre.** *Oraisons de la Messe* Me exspectavérunt. 663.

## 24. S. Timothée Évêque Mart. *Double.*

**Messe.** Státuit. *d'un Martyr Pont.*, 587, *excepté l'Épître.*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Timotheum.** *1. Tim.*

CARISSIME : Sectáre justítiam, pietátem, fidem, caritátem, patiéntiam, mansuetúdinem. Certa bonum certámen fídei, apprehénde vitam ætérnam, in qua vocátus es, et conféssus bonam confessiónem coram multis téstibus. Præcípio tibi coram Deo, qui vivíficat ómnia, et Christo Jesu, qui testimónium réddidit sub Póntio Piláto, bonam confessiónem : ut serves mandátum sine mácula, irreprehensíbile usque in advéntum Dómini nostri Jesu Christi, quem suis tempóribus osténdet beátus et solus potens, Rex regum, et Dóminus dominántium : qui solus habet immortalitátem, et lucem inhábitat inaccessíbilem : quem nullus hóminum vidit, sed nec vidére potest : cui honor et impérium sempitérnum. Amen.



## 25. La Conversion de S. Paul Apôtre.

**Double majeur.**

AUX I. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres, 741, excepté :*

*Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.




A LA MESSE





et re-surrecti- ónem me- am. Glóri- a Patri. Eu ouae.

**Collecte.**

DEUS, qui univérsum mundum beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti : da nobis, quæsumus ; ut, qui ejus hódie Conversiónem cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire de S. Pierre. Collecte.* Deus qui beáto Petro. 725.

**Lectio Actuum Apostolorum.** *Act. 9.*

IN diébus illis : Saulus adhuc spirans minárum et cædis in discípulos Dómini, accéssit ad príncipem sacerdótum, et pétiit ab eo epístolas in Damáscum ad synagógas, ut si quos invenísset hujus viæ viros ac mulíeres, vinctos perdúceret in Jerúsalem. Et cum iter fáceret, cóntigit ut appropinquáret Damásco : et súbito circumfúlsit eum lux de cælo. Et cadens in terram, audívit vocem dicéntem sibi : Saule, Saule, quid me perséqueris ? Qui dixit : Quis es, Dómine ? Et ille : Ego sum Jesus, quem tu perséqueris. Durum est tibi contra stímulum calcitráre. Et tremens ac stupens, dixit : Dómine, quid me vis fácere ? Et Dóminus ad eum : Surge, et ingrédere civitátem, et ibi dicétur tibi quid te opórteat fácere. Viri autem illi, qui comitabántur cum eo, stabant stupefácti, audiéntes quidem vocem, néminem autem vidéntes. Surréxit autem Saulus de terra, apertísque óculis nihil vidébat. Ad manus autem illum trahéntes, introduxérunt Damáscum. Et erat ibi tribus diébus non videns, et non manducávit, neque bibit. Erat autem quidam discípulus Damásci, nómine Ananías : et dixit ad illum in visu Dóminus : Ananía. At ille ait : Ecce ego, Dómine. Et Dóminus ad eum : Surge, et vade in vicum qui vocátur Rectus, et quære in domo Judæ Saulum nómine Tarsénsem : ecce enim orat. (Et vidit virum, Ananíam nómine, introeúntem et imponéntem sibi manus, ut visum recípiat.) Respóndit autem Ananías : Dómine, audívi a multis de viro hoc, quanta mala fécerit sanctis tuis in Jerúsalem ; et hic habet potestátem a princípibus sacerdótum alligándi omnes qui ínvocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dóminus : Vade, quóniam vas electiónis est mihi iste, ut portet nomen meum coram géntibus, et régibus, et fíliis Israel. Ego enim osténdam illi, quanta opórteat eum pro nómine meo pati. Et ábiit Ananías, et introívit in domum : et impónens ei manus, dixit : Saule frater, Dóminus misit me Jesus, qui appáruit tibi in via qua veniébas, ut vídeas, et impleáris Spíritu Sancto. Et conféstim cecidérunt ab óculis ejus tamquam squamæ, et visum recépit : et surgens baptizátus est. Et cum accepísset cibum, confortátus est. Fuit autem cum discípulis qui erant Damásci, per dies áliquot. Et contínuo in synagógis prædicábat Jesum, quóniam



hic est Fílius Dei. Stupébant autem omnes qui audiébant, et dicébant : Nonne hic est, qui expugnábat in Jerúsalem eos qui invocábant nomen istud : et huc ad hoc venit, ut vinctos illos dúceret ad príncipes sacerdótum ? Saulus autem multo magis convalescébat, et confundébat Judæos qui habitábant Damásci, affírmans quóniam hic est Christus.






*Après la Septuagésime, on omet l'*Allelúia *et son ỳ., et l'on dit :*









*Évangile.* Dixit Petrus. 653. *On dit* Credo.
*Offertoire.* Mihi autem. 703.
*Secrète.* Apóstoli tui Pauli. 728.
*De S. Pierre. Secrète.* Ecclésiæ tuæ. 728.
*Préface des Apôtres,* 12.
*Communion.* Amen dico vobis. 651.
*Postcommunion.* Sanctificáti. 728.
*De S. Pierre. Postcommunion.* Lætíficet nos. 728.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Dixit Dñus. 63. — **2.** Laudáte púeri. 64. — **3.** Crédidi. 85. — **4.** In converténdo. 86. — **5.** Dómine probásti me. 88.





3. Ant. 4. A

Christi. E u o u a e. G Rá-ti-a De-i in me



vácu-a non fu-it, sed grá-ti-a e-jus semper in me manet.



4. Ant. 8. G

E u o u a e. D Amásci, præpó-si-tus gentis A-



ré-tæ re-gis vó-lu-it me comprehéndere : a frátribus per



mu- rum demíssus sum in sporta, et sic evási manus



e-jus in nómine Dómini. E u o u a e.



5. Ant. 8. G

T ER virgis cæsus sum, semel la-pi-dátus sum, ter



naufrági- um pértu-li pro Christi nómine. E u o u a e.

**Capitule.** *Act. 9.*

SAULUS adhuc spirans minárum et cædis in discípulos Dómini, accéssit ad príncipem sacerdótum, et pétiit ab eo epístolas in Damáscum ad synagógas : ut si quos invenísset hujus viæ viros ac mulíeres, vinctos perdúceret in Jerúsalem.



Hymn. 4.

E -gré-gi- e Doctor Paule mores ínstru-e, Et no-



stra te-cum péctora in cæ-lum trahe : Ve-lá-ta dum me-rí-





di- em cernat fides Et so-lis instar sola regnet cá-ri-tas.



2. Sit Tri- ni- tá-ti sempi- térna gló-ri- a, Honor, poté-stas,



atque jubi- lá-ti- o, In u-ni- táte, quæ gubérnat ómni-



a, Per univérsa ætérni-tá-tis sæ-cu-la. Amen.

℣. Tu es vas electiónis sancte Paule Apóstole.
℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

*A Magnificat, Ant.* Sancte Paule Apóstole. 724.

*Mémoire de S. Pierre. Ant.* Tu es Pastor. 724. ℣. Tu es Petrus. *Oraison.* Deus, qui beáto Petro. 725.

---

## 26. S. Polycarpe Évêque et Mart. *Double.*

**Messe.** Sacerdótes Dei. 591, *excepté :*

**Lectio Epistolæ beati Joannis Apostoli.** *1. Joañ. 3. b.*

CARISSIMI : Omnis qui non est justus, non est ex Deo, et qui non díligit fratrem suum : quóniam hæc est annuntiátio, quam audístis ab inítio, ut diligátis altérutrum. Non sicut Cain, qui ex malígno erat, et occídit fratrem suum. Et propter quid occídit eum? Quóniam ópera ejus malígna erant : fratris autem ejus justa. Nolíte mirári, fratres, si odit vos mundus. Nos scimus, quóniam transláti sumus de morte ad vitam, quóniam dilígimus fratres. Qui non díligit, manet in morte : omnis qui odit fratrem suum, homicída est. Et scitis, quóniam omnis homicída non habet vitam ætérnam in semetípso manéntem. In hoc cognóvimus caritátem Dei, quóniam ille ánimam suam pro nobis pósuit : et nos debémus pro frátribus ánimas pónere.

*Évangile.* Nihil est ópertum. 600.

*Postcommunion.* Refécti participatióne. 591.

## 27. S. Jean Chrysostome Évêque, Confess.

### et Docteur de l'Église. *Double.* (m. t. v.)

**Aux I. et II. Vêpres,** *A Magnificat, Antienne.* O Doctor... beáte Joánnes Chrysóstome. 629.

**Messe.** In médio. *des Docteurs,* 637, *excepté :*

**Collecte.**

Ecclesiam tuam, quæsumus Dómine, grátia cæléstis amplíficet : quam beáti Joánnis Chrysóstomi Confessóris tui atque Pontíficis illustráre voluísti gloriósis méritis, et doctrínis. Per Dóminum nostrum.

*Graduel.* Ecce sacérdos. 632.

Allelúia, allelúia. ℣. Beátus vir qui suffert. 647.

**Secrète.**

Sancti Pontíficis tui Joánnis Chrysóstomi nobis, Dómine, pia non desit orátio : quæ et múnera nostra concíliet, et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

Ut nobis, Dómine, tua sacrifícia dent salútem : beátus Joánnes Chrysóstomus Póntifex tuus et Doctor egrégius, quæsumus, precátor accédat. Per Dóminum.

---

## 28. S. Agnès Vierge et Martyre, *secundo.*

**Aux I. Vêpres, Mémoire.**

Ant. 1.




Christus si-bi sponsam et mártyrem consecrávit.

### A LA MESSE

**Collecte.**

Deus, qui nos ánnua beátæ Agnétis Vírginis et Mártyris tuæ solemnitáte lætíficas : da quæsumus ; ut quam venerámur offício, étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dñum.



**Secrète.**

Super has, quæsumus Dómine, héstias benedíctio copiósa descéndat : quæ et sanctificatiónem nobis cleménter operétur, et de Mártyrum nos solemnitáte lætíficet. Per Dñum.

**Postcommunion.**

Sumpsimus, Dómine, celebritátis ánnuæ votíva sacraménta : præsta, quæsumus ; ut et temporális vitæ nobis remédia præbeant, et ætérnæ. Per Dóminum.

---

## 29. S. François de Sales, Évêque, Confess.

### et Docteur de l'Église. *Double.* (m. t. v.)

**Aux I. et II. Vêpres,** *A Magnificat, Ant.* O Doctor... beáte Francísce. 629.

**Messe.** Státuit. *d'un Confesseur Pontife,* 631.

**Collecte.**

Deus, qui ad animárum salútem beátum Francíscum Confessórem tuum atque Pontíficem, ómnibus ómnia factum esse voluísti : concéde propítius ; ut caritátis tuæ dulcédine perfúsi, ejus dirigéntibus mónitis ac suffragántibus méritis, ætérna gáudia consequámur. Per Dóminum.

*On dit* Credo.

---

## 30. S. Martine Vierge et Martyre. *Semid.*

*Oraison de la Messe* Loquébar. *d'une Vierge Martyre,* 658.

---

## 31. Saint Pierre Nolasque Confesseur.

*Double.* (m. t. v.)

**Messe.** Justus ut palma. *d'un Conf. non Pont.,* 648, *excepté :*

**Collecte.**

Deus, qui in tuæ caritátis exémplum, ad fidélium redemptiónem sanctum Petrum Ecclésiam tuam nova prole fœcundáre divínitus docuísti : ipsíus nobis intercessióne concéde ; a peccáti servitúte solútis, in cælésti pátria perpétua libertáte gaudére : Qui vivis et regnas.

# FÊTES DE FÉVRIER

## 1. S. Ignace Évêque et Mart. *Double.*

### A LA MESSE

Intr. 2.




*Oraisons de la Messe* Státuit. *d'un Martyr Pontife,* 587.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.** *Rom. 8. f.*

FRATRES : Quis nos separábit a caritáte Christi? Tribulátio, an angústia, an fames, an núditas, an perículum, an persecútio, an gládius? (sicut scriptum est : Quia propter te mortificámur tota die : æstimáti sumus sicut oves occisiónis.) Sed in his ómnibus superámus propter eum qui diléxit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principátus, neque virtútes, neque instántia, neque futúra, neque fortitúdo, neque altitúdo, neque profúndum, neque creatúra ália póterit nos separáre a caritáte Dei, quæ est in Christo Jesu Dómino nostro.

*Graduel.* Ecce sacérdos magnus. 632.






*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son* ℣., *on dit le Trait* Desidérium. 589.

℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 12. d.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Amen, amen dico vobis, nisi granum fruménti cadens in terram mórtuum fúerit, ipsum solum manet. Si autem mórtuum fúerit, multum fructum affert. Qui amat ánimam suam, perdet eam : et qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. Si quis mihi minístrat, me sequátur : et ubi sum ego, illic et miníster meus erit. Si quis mihi ministráverit, honorificábit eum Pater meus.

*Offertoire.* Glória et honóre. 597.



2. FÉVRIER

# LA PURIFICATION DE LA B. VIERGE MARIE

Double de II. Classe.

## AUX I. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres, 757, excepté :*

*Antiennes et Psaumes de la Circoncision, 180.*

A Magnificat Ant. 1. f




℣ A Complies, *Ton et Doxologie de la B. V. Marie, 76.*

## A LA BÉNÉDICTION DES CIERGES

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oraison.*

DOMINE sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, qui ómnia ex níhilo creásti, et jussu tuo per ópera apum hunc liquórem ad perfectiónem cérei veníre fecísti : et qui hodiérna die petitiónem justi Simeónis implésti : te humíliter deprecámur ; ut has candélas ad usus hóminum, et sanitátem córporum et animárum, sive in terra, sive in aquis, per invocatiónem tui sanctíssimi nóminis, et per intercessiónem beátæ Maríæ semper Vírginis, cujus hódie festa devóte celebrántur, et per preces ómnium Sanctórum tuórum bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris : et hujus plebis tuæ, quæ illas honorífice in mánibus desíderat portáre, teque cantándo laudáre, exáudias voces de cælo sancto tuo, et de sede majestátis tuæ : et propítius sis ómnibus clamántibus ad te, quos redemísti pretióso sánguine Fílii tui : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.



Orémus.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui hodiérna die Unigénitum tuum ulnis sancti Simeónis in templo sancto tuo suscipiéndum præsentásti : tuam súpplices deprecámur cleméntiam ; ut has candélas, quas nos fámuli tui, in tui nóminis magnificéntiam suscipiéntes, gestáre cúpimus luce accénsas, bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre, atque lúmine supérnæ benedictiónis accéndere dignéris : quaténus eas tibi Dómino Deo nostro offeréndo digni, et sancto igne dulcíssimæ caritátis tuæ succénsi, in templo sancto glóriæ tuæ repræsentári mereámur. Per eúmdem Dóminum... ℟. Amen.

Orémus.

DOMINE Jesu Christe, lux vera quæ illúminas omnem hóminem veniéntem in hunc mundum : effúnde bene ✠ dictiónem tuam super hos céreos, et sancti ✠ fica eos lúmine grátiæ tuæ, et concéde propítius ; ut, sicut hæc luminária igne visíbili accénsa noctúrnas depéllunt ténebras ; ita corda nostra invisíbili igne, id est, Sancti Spíritus splendóre illustráta, ómnium vitiórum cæcitáte cáreant : ut, purgáto mentis óculo, ea cérnere possímus, quæ tibi sunt plácita, et nostræ salúti utília ; quátenus post hujus sæculi caliginósa discrímina, ad lucem indeficiéntem perveníre mereámur. Per te, Christe Jesu, Salvátor mundi, qui in Trinitáte perfécta vivis et regnas Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Orémus.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui per Móysen fámulum tuum, puríssimum ólei liquórem ad luminária ante conspéctum tuum júgiter concinnánda præparári jussísti : bene ✠ dictiónis tuæ grátiam super hos céreos benígnus infúnde ; quátenus sic adminístrent lumen extérius, ut, te donánte, lumen Spíritus tui nostris non desit méntibus intérius. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus... ℟. Amen.

Orémus.

DOMINE Jesu Christe, qui hodiérna die in nostræ carnis substántia inter hómines appárens, a paréntibus in templo es præsentátus : quem Símeon venerábilis senex, lúmine Spíritus tui irradiátus, agnóvit, suscépit, et benedíxit : præsta propítius ; ut ejúsdem Spíritus Sancti grátia illumináti atque edócti, te veráciter agnoscámus, et fidéliter diligámus : Qui cum Deo Patre in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti vivis et regnas Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

*Les Oraisons terminées, lorsque le Célébrant commence à distribuer les cierges, le Chœur chante :*

Ant. 8.





plebis tu-æ Isra-el. *Cant.* Nunc dimíttis servum tu-um, Dó-



mi-ne, * secúndum verbum tu-um in pace.

*Le Chœur répète en entier l'Antienne* Lumen, *et ainsi après chaque verset chanté par les chantres.*



Qui-a vidérunt ócu-li me-i * salu-táre tu-um. Lumen.



Quod parásti * ante fá-ci-em ómni-um populórum. Lumen.



Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, * et Spi-rí-tu-i Sancto. Lumen.



Sicut erat in princí-pi-o, et nunc, et semper, * et in sæ-



cu-la sæcu-lórum. Amen. Lumen.

*Les cierges étant distribués, le Chœur chante :*



Ant. 2. E Xsúrge Dómi-ne, ádjuva nos, et líbe-ra nos



propter nomen tu-um. *Ps.* De-us áuribus nostris audí-



vimus : patres nostri annunti-avé-runt no-bis. Gló-ri-a



Patri. E u o u a e. *On répète :* Exsúrge.



*Puis le Prêtre dit* Orémus. *Si la Purification arrive après la Septuagésime, et non un Dimanche, le Diacre dit :* Flectámus génua. ℟. Leváte.

**Oraison.**

EXAUDI, quæsumus Dómine, plebem tuam : et quæ extrínsecus ánnua tríbuis devotióne venerári, intérius ássequi grátiæ tuæ luce concéde. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen. *On fait alors la Procession.*

*Le diacre dit :* *Le Chœur répond :*



Procedámus in pace. In nómine Christi. Amen.

*Pendant la Procession, on chante les Antiennes suivantes.*



Ant. 6. A D-órna thálamum tu-um, Si-on, et súsci-



pe Regem Chri-stum : ampléctere Ma-rí-am, quæ



est cælé-stis porta : ipsa enim por-tat Re-gem gló-



ri-æ novi lúmi-nis : subsístit Virgo, addú-cens



máni-bus Fí-li-um ante lu-cí-ferum gé-ni-tum : quem ac-



cí-pi-ens Síme-on in ulnas su-as, prædi-cá-vit pó-



pu-lis Dó-minum e-um esse vi-tæ et mor-



tis, et Salva-tó-rem mun-di.

Autre Ant. 2.

R Espónsum accépit Síme- on a Spí- ri-tu Sancto, non vi-sú-rum se mortem ni-si vidé-ret Chri-stum Dó-mi-ni : et cum indú-cerent pú- e- rum in templum, accé-pit e- um in ulnas su- as, et be-ne-dí-xit De- um, et di-xit : Nunc dimít-tis ser- vum tu- um, Dómi-ne, in pace.

℣. Cum indú- cerent pú- erum Je- sum pa-réntes e-jus, ut fáce-rent secúndum consu-e-tú-dinem le-gis pro e- o, ipse accé-pit e- um in ulnas su- as.

*En entrant dans l'église, on chante :*

Rép. 2.

O Btu-lé-runt pro e- o Dó-mi-no par túrtu-rum, aut du- os pul- los co- lum- bá- rum : * Sicut



scriptum est in le-ge Dómi- ni. ℣. Postquam au- tem implé-ti sunt di- es purga-ti- ónis Ma-rí- æ, secún-dum legem Mó- y- si, tu-lérunt Jesum in Jerúsa-lem, ut síste-rent e- um Dó- mi- no. * Sicut. Gló- ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí- tu- i San- cto. * Sic-ut.

## A LA MESSE

Intr. 1.

S Uscé-pimus, De- us, mi-se-ri-cór-di- am tu- am in mé- di- o templi tu- i : secúndum no-men tu- um, De- us, i- ta et laus tu- a in fi- nes ter- ræ : justí- ti- a ple- na est déxte-ra tu- a.

*Ps.* Magnus Dóminus, et laudábi-lis ni-mis : in civi-tá-te







**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, majestátem tuam súpplices exorámus : ut, sicut unigénitus Fílius tuus hodiérna die cum nostræ carnis substántia in templo est præsentátus; ita nos fácias purificátis tibi méntibus præsentári. Per eúmdem Dóminum.

**Lectio Malachiæ Prophetæ.** *Malach. 3.*

HÆC dicit Dóminus Deus : Ecce ego mitto Angelum meum, et præparábit viam ante fáciem meam. Et statim véniet ad templum suum Dominátor, quem vos quæritis, et Angelus testaménti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dóminus exercítuum : et quis póterit cogitáre diem advéntus ejus, et quis stabit ad vidéndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullónum : et sedébit conflans et emúndans argéntum, et purgábit fílios Levi, et colábit eos quasi aurum et quasi argéntum : et erunt Dómino offeréntes sacrifícia in justítia. Et placébit Dómino sacrifícium Juda et Jerúsalem, sicut dies sæculi, et sicut anni antíqui : dicit Dóminus omnípotens.









*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son ℣., on dit :*






✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 2. c.*

In illo témpore : Postquam impléti sunt dies purgatiónis Maríæ secúndum legem Móysi, tulérunt Jesum in Jerúsalem, ut sísterent eum Dómino, sicut scriptum est in lege Dómini : Quia omne masculínum adapériens vulvam, sanctum Dómino vocábitur. Et ut darent hóstiam secúndum quod dictum est in lege Dómini, par túrturum, aut duos pullos columbárum. Et eccc homo erat in Jerúsalem, cui nomen Símeon, et homo iste justus et timorátus, exspéctans consolatiónem Israel, et Spíritus Sanctus erat in eo. Et respónsum accéperat a Spíritu Sancto, non visúrum se mortem, nisi prius vidéret Christum Dómini. Et venit in spíritu in templum. Et cum indúcerent púerum Jesum paréntes ejus, ut fácerent secúndum consuetúdinem legis pro eo : et ipse accépit eum in ulnas suas, et benedíxit Deum, et dixit : Nunc dimíttis servum tuum, Dómine, secúndum verbum tuum in pace : quia vidérunt óculi mei salutáre tuum : quod parásti ante fáciem ómnium populórum : lumen ad revelatiónem géntium, et glóriam plebis tuæ Israel.

Credo.

*Offertoire.* Diffúsa est. 666.



**Secrète.**

Exaudi, Dómine, preces nostras : et, ut digna sint múnera, quæ óculis tuæ majestátis offérimus, subsídium nobis tuæ pietátis impénde. Per Dóminum nostrum.

*Préface de la Nativité,* 11.

Comm. 8.




**Postcommunion.**

Quæsumus, Dómine Deus noster : ut sacrosáncta mystéria, quæ pro reparatiónis nostræ munímine contulísti, intercedénte beáta María semper Vírgine, et præsens nobis remédium esse fácias, et futúrum. Per Dóminum nostrum.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Dixit Dñus. 63. — **2.** Laudáte púeri. 64. — **3.** Lætátus sum. 86. — **4.** Nisi Dñus. 86. — **5.** Lauda Jerúsalem. 90.

1. Ant. 3. à




2. Ant. 7. a




3. Ant. 3. à





pú- erum in mánibus, grá-ti- as agens benedí-xit Dóminum.




E u o u a c. L Umen ad reve-la-ti-ónem génti-



um, et glóri- am plebis tu-æ Isra- el. E u o u a e.




O Btu-lérunt pro e- o Dómino par túrturum, aut du-



os pullos co-lumbárum. E u o u a e.

**Capitule.** *Malach. 3.*

ECCE ego mitto Angelum meum, et præparábit viam ante fáciem meam. Et statim véniet ad templum sanctum suum Dominátor, quem vos quæritis, et Angelus testaménti, quem vos vultis.

*Hymne.* Ave maris stella. 690.

℣. Respónsum accépit Símeon a Spíritu Sancto.
℟. Non visúrum se mortem, nisi vidéret Christum Dómini.




H Odi- e be- á- ta Virgo Ma-rí- a pú- erum Je-



sum præsentá-vit in templo, et Síme- on replé- tus Spí-



ri-tu Sancto accé- pit e- um in ulnas su- as, et bene-



dí-xit De- um in ætérnum. E u o u a e.



## 3. S. Blaise Évêque et Martyr.

*Oraisons de la Messe* Sacerdótes Dei. 591.

## 4. S. André Corsini Évêque et Conf.

*Double.* (m. t. v.)

**Messe.** Státuit. *d'un Confesseur Pontife,* 631, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui in Ecclésia tua nova semper instáuras exémpla virtútum : da pópulo tuo beáti Andréæ Confessóris tui atque Pontíficis ita sequi vestígia, ut assequátur et prémia. Per Dñum.

## 5. S. Agathe Vierge et Mart. *Double.*

AUX I. VÊPRES

*Si on doit les dire en entier, Ant. des II. Vêpres,* 762 ; *Psaumes du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

**Capitule.** *Eccli. 51.*

CONFITEBOR tibi Dómine Rex, et collaudábo te Deum salvatórem meum. Confitébor nómini tuo, quóniam adjútor et protéctor factus es mihi, et liberásti corpus meum a perditióne.

*Hymne.* Jesu coróna Vírginum. 655. ℣. Spécie tua.

**Aux I. et II. Vêpres, A Magnificat.**




S Tans be- á-ta A-gatha in médi- o cárce-ris,



expánsis máni-bus o-rábat ad Dóminum : Dómine Je-su



Christe, ma-gí-ster bone, grá-ti- as ti- bi a-go, qui me fc-




## A LA MESSE




*Collecte.* Deus qui inter cétera. 658.



**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *1. Cor. 1.*

FRATRES : Vidéte vocatiónem vestram, quia non multi sapiéntes secúndum carnem, non multi poténtes, non multi nóbiles : sed quæ stulta sunt mundi elégit Deus, ut confúndat sapiéntes : et infírma mundi elégit Deus, ut confúndat fórtia : et ignobília mundi et contemptibília elégit Deus, et ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrúeret : ut non gloriétur omnis caro in conspéctu ejus. Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapiéntia a Deo, et justítia, et sanctificátio, et redémptio : ut quemádmodum scriptum est : Qui gloriátur, in Dómino gloriétur.

*Graduel.* Adjuvábit eam Deus. 664.




*Après la Septuagésime, on omet* l'Allelúia *et son ℣., et l'on dit le Trait* Qui séminant. 616.

**℣ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 19.*

IN illo témpore : Accessérunt ad Jesum pharisæi, tentántes eum, et dicéntes : Si licet hómini dimíttere uxórem suam, quacúmque ex causa? Qui respóndens, ait eis : Non legístis, quia qui fecit hóminem ab inítio, másculum et féminam fecit eos? et dixit : Propter hoc dimíttet homo patrem et matrem, et adhærébit uxóri suæ, et erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjúnxit, homo non séparet. Dicunt illi : Quid ergo Móyses mandávit dare libéllum repúdii, et dimíttere? Ait illis : Quóniam Móyses ad durítiam cordis vestri permísit vobis dimíttere uxóres vestras : ab inítio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicúmque dimíserit uxórem suam, nisi ob fornicatiónem, et áliam dúxerit, mœchátur : et qui dimíssam dúxerit, mœchátur. Dicunt ei discípuli ejus : Si ita est causa hóminis cum uxóre, non éxpedit núbere. Qui dixit illis : Non omnes cápiunt verbum

istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunúchi, qui de matris útero sic nati sunt : et sunt eunúchi, qui facti sunt ab homínibus : et sunt eunúchi, qui seípsos castravérunt propter regnum cælórum. Qui potest cápere, cápiat.

Offert. 1.

A F-fe-rén-tur Re-gi vír- gi- nes post e-

am : pró- ximæ e- jus affe-rén- tur ti-

bi.

*Secrète.* Súscipe Dómine. 662.

Comm. 6.

Q UI me digná- tus est ab omni plaga cu- rá-

re, et mamíllam me- am me- o pécto-ri resti- tú- e- re,

ipsum ínvo-co De- um vi- vum.

*Postcommunion.* Auxiliéntur. 663.

## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche; au lieu du dernier, Ps.* Lauda Jerúsalem. 90.

1. Ant. 7. c

Q Uis es tu, qui venísti ad me curáre vúlne-ra

me- a ? Ego sum Apóstolus Christi : nihil in me dúbi-tes

fí-li- a. E u o u a e.

2. Ant. 1. f

M Edi-cínam carná-lem cór-



po-ri me- o numquam exhíbu- i, sed hábe- o Dóminum Je-

sum Christum, qui so-lo sermóne restáurat uni-vérsa.

3. Ant. 7. c

E u o u a e.

G Rá-ti- as ti-bi ago Dómine Je-

su Christe, qui- a memor es me- i, et mi-sísti ad me

Apóstolum tu- um curáre vúlnera me- a. E u o u a e.

4. Ant 8. G

B Enc-díco te Pater Dómi-ni me- i Jesu Christi :

qui- a per Apósto-lum tu-um mamíllam me- am me- o pécto-

ri resti-tu- ísti. E u o u a e.

5. Ant. 7. a

Q UI me dignátus est

ab omni plaga curáre, et mamíllam me- am me- o pécto-

ri resti-tú-e-re, ipsum ín-vo-co De- um vivum. E u o u a e.

*Capitule, Hymne, Antienne à Magnificat, comme aux I. Vêpres,* 759.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

## 6. Saint Tite Évêque et Martyr.

*Double.* (m. t. v.)

**Messe.** Státuit. *d'un Martyr Pontife,* 631. *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Titum Confessórem tuum atque Pontíficem apostólicis virtútibus decorásti : ejus méritis et intercessióne concéde ; ut juste et pie vivéntes in hoc sæculo, ad cæléstem pátriam pervenire mereámur. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire de* **S. Dorothée Vierge et Martyre.** *Oraisons de la Messe* Me exspectavérunt. 663.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 10.*

IN illo témpore : Designávit Dóminus et álios septuagínta duos ; et misit illos binos ante fáciem suam in omnem civitátem et locum, quo erat ipse ventúrus. Et dicébat illis : Messis quidem multa, operárii autem pauci. Rogáte ergo dóminum messis, ut mittat operários in messem suam. Ite : ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolíte portáre sácculum, neque peram, neque calceaménta : et néminem per viam salutavéritis. In quamcúmque domum intravéritis, primum dícite : Pax huic dómui : et si ibi fúerit fílius pacis, requiéscet super illum pax vestra : sin autem, ad vos revertétur. In eádem autem domo manéte, edéntes et bibéntes quæ apud illos sunt : dignus est enim operárius mercéde sua. Nolíte transíre de domo in domum. Et in quamcúmque civitátem intravéritis, et suscéperint vos, manducáte quæ apponúntur vobis : et curáte infírmos qui in illa sunt, et dícite illis : Appropinquávit in vos regnum Dei.

## 7. Saint Romuald Abbé.

*Double.* (m. t. v.)

**Messe.** Os justi. *du Commun des Abbés,* 651.

## 8. S. Jean de Matha Confesseur.

*Double.* (m. t. v.)

**Messe.** Os justi. *du Commun d'un Confesseur non Pontife,* 645, *excepté la Collecte.*



**Collecte.**

DEUS, qui per sanctum Joánnem, Ordinem sanctíssimæ Trinitátis, ad rediméndum de potestáte Saracenórum captívos, cælitus institúere dignátus es : præsta, quæsumus ; ut, ejus suffragántibus méritis, a captivitáte córporis et ánimæ, te adjuvánte, liberémur. Per Dóminum nostrum.

## 9. S. Cyrille Évêque d'Alexandrie, Confess. et Docteur de l'Église. *Double.* (m. t. v.)

**Aux I. et II. Vêpres,** *A Magn. Ant.* O Doctor... beáte Cyrille. 629.

**Messe.** In médio. 637, *excepté les Oraisons suivantes. On dit* Credo.

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Cyríllum Confessórem tuum atque Pontíficem divínæ maternitátis beatíssimæ Vírginis Maríæ assertórem invíctum effecísti : concéde, ipso intercedénte ; ut qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, matérna ejúsdem protectióne salvémur. Per eúmdem Dóminum.

*Mémoire de* **S. Apolline Vierge et Martyre.** *Oraisons de la Messe* Loquébar. 658.

**Secrète.**

MUNERA nostra, omnípotens Deus, benígnus réspice : et, intercedénte beáto Cyríllo, præsta ; ut Unigénitum tuum Jesum Christum Dóminum nostrum in tua tecum glória coætérnum, in córdibus nostris digne suscípere mereámur : Qui tecum vivit et regnat.

**Postcommunion.**

DIVINIS, Dómine, refécti mystériis, te súpplices deprecámur : ut exémplis et méritis beáti Cyrílli Pontíficis adjúti, sanctíssimæ Genitrici Unigéniti tui digne famulári valeámus : Qui tecum vivit et regnat.

## 10. S. Scholastique Vierge. *Double.*

**Messe.** Dilexísti. 667, *excepté l'Oraison suivante.*

**Collecte.**

DEUS, qui animam beátæ Vírginis tuæ Scholásticæ, ad ostendéndam innocéntiæ viam, in colúmbæ spécie cælum penetráre fecísti : da nobis ejus méritis et précibus ita innocénter vívere ; ut ad ætérna mereámur gáudia pervenire. Per Dñum.

## 11. Les VII. SS. Fondateurs de l'Ordre des Servites de la B. V. M.

Confesseurs. *Double.*

### AUX I. VÊPRES

*Tout au Commun d'un Conf. non Pontife, 624, excepté :*

**Capitule.** *I. Petr. 4.*

CARISSIMI : Communicántes Christi passiónibus gaudéte, ut et in revelatióne ejus gaudeátis exsultántes.

Hymn. 1.



B Ella dum la-te fúre-rent, et urbes Cæde fratér-



na gémerent cru-éntæ, Adfu-it Virgo, nova semper



edens Múnera matris. 2. En vocat Septem Fámulos, fidé-



les Ut sibi in luctu, réco-lant doló-res Quos tu-lit Jesus,



tu-lit ipsa consors Sub cruce Na-ti. 3. Illi-co pa-rent Dó-



minæ vocánti : Spléndidis tectis opibúsque spre-tis, Urbe



secédunt procul in Senári Abdi-ta montis. 4. Córpora



hic pœnis crúci- ant acérbis, Sónti- um labes hóminum pi-





ántes : Hic prece avértunt lacrimísque fusis Núminis i-ram.



5. Pérdo-lens Ma-ter fovet, atque amíctum Ipsa lugúbrem



monet indu- éndum : Agminis sancti pi- a cœpta surgunt,



Mi-ra patéscunt. 6. Palmes in bruma ví-ridans honóres



Núnti- at patrum : própri- os Marí- æ Ore lacténti vó-ci-



tant pu- élli Nómine Servos. 7. Sit decus Patri, geni-tǽ-



que Pro-li, Et ti-bi, compar utri- úsque Virtus Spí-ri-tus



semper, De-us unus, omni Témpo-ris ævo. Amen.

℣. Hi viri misericórdiæ sunt, quorum pietátes non defuérunt.
℟. Semen eórum et glória eórum non derelinquétur.

A Magnificat Ant. 1. J



N ON re-cé- det laus tu- a, Virgo Marí- a, de



o-re hóminum, qui mémores fú- e-rint virtú-tis Dómi-ni




## A LA MESSE

Intr. 5.




### Collecte.

DOMINE Jesu Christe, qui ad recoléndam memóriam dolórum sanctíssimæ tuæ Genitrícis, per septem beátos Patres nova Servórum ejus família Ecclésiam tuam fœcundásti : concéde propítius; ita nos eórum consociári flétibus, ut perfruámur et gáudiis : Qui vivis et regnas.



### Lectio libri Sapientiæ. *Eccli. 44.*

LAUDEMUS viros gloriósos, et paréntes nostros in generatióne sua. Multam glóriam fecit Dóminus magnificéntia sua a sæculo. Dominántes in potestátibus suis, hómines magni virtúte et prudéntia sua prædíti, nuntiántes in prophétis dignitátem prophetárum, et imperántes præsénti pópulo, et virtúte prudéntiæ pópulis sanctíssima verba. In perítia sua requiréntes modos músicos, et narrántes cármina scripturárum. Hómines dívites in virtúte, pulchritúdinis stúdium habéntes : pacificántes in dómibus suis. Omnes isti in generatiónibus gentis suæ glóriam adépti sunt, et in diébus suis habéntur in láudibus. Qui de illis nati sunt, reliquérunt nomen narrándi laudes eórum. Et sunt quorum non est memória : periérunt quasi qui non fúerint : et nati sunt, quasi non nati, et fílii ipsórum cum ipsis. Sed illi viri misericórdiæ sunt, quorum pietátes non defuérunt. Cum sémine eórum pérmanent bona, hæréditas sancta nepótes eórum, et in testaméntis stetit semen eórum : et fílii eórum propter illos usque in ætérnum manent : semen eórum et glória eórum non derelinquétur. Córpora ipsórum in pace sepúlta sunt, et nomen eórum vivit in generatiónem et generatiónem. Sapiéntiam ipsórum narrent pópuli, et laudem eórum núntiet Ecclésia.

Grad. 5.






*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son ℣., on dit le Trait* Qui séminant. 616.

*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :* Allelúia, allelúia. ℣. Sapiéntiam. *ci-dessus; puis :*




*Évangile.* Dixit Petrus ad Jesum. 653.






**Secrète.**

ACCIPE, quæsumus Dómine, hóstias quas tibi offérimus : et præsta; ut, intercedéntibus Sanctis tuis, líbera tibi mente serviámus, et perdoléntis Vírginis Genitrícis Fílii tui amóre inflammémur. Per eúmdem Dóminum.




**Postcommunion.**

CÆLESTIBUS refécti mystériis te Dómine deprecámur : ut quorum festa percólimus imitántes exémpla; juxta Crucem Jesu cum María Matre ejus fidéliter adstémus, et ejúsdem redemptiónis fructum percípere mereámur. Per eúmdem.

## AUX II. VÊPRES

*Comme aux 1. Vêpres, 766, excepté :*






## 14. S. Valentin Prêtre et Martyr.

**Collecte.**

PRÆSTA, quæsumus, omnípotens Deus : ut, qui beáti Valentíni Mártyris tui natalítia cólimus, a cunctis malis imminéntibus ejus intercessióne liberémur. Per Dóminum.

**Secrète.**

OBLATIS, quæsumus Dómine, placáre munéribus : et, intercedénte beáto Valentíno Mártyre tuo, a cunctis nos defénde períeulis. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

SIT nobis, Dómine, reparátio mentis et córporis cæléste mystérium : ut, cujus exséquimur actiónem, intercedénte beáto Valentíno Mártyre tuo, sentiámus efféctum. Per Dóminum.

## 15. SS. Faustin et Jovite Martyrs.

*Oraisons de la Messe* Salus autem. *de Plusieurs Martyrs*, 621.

## 18. S. Siméon Évêque et Martyr.

*Oraisons de la Messe* Státuit. *d'un Mart. Pont.*, 587.

## 22. La Chaire de S. Pierre à Antioche.

**Double majeur.**

*Comme à la Fête de la Chaire de S. Pierre à Rome*, 724.

## 23. S. Pierre Damien Évêque, Confesseur et Docteur de l'Église. *Double.*

**Messe.** In médio Ecclésiæ. 637, *excepté :*

**Collecte.**

CONCEDE nos, quæsumus omnípotens Deus, beáti Petri Confessóris tui atque Pontíficis mónita et exémpla sectári; ut per terréstrium rerum contémptum ætérna gáudia consequámur. Per Dóminum nostrum. *On dit* Credo.



## 24. *ou* 25. S. MATHIAS APOTRE

**Double de II. Classe.**

### A LA MESSE

*Introït.* Mihi autem. 702.

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Mathíam Apostolórum tuórum collégio sociásti : tríbue, quæsumus ; ut ejus interventióne, tuæ circa nos pietátis semper víscera sentiámus. Per Dóminum.

**Lectio Actuum Apostolorum.** *Act. 1. c.*

IN diébus illis : Exsúrgens Petrus in médio fratrum, dixit (erat autem turba hóminum simul fere centum vigínti) : Viri fratres, opórtet impléri Scriptúram, quam prædíxit Spíritus Sanctus per os David de Juda, qui fuit dux eórum qui comprehendérunt Jesum ; qui connumerátus erat in nobis, et sortítus est sortem ministérii hujus. Et hic quidem possédit agrum de mercéde iniquitátis, et suspénsus crépuit médius : et diffúsa sunt ómnia víscera ejus. Et notum factum est ómnibus habitántibus Jerúsalem, ita ut appellarétur ager ille, lingua eórum, Hacéldama, hoc est, ager sánguinis. Scriptum est enim in libro Psalmórum : Fiat commorátio eórum desérta, et non sit qui inhábitet in ea : et episcopátum ejus accípiat alter. Opórtet ergo ex his viris, qui nobíscum sunt congregáti in omni témpore, quo intrávit et exívit inter nos Dóminus Jesus, incípiens a baptísmate Joánnis usque in diem qua assúmptus est a nobis, testem resurrectiónis ejus nobíscum fíeri unum ex istis. Et statuérunt duos, Joseph qui vocabátur Bársabas, qui cognominátus est Justus, et Mathíam. Et oántes dixérunt : Tu, Dómine, qui corda nosti ómnium, osténde quem elégeris ex his duóbus unum, accípere locum ministérii hujus et apostolátus, de quo prævaricátus est Judas, ut abíret in locum suum. Et dedérunt sortes eis ; et cécidit sors super Mathíam, et annumerátus est cum úndecim Apóstolis.

*Graduel.* Nimis honoráti sunt. 719.

*Trait.* Desidérium. 589.

*Évangile.* Confitébor tibi. 723. *On dit* Credo.

*Offertoire.* Constítues eos. *de la Fête des Saints Apôtres Pierre et Paul.*

**Secrète.**

HOSTIAS tibi, Dómine, quas nómini tuo sacrándas offérimus, sancti Mathíæ Apóstoli tui prosequátur orátio : per quam nos expiári fácias, et deféndi. Per Dóminum.

*Préface des Apôtres*, 12.




**Postcommunion.**

PRÆSTA quæsumus, omnípotens Deus : ut per hæc sancta quæ súmpsimus, interveniénte beáto Mathía Apóstolo tuo, véniam consequámur, et pacem. Per Dóminum.

## FÊTES DE MARS

## 4. Saint Casimir Confesseur. *Semid.*

**Collecte.**

DEUS, qui inter regáles delícias et mundi illécebras, sanctum Casimírum virtúte constántiæ roborásti : quæsumus ; ut ejus intercessióne fidéles tui terréna despíciant, et ad cæléstia semper aspírent. Per Dóminum nostrum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Os justi. 645.

*Mémoire de* **S. Lucius I. Pape et Martyr.** *Oraisons de la Messe* Sacerdótes Dei. 592.

## 7. Saint Thomas d'Aquin Confesseur et Docteur de l'Église. *Double.*

**Aux I. et II. Vêpres,** *A Magn. Ant.* O Doctor... beáte Thoma. 629.

*Aux I. Vêpres, Mémoire des* **SS. Perpétue et Félicité Mart.**









℣. Glória et honóre coronásti eas Dómine.
℟. Et constituísti eas super ópera mánuum tuárum.

**Messe.** In médio. *du Commun des Docteurs,* 637, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui Ecclésiam tuam beáti Thomæ Confessóris tui mira eruditióne claríficas, et sancta operatióne fœcúndas : da nobis, quæsumus ; et quæ dócuit intelléctu conspícere, et quæ egit, imitatióne complére. Per Dóminum nostrum.

*Pour les SS. Mart. Or. de la Messe* Me exspectavérunt. 663.

**Lectio libri Sapientiæ.** *Sap. 7.*

OPTAVI, et datus est mihi sensus : et invocávi, et venit in me spíritus sapiéntiæ : et præpósui illam regnis et sédibus, et divítias nihil esse duxi in comparatióne illíus : nec comparávi illi lápidem pretiósum : quóniam omne aurum in comparatióne illíus, aréna est exígua, et tamquam lutum æstimábitur argéntum in conspéctu illíus. Super salútem et spéciem diléxi illam, et propósui pro luce habére illam : quóniam inexstinguíbile est lumen illíus. Venérunt autem mihi ómnia bona páriter cum illa, et innumerábilis honéstas per manus illíus, et lætátus sum in ómnibus, quóniam antecedébat me ista sapiéntia : et ignorábam quóniam horum ómnium mater est. Quam sine fictióne dídici, et sine invídia commúnico, et honestátem illíus non abscóndo. Infinítus enim thesáurus est homínibus : quo qui usi sunt, partícipes facti sunt amicítiæ Dei, propter disciplínæ dona commendáti.

*On dit* Credo.

**Secrète.**

SANCTI Thomæ Confessóris tui atque Doctóris, nobis, Dómine, pia non desit orátio : quæ et múnera nostra concíliet, et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

UT nobis, Dómine, tua sacrifícia dent salútem : beátus Thomas Conféssor tuus et Doctor egrégius, quæsumus, precátor accédat. Per Dóminum nostrum.

## 8. S. Jean de Dieu Conf. *Double.*

**Messe.** Os justi. *d'un Conf. non Pont.*, 645, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Joánnem, tuo amóre succénsum, inter flammas innóxium incédere fecísti, et per eum Ecclésiam tuam nova prole fœcundásti : præsta, ipsíus suffragántibus méritis ; ut igne caritátis tuæ vítia nostra curéntur, et remédia nobis ætérna provéniant. Per Dóminum nostrum.

*Évangile.* Accessérunt ad Jesum. 551.

## 9. S. Françoise Veuve Romaine. *Double.*

**Messe.** Cognóvi. 678, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui beátam Francíscam fámulam tuam, inter cétera grátiæ tuæ dona, familiári Angeli consuetúdine decorásti : concéde quæsumus ; ut intercessiónis ejus auxílio Angelórum consórtium cónsequi mereámur. Per Dóminum nostrum.

## 10. Les SS. Quarante Martyrs. *Semid.*

**Collecte.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

SACRIFICIIS præséntibus quæsumus Dómine, inténde placátus : ut, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis, et devotióni nostræ proficiant, et salúti. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

QUÆSUMUS, omnípotens Deus : ut illíus salutáris capiámus efféctum, cujus per hæc mystéria pignus accépimus. Per Dóminum nostrum.

## 12. Saint Grégoire I. Pape, Confesseur et Docteur de l'Église. *Double.*

**Aux I. et II. Vêpres,** *A Magn. Ant.* O Doctor... beáte Gregóri. 629.



A LA MESSE

*Introït.* Sacerdótes Dei. 591.

**Collecte.**

DEUS, qui ánimæ fámuli tui Gregórii ætérnæ beatitúdinis prémia contulísti : concéde propítius ; ut qui peccatórum nostrórum póndere prémimur, ejus apud te précibus sublevémur. Per Dóminum nostrum.

*Épître.* Testíficor coram Deo. 638.




*Trait.* Beátus vir. 593.

*Évangile.* Vos estis sal terræ. 639. *On dit* Credo.

*Offertoire.* Véritas mea. 647.

**Secrète.**

ANNUE nobis, quæsumus Dómine : ut intercessióne beáti Gregórii hæc nobis prosit oblátio, quam immolándo, totíus mundi tribuísti relaxári delícta. Per Dóminum nostrum.

*Communion.* Fidélis servus. 634.

**Postcommunion.**

DEUS, qui beátum Gregórium Pontíficem sanctórum tuórum méritis coæquásti : concéde propítius ; ut, qui commemoratiónis ejus festa percólimus, vitæ quoque imitémur exémpla. Per Dóminum nostrum.

## 17. S. Patrice Évêque et Conf. *Double.*

**Messe.** Státuit. *d'un Confesseur Pontife,* 631, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui ad prædicándam géntibus glóriam tuam, beátum Patrítium Confessórem atque Pontíficem míttere dignátus es : ejus méritis et intercessióne concéde ; ut quæ nobis agénda præcípis, te miseránte adimplére possímus. Per Dñum.

## 18. S. Cyrille Évêque de Jérusalem, Conf. et Docteur de l'Église. *Double.*

**Aux I. et II. Vêpres,** *A Magnificat, Ant.* O Doctor... beáte Cyrílle. 629.

**Messe.** In médio. *des Docteurs,* 637, *excepté :*

**Collecte.**

DA nobis, quæsumus omnípotens Deus, beáto Cyríllo Pontífice intercedénte : te solum verum Deum, et quem misísti Jesum Christum ita cognóscere ; ut inter oves quæ vocem ejus áudiunt, perpétuo connumerári mereámur. Per eúmdem.

**Lectio libri Sapientiæ.** *Eccli. 39.*

JUSTUS cor suum tradet ad vigilándum dilúculo ad Dóminum qui fecit illum, et in conspéctu Altíssimi deprecábitur. Apériet os suum in oratióne, et pro delíctis suis deprecábitur. Si enim Dóminus magnus volúerit, spíritu intelligéntiæ replébit illum : et ipse tamquam imbres mittet elóquia sapiéntiæ suæ, et in oratióne confitébitur Dómino : et ipse díriget consílium ejus et disciplínam, et in abscónditis suis consiliábitur. Ipse palam fáciet disciplínam doctrínæ suæ, et in lege testaménti Dómini gloriábitur. Collaudábunt multi sapiéntiam ejus, et



usque in sæculum non delébitur. Non recédet memória ejus, et nomen ejus requirétur a generatióne in generatiónem. Sapiéntiam ejus enarrábunt gentes, et laudem ejus enuntiábit ecclésia.

℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 10.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Cum persequéntur vos in civitáte ista, fúgite in áliam. Amen dico vobis, non consummábitis civitátes Israel, donec véniat Fílius hóminis. Non est discípulus super magístrum, nec servus super dóminum suum. Súfficit discípulo, ut sit sicut magíster ejus : et servo, sicut dóminus ejus. Si patremfamílias Beélzebub vocavérunt, quanto magis domésticos ejus ? Ne ergo timuéritis eos. Nihil enim est opértum, quod non revelábitur ; et occúltum, quod non sciétur. Quod dico vobis in ténebris, dícite in lúmine : et quod in aure audítis, prædicáte super tecta. Et nolíte timére eos qui occídunt corpus, ánimam autem non possunt occídere. Sed pótius timéte eum qui potest et ánimam et corpus pérdere in gehénnam. Credo.

**Secrète.**

RESPICE, Dómine, immaculátam hóstiam, quam tibi offérimus : et præsta ; ut méritis beáti Pontíficis et Confessóris tui Cyrílli, eam mundo corde suscípere studeámus. Per Dñum.

**Postcommunion.**

SACRAMENTA Córporis et Sánguinis tui quæ súmpsimus, Dómine Jesu Christe, beáti Cyrílli Pontíficis précibus, mentes et corda nostra sanctíficent : ut divínæ consórtes natúræ éffici mereámur : Qui vivis et regnas.

## 19. S. JOSEPH, ÉPOUX DE LA B. V. M.

**Double de I. Classe.**

### AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

1. Ant. 1. g











## A LA MESSE

*Introït.* Justus ut palma. 648.

**Collecte.**

Sanctissimæ Genitrícis tuæ Sponsi, quæsumus Dómine, méritis adjuvémur : ut quod possibílitas nostra non óbtinet, ejus nobis intercessióne donétur : Qui vivis et regnas.

*Épitre.* Diléctus Deo. 651.

*Graduel.* Dómine, prævenísti eum. 651.

*Trait.* Beátus vir. 593.

*Au Temps Pascal, on omet le Graduel et le Trait, et l'on dit* Allelúia, allelúia. ℣. Amávit eum. 636. Allelúia. ℣. Justus germinábit. 639.

*Évangile.* Cum esset desponsáta. 117. *On dit* Credo.

*Offertoire.* Véritas mea. 647.

**Secrète.**

DEBITUM tibi, Dómine, nostræ réddimus servitútis, supplíciter exoránte : ut suffrágiis beáti Joseph Sponsi Genitrícis Fílii tui Jesu Christi Dómini nostri, in nobis tua múnera tueáris ; ob cujus venerándam festivitátem laudis tibi hóstias immolámus. Per cúmdem Dóminum.

Comm. 7.




**Postcommunion.**

ADESTO nobis, quæsumus misércors Deus : et, intercedénte pro nobis beáto Joseph Confessóre, tua circa nos propitiátus dona custódi. Per Dóminum.

## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

1. Ant. 7. d









**Capitule.** *Prov. 28. et 27.*

VIR fidélis multum laudábitur. Et qui custos est Dómini sui, glorificábitur.

Hymn. 1.









℣. Glória et divítiæ in domo ejus.
℟. Et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

A Magnificat Ant. 8. G




## 21. Saint Benoît Abbé.

**Double majeur.**

**Messe.** Os justi. *du Commun des Abbés,* 651.

## 25. L'ANNONCIATION DE LA B. V. M.

**Double de I. Classe.**

AUX I. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres,* 786, *excepté :*

A Magnificat Ant. 8. G





et virtus Altíssimi obumbrá-bit ti-bi. *T. P.* Alle-lú-ia.



E u o u a e.

## A LA MESSE

*Introït.* Vultum tuum. 671.

**Collecte.**

DEUS, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti : præsta supplícibus tuis ; ut qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

*Épître.* Locútus est Dóminus. 693.

*Graduel.* Diffúsa est grátia. 679.

*Trait.* Audi fília. 669.

*Au Temps Pascal, au lieu du Graduel et du Trait, on dit :* Alelúia, allelúia. ℣. Ave María. 694. Allelúia. ℣. Virga Jesse. 696.

*Évangile.* Missus est. 694.

*Offertoire.* Ave María. 700.

*Préface de la B. V. M.* Et te in Annuntiatióne. 12.

*Secrète.* In méntibus nostris. 94.

*Communion.* Ecce virgo. 113. — *Postcomm.* Grátiam tuam. 95.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Dixit Dñus. 63. — **2.** Laudáte púeri. 64. — **3.** Lætátus sum. 86. — **4.** Nisi Dñus. 86. — **5.** Lauda Jerúsalem. 90.

1. Ant. 8. G



M Issus est Gábri- el Angelus ad Ma-rí- am Vír-



ginem desponsátam Joseph. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

2. Ant. 1. g



A -ve Ma-rí- a, grá-ti- a plena, Dóminus te- cum :





benedícta tu * in mu-li- é-ribus. *T. P.* * in mu-li- é-ribus,



8. Ant. 8. G

alle-lú-ia. E u o u a e. N E time- as Ma-rí- a :



invenísti grá- ti- am apud Dóminum : ecce concí- pi- es



et pári- es * fí-li- um. *T. P.* * fí-li- um, alle-lú-ia. Euouae.

4. Ant. 1. f



D Abit e- i Dóminus se-dem David patris e- jus,



et regnábit in æ-térnum. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Ant. 8. c



E Ecce ancílla Dómini : fi- at mi-hi secúndum ver-



bum tu-um. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

**Capitule.** *Is. 7. c.*

ECCE virgo concípiet et páriet fílium, et vocábitur nomen ejus Emmánuel. Bútyrum et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum, et elígere bonum.

*Hymne.* Ave maris stella. 690.

℣. Ave María, grátia plena. ℟. Dóminus tecum.

A Magnificat Ant. 7. d



G Abri- el Angelus locútus est Ma- rí- æ, di-cens :




## 27. Saint Jean Damascène Confesseur et Docteur de l'Église. *Double.*

### A LA MESSE




**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui ad cultum sacrárum imáginum adseréndum, beátum Joánnem cælésti doctrína et admirábili spíritus fortitúdine imbuísti : concéde nobis ejus intercessióne et exémplo ; ut quorum cólimus imágines, virtútes imitémur et patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

**Lectio libri Sapientiæ.** *Sap. 10.*

JUSTUM dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam sanctórum : honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illíus. In fraude circumveniéntium illum áffuit illi, et honéstum fecit illum. Custodívit illum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum, et certámen forte dedit illi, ut vínceret et sciret quóniam ómnium poténtior est sapiéntia. Hæc vénditum justum non derelíquit, sed a peccatóribus liberávit eum : descendítque cum illo in fóveam, et in vínculis non derelíquit illum, donec afférret illi sceptrum regni, et poténtiam advérsus eos qui eum deprimébant : et mendáces osténdit qui maculavérunt illum, et dedit illi claritátem ætérnam. Hæc pópulum justum, et semen sine queréla liberávit a natiónibus, quæ illum deprimébant. Intrávit in ánimam servi Dei, et stetit contra reges horréndos in porténtis et signis. Et réddidit justis mercédem labórum suórum.













*Hors le Temps Pascal, Graduel.* Deus. *ci-dessus ; puis :*




✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 6.*

In illo témpore : Factum est et in álio sábbato, ut intráret Jesus in synagógam, et docéret. Et erat ibi homo, et manus ejus déxtera erat árida. Observábant autem scribæ et phari-

sæj, si in sábbato curáret : ut invenírent unde accusárent eum. Ipse vero sciébat cogitatiónes eórum. Et ait hómini, qui habébat manum áridam : Surge, et sta in médium. Et surgens stetit. Ait autem ad illos Jesus : Intérrogo vos, si licet sábbatis benefácere, an male : ánimam salvam fácere, an pérdere? Et circumspéctis ómnibus dixit hómini : Exténde manum tuam. Et exténdit : et restitúta est manus ejus. Ipsi autem repléti sunt insipiéntia, et colloquebántur ad ínvicem, quidnam fácerent Jesu. Credo.




**Secrète.**

UT quæ tibi Dómine offérimus, dona tuo sint digna conspéctu ; beáti Joánnis et sanctórum, quos ejus ópera expósitos in templis cólimus, pia suffragátio conspíret. Per Dñum.




**Postcommunion.**

SUMPTA nos, quæsumus Dómine, dona cæléstibus armis tueántur : et beáti Joánnis patrocínia circúmdent sanctórum unánimi suffrágio cumuláta, quorum imágines evícit in Ecclésia esse venerándas. Per Dóminum.



## 28. S. Jean de Capistran Conf. *Semid.*

**Collecte.**

DEUS, qui per beátum Joánnem fidéles tuos in virtúte sanctíssimi nóminis Jesu de crucis inimícis triumpháre fecísti : præsta, quæsumus ; ut spirituálium hóstium ejus intercessióne superátis insídiis, corónam justítiæ a te accípere mereámur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

**Secrète.**

SACRIFICIUM, Dómine, quod immolámus, placátus inténde : ut, intercedénte beáto Joánne Confessóre tuo, ad conterénndas inimicórum insídias nos in tuæ protectiónis securitáte constítuat. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

REPLETI alimónia cælésti et spirituáli póculo recreáti quæsumus, omnípotens Deus : ut, intercedénte beáto Joánne Confessóre tuo, nos ab hoste malígno deféndas, et Ecclésiam tuam perpétua pace custódias. Per Dóminum.

LE VENDREDI APRÈS LE DIMANCHE DE LA PASSION

## Fête des Sept Douleurs de la B. V. Marie.

**Double majeur.**

### AUX I. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres, 800, excepté :*




### A LA MESSE






**Collecte.**

DEUS, in cujus passióne, secúndum Simeónis prophetíam, dulcíssimam ánimam gloriósæ Vírginis et Matris Maríæ dolóris gládius pertransívit : concéde propítius ; ut qui transfixiónem ejus et passiónem venerándo recólimus, gloriósis méritis et précibus ómnium sanctórum cruci fidéliter astántium intercedéntibus, passiónis tuæ effectum felícem consequámur : Qui vivis.

**Lectio libri Judith.** *Jud. 13. c.*

BENEDIXIT te Dóminus in virtúte sua, quia per te ad níhilum redégit inimícos nostros. Benedícta es tu fília a Dómino Deo excélso, præ ómnibus muliéribus super terram. Benedíctus Dóminus, qui creávit cælum et terram : quia hódie nomen tuum ita magnificávit, ut non recédat laus tua de ore hóminum qui mémores fúerint virtútis Dómini in ætérnum, pro quibus non pepercísti ánimæ tuæ propter angústias et tribulatiónem géneris tui, sed subvenísti ruínæ ante conspéctum Dei nostri.








*Le III. Dimanche de Septembre. Graduel.* Dolorósa et lacrimábilis. 794, *ci-dessus.*

2.




Séq. 2.











*III. Dimanche de Septembre.* Alle- lú-ia.

℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 19.*

In illo témpore : Stabant juxta Crucem Jesu Mater ejus, et soror matris ejus María Cléophæ, et María Magdaléne. Cum vidísset ergo Jesus Matrem, et discípulum stantem, quem diligébat, dicit Matri suæ : Múlier, ecce fílius tuus. Deínde dicit discípulo : Ecce Mater tua. Et ex illa hora accépit eam discípulus in sua. Credo.






**Secrète.**

Offerimus tibi preces et hóstias, Dómine Jesu Christe, humíliter supplicántes : ut qui transfixiónem dulcíssimi spíritus beátæ Maríæ Matris tuæ précibus recensémus ; suo, suorúmque sub cruce sanctórum consórtium multiplicáto piíssimo intervéntu, méritis mortis tuæ, méritum cum beátis habeámus : Qui vivis et regnas.

*Préface de la sainte Vierge.* Et te in transfixióne. 12.




**Postcommunion.**

Sacrificia, quæ súmpsimus, Dómine Jesu Christe, transfixiónem Matris tuæ et Vírginis devóte celebrántes : nobis ímpetrent apud cleméntiam tuam omnis boni salutáris effectum : Qui vivis et regnas.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Crédidi. 85. — **2.** Ad Dóminum. 85. — **3.** Eripe me. 89. — **4.** Dómine clamávi. 89. — **5.** Voce mea. 90.

1. Ant. 1. a



V Adam ad montem myrrhæ, et ad collem



thuris. E u o u a e. 2. Ant. 2. D D I-léctus me-us cándidus



et rubicúndus : comæ cápi-tis e-jus sicut púrpu-ra re-



gis vincta caná-libus. E u o u a e. 3. Ant. 3. a Q UO áb-i- it



di-léctus tu-us, o pulchérrima mu-lí- erum? quo di-léctus



tu-us decli-návit? E u o u a e. 4. Ant. 4. A F Ascículus myrrhæ



di-léctus me- us mihi, inter úbera me- a commorábi-tur.



E u o u a e. 5. Ant. 1. f F Ulcí-te me fló-ribus, stipá-te me



ma-lis, qui- a amó-re lángue- o. E u o u a e.

**Capitule.** *Is. 53.*

Quis crédidit audítui nostro? et bráchium Dómini cui revelátum est? Et ascéndet sicut virgúltum coram eo, et sicut radix de terra sitiénti.



Hymn. 6.



S Tabat Mater doloró-sa Juxta crucem lacrimósa,



Dum pendébat Fí-li- us. 2. Cujus ánimam geméntem, Con-



tristátam et doléntem Pertransívit gládi-us. 3. O quam tri-



stis et afflícta Fu- it illa benedícta Mater Unigé-ni-ti.



4. Quæ mærébat, et do-lébat, Pi- a Mater, dum vidébat



Nati pœnas íncly-ti. 5. Quis est homo qui non fleret, Ma-



trem Christi si vidéret In tanto supplí-ci- o? 6. Quis non



posset contristári, Christi Matrem contemplá-ri Doléntem



cum Fí-li- o? 7. Pro peccá-tis su-æ gentis Vidit Jesum in



torméntis, Et flagéllis súbditum. 8. Vidit su- um dulcem na-



tum Mo-ri-éndo deso-látum, Dum emí-sit spí-ri-tum. 9. E-ia,




## FÊTES D'AVRIL

## 2. S. François de Paule Conf. *Double.*

**Messe.** Justus ut palma. 648, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, humílium celsitúdo, qui beátum Francíscum Confessórem, sanctórum tuórum glória sublimásti : tríbue quæsumus ; ut ejus méritis et imitatióne, promíssa humílibus prǽmia felíciter consequámur. Per Dóminum nostrum.

*Épître.* Quæ mihi fuérunt lucra. 722.



**Secrète.**

HÆC dona devótæ plebis, Dómine, quibus tua cumulámus altária, beáti Francísci méritis tibi grata, nobísque salutária, te miseránte, reddántur. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

SUMPTA, Dómine, sacraménta cæléstia : beáto Francísco Confessóre tuo intercedénte, precámur ; ut et temporális vitæ subsídia nobis cónferant, et ætérnæ. Per Dóminum nostrum.

## 4. Saint Isidore Évêque, Confesseur et Docteur de l'Église. *Double.*

**Aux I. et II. Vêpres,** *A Magnif. Ant.* O Doctor... beáte Isidóre. 629.

**Messe.** In médio. 637. *On dit* Credo.

## 5. S. Vincent Ferrier Conf. *Double.*

**Messe.** Os justi. 645. *d'un Conf. non Pont., excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui Ecclésiam tuam beáti Vincéntii Confessóris tui méritis et prædicatióne illustráre dignátus es : concéde nobis fámulis tuis ; ut et ipsíus instruámur exémplis, et ab ómnibus, ejus patrocínio, liberémur advérsis. Per Dóminum nostrum.

## 11. Saint Léon I. Pape, Confesseur et Docteur de l'Église. *Double.*

**Aux I. et II. Vêpres,** *A Magnif. Ant.* O Doctor... beáte Leo. 629.

A LA MESSE

*Introït.* In médio. 637.

*Oraisons de la Messe* Sacerdótes tui. *d'un Conf. Pont.,* 634.

*Épître.* Justus cor suum tradet. 778.

*Graduel.* Os justi. 638. — *Trait.* Beátus vir. 593.

*Au Temps Pascal, au lieu du Graduel et du Trait, on dit :* Allelúia, allelúia. ℣. Amávit. 636. Allelúia. ℣. Justus germinábit. 639.

*Évangile.* Venit Jesus. *de la Fête des SS. Pierre et Paul. On dit* Credo.

*Offertoire.* Invéni David. 633.

*Communion.* Beátus servus. 648.

## 13. S. Herménégilde Martyr. *Semid.*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Hermenegíldum Mártyrem tuum cæléstí regno terrénum postpónere docuísti : da, quæsumus, nobis ejus exémplo cadúca despícere, atque ætérna sectári. Per Dóminum nostrum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* In virtúte. 595.

## 14. Saint Justin Martyr. *Double.*

A LA MESSE

Intr. 2.




**Collecte.**

DEUS, qui per stultítiam crucis, eminéntem Jesu Christi sciéntiam beátum Justínum Mártyrem mirabíliter docuísti : ejus nobis intercessióne concéde ; ut, errórum circumventióne depúlsa, fídei firmitátem consequámur. Per eúmdem Dñum.



*Mémoire des* **Saints Tiburce, Valérien et Maxime Martyrs.**

**Collecte.**

PRÆSTA, quæsumus, omnípotens Deus : ut qui sanctórum Mártyrum tuórum Tibúrtii, Valeriáni, et Máximi solémnia cólimus, eórum étiam virtútes imitémur. Per Dóminum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *1. Cor. 1.*

FRATRES : Verbum crucis, pereúntibus quidem stultítia est ; iis autem qui salvi fiunt, id est nobis, Dei virtus est. Scriptum est enim : Perdam sapiéntiam sapiéntium, et prudéntiam prudéntium reprobábo. Ubi sápiens ? ubi scriba ? ubi conquisítor hujus sæculi ? Nonne stultam fecit Deus sapiéntiam hujus mundi ? Nam quia in Dei sapiéntia non cognóvit mundus per sapiéntiam Deum ; plácuit Deo per stultítiam prædicatiónis salvos fácere credéntes. Quóniam et Judæi signa petunt, et Græci sapiéntiam quærunt : nos autem prædicámus Christum crucifíxum, Judæis quidem scándalum, Géntibus autem stultítiam, ipsis autem vocátis Judæis atque Græcis, Christum Dei virtútem et Dei sapiéntiam. Quia quod stultum est Dei, sapiéntius est homínibus ; et quod infírmum est Dei, fórtius est homínibus. Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapiéntia a Deo, et justítia, et sanctificátio, et redémptio.






℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 12.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Nihil opértum est quod non revelétur ; neque abscónditum, quod non sciátur. Quóniam quæ in ténebris dixístis, in lúmine dicéntur, et quod in aurem locúti estis in cubículis, prædicábitur in tectis. Dico autem vobis amícis meis : ne terreámini ab his qui occídunt corpus, et post hæc non habent ámplius quid fáciant. Osténdam autem vobis quem timeátis : timéte eum, qui postquam occíderit, habet potestátem míttere in gehénnam ; ita dico vobis, hunc timéte. Nonne quinque pásseres véneunt dipóndio, et unus ex illis non est in oblivióne coram Deo ? Sed et capílli cápitis vestri omnes numeráti sunt. Nolíte ergo timére ; multis passéribus pluris estis vos. Dico autem vobis : omnis quicúmque conféssus fúerit me coram homínibus, et Fílius hóminis confitébitur illum coram Angelis Dei.









**Secrète.**

Munera nostra, Dómine Deus, benígnus súscipe ; quorum mirábile mystérium sanctus Martyr Justínus advérsum impiórum calúmnias strénue deféndit. Per Dóminum.

**Des SS. Martyrs. Secrète.**

Hæc hóstia, quæsumus Dómine, quam sanctórum Mártyrum tuórum natalítia recenséntes offérimus : et víncula nostræ pravitátis absólvat, et tuæ nobis misericórdiæ dona concíliet. Per Dóminum nostrum.




**Postcommunion.**

Cælesti alimónia refécti súpplices te Dómine deprecámur ; ut beáti Justíni Mártyris tui mónitis, de accéptis donis semper in gratiárum actióne maneámus. Per Dóminum.

**Des SS. Martyrs. Postcommunion.**

Sacro múnere satiáti, súpplices te Dómine deprecámur : ut, quod débitæ servitútis celebrámus offício, salvatiónis tuæ sentiámus augméntum. Per Dóminum.

## 17. S. Anicet Pape et Martyr.

*Oraisons de la Messe* Sacerdótes Dei. *d'un Martyr Pont.*, 591.

## 21. Saint Anselme Évêque, Confesseur et Docteur de l'Église. *Double.*

**Aux I. et II. Vêpres**, *A Magnificat, Ant.* O Doctor... beáte Ansélme. 629.

**Messe.** In médio. *des Docteurs*, 637. *On dit* Credo.

## 22. SS. Sotère et Caius Papes et Mart. *Semid.*

*Oraisons de la Messe* Intret. *de Plusieurs Martyrs*, 614.

## 23. Saint Georges Martyr. *Semid.*

**Collecte.**

DEUS, qui nos beáti Geórgii Mártyris tui méritis et intercessióne lætíficas : concéde propítius ; ut qui tua per eum benefícia póscimus, dono tuæ grátiæ consequámur. Per Dñum.

**Secrète.**

MUNERA, Dómine, obláta sanctífica : et, intercedénte beáto Geórgio Mártyre tuo, nos per hæc a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

SUPPLICES te rogámus, omnípotens Deus : ut quos tuis réficis sacraméntis, intercedénte beáto Geórgio Mártyre tuo, tibi étiam plácitis móribus dignánter tríbuas deservíre. Per Dñum.

## 24. S. Fidèle de Sigmaringen Mart. *Double.*

**Messe.** Protexísti. 603, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Fidélem seráphico spíritus ardóre succénsum, in veræ fídei propagatióne martýrii palma et gloriósis miráculis decoráre dignátus es : ejus quæsumus méritis et intercessióne, ita nos per grátiam tuam in fide et caritáte confírma ; ut in servítio tuo fidéles usque ad mortem inveníri mereámur. Per Dóminum nostrum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* In virtúte. 595.



## 25. SAINT MARC ÉVANGÉLISTE

**Double de II. Classe.**

**LITANIES MAJEURES**

*A la Procession on dit la Messe des Rogations*, 446.

**Messe.** Protexísti. 603, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Marcum Evangelístam tuum, evangélicæ prædicatiónis grátia sublimásti : tríbue quæsumus ; ejus nos semper et eruditióne proficere, et oratióne deféndi. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Ezechielis Prophetæ.** *Ezech. 1. c.*

SIMILITUDO vultus quátuor animálium : fácies hóminis et fácies leónis a dextris ipsórum quátuor : fácies autem bovis a sinístris ipsórum quátuor, et fácies áquilæ désuper ipsórum quátuor. Fácies eórum et pennæ eórum exténtæ désuper : duæ pennæ singulórum jungebántur, et duæ tegébant córpora eórum : et unumquódque eórum coram fácie sua ambulábat : ubi erat ímpetus spíritus, illuc gradiebántur, nec revertebántur cum ambulárent. Et similitúdo animálium, aspéctus eórum quasi carbónum ignis ardéntium, et quasi aspéctus lampadárum. Hæc erat vísio discúrrens in médio animálium, splendor ignis, et de igne fulgur egrédiens. Et animália ibant, et revertebántur in similitúdinem fúlguris coruscántis.

*Évangile.* Designávit Dóminus. 764. *On dit* Credo.

**Secrète.**

BEATI Marci Evangelístæ tui solemnitáte, tibi múnera deferéntes, quæsumus, Dómine : ut, sicut illum prædicátio evangélica fecit gloriósum ; ita nos ejus intercéssio, et verbo et ópere tibi reddat accéptos. Per Dóminum nostrum.

*Préface des Apôtres*, 12.

**Postcommunion.**

TRIBUANT nobis, quæsumus Dómine, contínuum tua sancta præsídium : quo beáti Marci Evangelístæ tui précibus, nos ab ómnibus semper tueántur advérsis. Per Dóminum.

¶ *Quand la Fête est renvoyée après la Pentecôte, on dit la Messe comme à la Fête de S. Luc Évangéliste, 18 Octobre.*

## 26. SS. Clet et Marcellin Papes et Mart. *Semid.*

**Collecte.**

BEATORUM Mártyrum paritérque Pontíficum Cleti et Marcellíni nos, Dómine fóveat pretiósa conféssio : et pia júgiter intercéssio tueátur. Per Dóminum nostrum.

*Secrète.* Adésto Dñe. 608. *Postcomm.* Quæsumus Dñe. 609.

## 28. S. Paul de la Croix Confesseur.

*Double.* (m. t. v.)

A LA MESSE






**Collecte.**

DOMINE Jesu Christe, qui ad mystérium crucis prædicándum sanctum Paulum singulári caritáte donásti, et per eum novam in Ecclésia famíliam floréscere voluísti : ipsíus nobis intercessióne concéde ; ut passiónem tuam júgiter recoléntes in terris, ejúsdem fructum cónsequi mereámur in cælis : Qui vivis.

*Mémoire de* **Saint Vital Martyr.** *Oraisons de la Messe* In virtúte tua. 595.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *1. Cor. 1.*

FRATRES : Non misit me Christus baptizáre, sed evangelizáre : non in sapiéntia verbi, ut non evacuétur crux Christi. Verbum enim crucis pereúntibus quidem stultítia est ; iis autem qui salvi fiunt, id est nobis, Dei virtus est. Scriptum est enim : Perdam sapiéntiam sapiéntium, et prudéntiam prudéntium reprobábo. Ubi sápiens ? ubi scriba ? ubi conquisítor hujus sæculi ? Nonne stultam fecit Deus sapiéntiam hujus mundi ? Nam, quia in Dei sapiéntia non cognóvit mundus per sapiéntiam Deum, plácuit Deo per stultítiam prædicatiónis salvos fácere credéntes. Quóniam et Judæi signa petunt, et Græci sapiéntiam quærunt : nos autem prædicámus Christum crucifíxum, Judæis quidem scándalum, Géntibus autem stultítiam ; ipsis autem vocátis, Judæis atque Græcis, Christum Dei virtútem et Dei sapiéntiam : quia quod stultum est Dei, sapiéntius est homínibus ; et quod infírmum est Dei, fórtius est homínibus.






*Évangile.* Designávit Dóminus. 764.






**Secrète.**

CÆLESTEM nobis, Dómine, præbeant mystéria hæc passiónis et mortis tuæ fervórem : quo sanctus Paulus, ea offeréndo, corpus suum hóstiam vivéntem, sanctam, tibíque placéntem exhíbuit : Qui vivis et regnas.




**Postcommunion.**

SUMPSIMUS, Dómine, divínum sacraméntum, imménsæ caritátis tuæ memoriále perpétuum : tríbue quæsumus ; ut sancti Pauli méritis et imitatióne, aquam de fóntibus tuis hauriámus in vitam ætérnam saliéntem, et tuam sacratíssimam passiónem córdibus nostris impréssam móribus et vita teneámus : Qui vivis et regnas.

---

## 29. Saint Pierre Martyr. *Double.*

**Messe.** Protexísti me. 603, *excepté :*

**Collecte.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut beáti Petri Mártyris tui fidem cóngrua devotióne sectémur ; qui pro ejúsdem fídei dilatatióne, martýrii palmam méruit obtinére. Per Dñum.

*Épitre.* Memor esto. 598.

**Secrète.**

PRECES, quas tibi Dómine offérimus, intercedénte beáto Petro Mártyre tuo, cleménter inténde : et propugnatóres fídei sub tua protectióne custódi. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

FIDELES tuos, Dómine, custódiant sacraménta quæ súmpsimus : et, intercedénte beáto Petro Mártyre tuo, contra omnes advérsos tueántur incúrsus. Per Dóminum.

¶ *Quand la Fête se célèbre après la Pentecôte, on dit la Messe* Lætábitur justus. 598, *avec les Oraisons ci-dessus et l'Évangile* Si quis vult. 594.

## 30. S. Catherine de Sienne Vierge. *Double.*

**Messe.** Dilexísti. 667, *excepté les Oraisons.*

**Collecte.**

DA, quæsumus omnípotens Deus : ut, qui beátæ Catharínæ Vírginis tuæ natalítia cólimus; et ánnua solemnitáte lætémur, et tantæ virtútis proficiámus exémplo. Per Dóminum.

**Secrète.**

ASCENDANT ad te Dómine, quas in beátæ Catharínæ solemnitáte offérimus preces, et hóstia salutáris, virgíneo fragrans odóre. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

ÆTERNITATEM nobis Dómine cónferat, qua pasti sumus, mensa cæléstis : quæ beátæ Catharínæ Vírginis vitam étiam áluit temporálem. Per Dóminum.

## FÊTES DE MAI

## 1. SS. PHILIPPE ET JACQUES APOTRES

**Double de II. Classe.**

¶ *Hors le Temps Pascal, aux I. et II. Vêpres, on retranche les* Allelúia *des Antiennes; et le Capitule, l'Hymne et le ℣. se prennent du Commun des Apôtres hors le Temps Pascal,* 577.

### AUX I. VÊPRES

*Antiennes des II. Vêpres. Psaumes du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dóminum. 85.

*Capitule, Hymne et ℣. du Commun des Apôtres au Temps Pascal,* 582.









### A LA MESSE










**Collecte.**

DEUS, qui nos ánnua Apostolórum tuórum Philíppi et Jacóbi solemnitáte lætíficas : præsta, quæsumus; ut quorum gaudémus méritis, instruámur exémplis. Per Dóminum.

*Épître.* Stabunt justi. 604.

Allelúia, alleluia. ℣. Confitebúntur. 604.






✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 14.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Non turbétur cor vestrum. Créditis in Deum, et in me crédite. In domo Patris mei mansiónes multæ sunt. Si quo minus dixíssem vobis : Quia vado paráre vobis locum. Et si abíero, et præparávero vobis locum : íterum vénio, et accípiam vos ad meípsum, ut ubi sum ego, et vos sitis. Et quo ego vado scitis, et viam scitis. Dicit ei Thomas : Dómine, nescímus quo vadis : et quómodo póssumus viam scire? Dicit ei Jesus : Ego sum via, véritas, et vita ; nemo venit ad Patrem nisi per me. Si cognovissétis me, et Patrem meum útique cognovissétis : et ámodo cognoscétis eum, et vidístis eum. Dicit ei Philíppus : Dómine, osténde nobis Patrem, et súfficit nobis. Dicit ei Jesus : Tanto témpore vobíscum sum, et non cognovístis me? Philíppe, qui videt me, videt et Patrem. Quómodo tu dicis : Osténde nobis Patrem? Non créditis, quia ego in Patre, et Pater in me est? Verba, quæ ego loquor vobis, a meípso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit ópera. Non créditis, quia ego in Patre, et Pater in me est? Alióquin propter ópera ipsa crédite. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, ópera quæ ego fácio, et ipse fáciet, et majóra horum fáciet : quia ego ad Patrem vado. Et quodcúmque petiéritis Patrem in nómine meo, hoc fáciam. Credo.

*Offert.* Confitebúntur. 605.
*Qu'il faut ainsi terminer hors le T. P.*




**Secrète.**

Munera, Dómine, quæ pro Apostolórum tuórum Philíppi et Jacóbi solemnitáte deférimus, propítius súscipe : et mala ómnia, quæ merémur, avérte. Per Dóminum.









**Postcommunion.**

Quæsumus Dómine, salutáribus repléti mystériis : ut, quorum solémnia celebrámus, eórum oratiónibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum.

¶ *Hors le Temps Pascal, on dit la même Messe, en omettant l'*Allelúia *à l'Introït, à l'Offertoire et à la Communion ; et au lieu de l'*Allelúia. ℣. Confitebúntur, *on chante le Graduel* Constitues eos. *de la Fête des SS. Pierre et Paul.*

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Dixit Dñus. 63. — **2.** Laudáte púeri. 64. — **3.** Crédidi. 85. — **4.** In converténdo. 86. — **5.** Dómine probásti me. 88.

1. Ant. 7. ç




2. Ant. 7. a






*Capitule et Hymne du Commun,* 582.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia.
℟. Mors sanctórum ejus, allelúia.






## 2. Saint Athanase Évêque, Confesseur et Docteur de l'Église. *Double.*

**Aux I. et II. Vêpres,** *A Magnif. Ant.* O Doctor óptime... beáte Athanási. 629.

### A LA MESSE

*Introït.* In médio Ecclésiæ. 637.

*Oraisons de la Messe* Sacerdótes tui. *d'un Conf. Pont.,* 634.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *2. Cor. 4.*

Fratres : Non nosmetípsos prædicámus, sed Jesum Christum Dóminum nostrum ; nos autem servos vestros per Jesum : quóniam Deus, qui dixit de ténebris lucem splendéscere, ipse illúxit in córdibus nostris, ad illuminatiónem sciéntiæ claritátis Dei, in fácie Christi Jesu. Habémus autem thesáurum istum in vasis fictílibus : ut sublímitas sit virtútis Dei, et non ex nobis. In ómnibus tribulatiónem pátimur, sed non angustiámur : aporiámur, sed non destitúimur : persecutiónem pátimur, sed non derelínquimur : dejícimur, sed non perímus : semper mortificatiónem Jesu in córpore nostro circumferéntes, ut et vita Jesu manifestétur in corpóribus nostris. Semper enim nos, qui vívimus, in mortem trádimur propter Jesum : ut et vita Jesu manifestétur in carne nostra mortáli. Ergo mors in nobis operátur, vita autem in vobis. Habéntes autem eúmdem spíritum fídei, sicut scriptum est : Crédidi, propter quod locútus sum : et nos crédimus, propter quod et lóquimur : sciéntes, quóniam qui suscitávit Jesum, et nos cum Jesu suscitábit, et constítuet vobíscum.

Allelúia, allelúia. Tu es sacérdos. 589.

Allelúia. ℣. Beátus vir qui suffert. 647.

*Hors le Temps Pascal, on dit le Graduel* Ecce sacérdos. 632. Allelúia, allelúia. ℣. Beátus vir qui suffert. 647.

*Évangile.* Cum persequéntur vos. 779. *On dit* Credo.

*Offertoire.* Invéni David. 633.

*Communion.* Quod dico vobis. 624.

# 3. L'INVENTION DE LA SAINTE CROIX

Double de II. Classe.

*Hors le Temps Pascal, on retranche* Allelúia, *excepté à la fin de la 3. Ant. des Vêpres. Dans l'Hymne* Vexílla Regis, *on dit :* In hac triúmphi glória, *au lieu de :* Paschále quæ fers gáudium.

## AUX I. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres,* 823, *excepté :*

A Magnificat Ant. 1. J






## A LA MESSE

Intr. 4.




**Collecte.**

Deus, qui in præclára salutíferæ Crucis Inventióne, Passiónis tuæ mirácula suscitásti : concéde ; ut vitális ligni prétio ætérnæ vitæ suffrágia consequámur : Qui vivis et regnas.

*Épitre.* Hoc enim sentíte. 278.

8.




✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 3.*

In illo témpore : Erat homo ex pharisæis, Nicodémus nómine, princeps Judæórum. Hic venit ad Jesum nocte, et dixit ei : Rabbi, scimus quia a Deo venísti magíster : nemo enim potest hæc signa fácere quæ tu facis, nisi fúerit Deus cum eo. Respóndit Jesus, et dixit ei : Amen, amen dico tibi, nisi quis renátus fúerit dénuo, non potest vidére regnum Dei. Dicit ad eum Nicodémus : Quómodo potest homo nasci, cum sit senex ? Numquid potest in ventrem matris suæ iteráto introíre et renásci ? Respóndit Jesus : Amen, amen dico tibi, nisi quis renátus fúerit ex aqua et Spíritu Sancto, non potest introíre in regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est : et quod natum est ex spíritu, spíritus est. Non miréris quia dixi tibi : Opórtet vos nasci dénuo. Spíritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis, sed nescis unde véniat, aut quo vadat : sic est omnis qui natus est ex spíritu. Respóndit Nicodémus, et dixit ei : Quómodo possunt hæc fíeri ? Respóndit Jesus et dixit ei : Tu es magíster in Israel, et hæc ignóras ? Amen, amen dico tibi, quia quod scimus lóquimur, et quod vídimus testámur, et testimónium nostrum non accípitis. Si terréna dixi vobis, et non créditis : quómodo, si díxero vobis cæléstia, credétis ?



Et nemo ascéndit in cælum, nisi qui descéndit de cælo, Fílius hóminis, qui est in cælo. Et sicut Móyses exaltávit serpéntem in desérto, ita exaltári opórtet Fílium hóminis : ut omnis qui credit in ipsum, non péreat, sed hábeat vitam ætérnam.

Credo.

*Offert.* Déxtera Dómini. 212. *en ajoutant à la fin :*




**Secrète.**

Sacrificium, Dómine, quod tibi immolámus, placátus inténde : ut ab omni nos éruat bellórum nequítia, et per vexíllum sanctæ Crucis Fílii tui, ad conteréndas potestátis advérsæ insídias, nos in tuæ protectiónis securitáte constítuat. Per eúmdem Dóminum.

*Préface de la Croix,* 11.

Comm. 4.




*T. P.* Alle-lú- ia.

**Postcommunion.**

Repleti alimónia cælésti, et spirituáli póculo recreáti, quæsumus omnípotens Deus : ut ab hoste malígno deféndas, quos per lignum sanctæ Crucis Fílii tui, arma justítiæ pro salúte mundi, triumpháre jussísti. Per eúmdem Dóminum.

¶ *Hors le Temps Pascal on dit la même Messe, en retranchant l'*Allelúia *de l'Introït et de la Communion, et en disant le Graduel* Christus. 315. Allelúia, allelúia. ℣. Dulce lignum. *ci-dessus.*

## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

1. Ant. 7. c








**Capitule.** *Philipp. 2.*

FRATRES : Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Jesu : qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo : sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, et hábitu invéntus ut homo.

*Hymne* Vexílla Regis. 267. *Dans la strophe* O Crux ave, *au lieu de :* Hoc passiónis témpore, *on dit :* Paschále quæ fers gáudium.

℣. Hoc signum Crucis erit in cælo. Allelúia.
℟. Cum Dóminus ad judicándum vénerit. Allelúia.




## 4. Sainte Monique Veuve. *Double.*

**Messe.** Cognóvi. 678, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS mæréntium consolátor, et in te sperántium salus, qui beátæ Mónicæ pias lácrimas in conversióne fílii sui Augustíni misericórditer suscepísti : da nobis utriúsque interventu: peccáta nostra deploráre, et grátiæ tuæ indulgéntiam invenire. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Timotheum.** *1. Tim.*

CARISSIME : Víduas honóra, quæ vere víduæ sunt. Si qua autem vídua fílios aut nepótes habet, discat primum domum suam régere, et mútuam vicem réddere paréntibus : hoc enim accéptum est coram Deo. Quæ autem vere vídua est, et desoláta, speret in Deum, et instet obsecratiónibus et oratiónibus, nocte ac die. Nam quæ in delíciis est, vivens mórtua est. Et hoc præcipe, ut irreprehensíbiles sint. Si quis autem suórum, et máxime domesticórum curam non habet, fidem negávit, et est infidéli detérior. Vídua eligátur non minus sexagínta annó-

rum, quæ fúerit unius viri uxor, in opéribus bonis testimónium habens, si fílios educávit, si hospítio recépit, si sanctórum pedes lavit, si tribulatiónem patiéntibus subministrávit, si omne opus bonum subsecúta est.

*Évangile.* Ibat Jesus in civitátem. 544.

## 5. S. Pie V. Pape et Confesseur.

*Double.* (m. t. v.)

**Messe.** Státuit. *d'un Confesseur Pontife*, 631, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui ad conteréndos Ecclésiæ tuæ hostes, et ad divinum cultum reparándum, beátum Pium Pontíficem Máximum elígere dignátus es : fac nos ipsíus defénsi præsídiis, et ita tuis inhærére obséquiis; ut ómnium hóstium superátis insídiis, perpétua pace lætémur. Per Dóminum.

## 6. S. Jean devant la Porte Latine.

Double majeur.

**A Vêpres.** *Comme au Commun des Apôtres, au Temps Pascal,* 581.

Aux I. et II. Vêpres, A Magnificat Antienne.




**Messe.** Protexísti. 603, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui cónspicis quia nos úndique mala nostra pertúrbant : præsta quæsumus; ut beáti Joánnis Apóstoli tui et Evangelístæ intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.



Allelúia, allelúia. ℣. Justus ut palma. 652. Allelúia. ℣. Justus germinábit. 639.

℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth.* 20.

IN illo témpore : Accéssit ad Jesum mater filiórum Zebedæi cum fíliis suis, adórans, et petens áliquid ab eo. Qui dixit ei : Quid vis? Ait illi : Dic, ut sédeant hi duo fílii mei, unus ad déxteram tuam, et unus ad sinístram in regno tuo. Respóndens autem Jesus, dixit : Nescítis quid petátis. Potéstis bíbere cálicem, quem ego bibitúrus sum? Dicunt ei : Póssumus. Ait illis : Cálicem quidem meum bibétis : sedére autem ad déxteram meam vel sinístram, non est meum dare vobis, sed quibus parátum est a Patre meo. Credo.

*Préface des Apôtres,* 12.

**Postcommunion.**

REFECTI Dómine pane cæléstí : ad vitam, quæsumus, nutriámur ætérnam. Per Dóminum nostrum.

¶ *Hors le Temps Pascal, on dit la Messe comme au 27 Décembre,* 165, *avec les Oraisons et l'Évangile ci-dessus.*

## 7. S. Stanislas Évêque et Martyr. *Double.*

**Messe.** Protexísti. 603, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, pro cujus honóre gloriósus Póntifex Stanisláus gládiis impiórum occúbuit : præsta, quæsumus ; ut omnes qui ejus implórant auxílium, petitiónis suæ salutárem consequántur efféctum. Per Dóminum nostrum.

## 8. L'Apparition de S. Michel Archange.

Double majeur.

*Comme à la Fête du 29 Septembre : mais au Temps Pascal, on ajoute* Allelúia, *partout où il ne se trouve pas ; et l'Hymne se chante comme il suit.*





los. 2. Ti-bi mille dénsa míl-li- um Du-cum coróna mí-li-
tat : Sed éxplicat victor crucem Mícha-el sa-lú-tis síg ni-
fer. 3. Dra-có-nis hic di-rum caput In ima pellit tárta-ra,
Ducémque cum rebéllibus Cæléstí ab arce fúl-minat. 4. Con-
tra ducem supér-bi- æ Sequámur hunc nos prínci-pem,
Ut detur ex Agni throno Nobis coró-na gló-ri- æ. 5. De- o
Patri sit gló- ri- a, Et Fí-li- o, qui a mórtu- is Surréxit,
ac Paráclí-to, In sempi-térna sé-cu-la. Amen.

## 9. S. Grégoire de Nazianze Évêque, Conf. et Docteur de l'Église. *Double.*

**Aux I. et II. Vêpres,** *A Magnificat, Ant.* O Doctor... beáte Grégori. 629.

**Messe.** In médio. 637, *excepté l'Épître* Justus cor suum. 778. *On dit* Credo.



## 10. S. Antonin Évêque et Confesseur.

*Double.* (m. t. v.)

**Messe.** Státuit. *d'un Confesseur Pontife,* 631, *excepté :*

**Collecte.**

SANCTI Antoníni, Dómine, Confessóris tui atque Pontíficis, méritis adjuvémur : ut, sicut te in illo mirábilem prædicámus, ita in nos misericórdem fuísse gloriémur. Per Dñum.

*Mémoire des* **SS. Gordien et Épimaque Martyrs.**

Collecte.

DA, quæsumus omnípotens Deus : ut, qui beatórum Mártyrum tuórum Gordiáni et Epímachi solémnia cólimus, córum apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

Secrète.

HOSTIAS tibi, Dómine, beatórum Mártyrum tuórum Gordiáni et Epímachi dicátas méritis, benígnus assúme : et ad perpétuum nobis tríbue provenire subsídium. Per Dóminum.

Postcommunion.

QUÆSUMUS, omnípotens Deus : ut qui cæléstia aliménta percépimus, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Gordiáno et Epímacho, per hæc contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum nostrum.

## 12. SS. Nérée, Achillée et Domitille Vierge et Pancrace, Martyrs. *Semid.*

**Collecte.**

SEMPER nos Dómine Mártyrum tuórum Nérei, Achíllei, Domitíllæ atque Pancrátii fóveat, quæsumus, beáta solémnitas : et tuo dignos reddat obséquio. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

SANCTORUM Mártyrum tuórum, quæsumus Dómine, Nérei, Achíllei, Domitíllæ atque Pancrátii sit tibi grata conféssio : quæ et múnera nostra comméndet, et tuam nobis indulgéntiam semper implóret. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

QUÆSUMUS, Dómine, ut beatórum Mártyrum tuórum Nérei, Achíllei, Domitíllæ atque Pancrátii deprecatiónibus, sacraménta sancta quæ súmpsimus, ad tuæ nobis proficiant placatiónis augméntum. Per Dóminum nostrum.

## 14. S. Boniface Martyr.

**Collecte.**

DA, quæsumus omnípotens Deus : ut qui beáti Bonifácii Mártyris tui solémnia cólimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum.

*Secrète.* Munéribus nostris. 597.

*Postcommunion.* Refécti. 601.

## 16. S. Ubalde Évêque et Conf. *Semid.*

**Collecte.**

AUXILIUM tuum nobis, Dómine quæsumus, placátus impénde : et intercessióne beáti Ubáldi Confessóris tui atque Pontíficis, contra omnes diáboli nequítias déxteram super nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dóminum nostrum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Státuit. 631.

## 17. S. Paschal Baylon Conf. *Double.*

**Messe.** Os justi. *d'un Confesseur non Pontife,* 645, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Paschálem Confessórem tuum mirífica erga córporis et sánguinis tui sacra mystéria dilectióne decorásti : concéde propítius ; ut quam ille ex hoc divíno convívio spíritus percépit pinguédinem, eámdem et nos percípere mereámur : Qui vivis et regnas.

## 18. Saint Venant Martyr. *Double.*

**Aux I. Vêpres, Hymne.**

*Durant l'Octave de l'Ascension, elle se chante sur le ton de l'Hymne* Salútis humánæ Sator. 450.









*Hors le Temps Pascal, l'Hymne* Martyr Dei *se chante sur le ton de l'Hymne* Deus tuórum mílitum. 585.

**Messe.** Protexísti. 603, *excepté les Oraisons.*

**Collecte.**

DEUS, qui hunc diem beáti Venántii Mártyris tui triúmpho consecrásti : exáudi preces pópuli tui, et præsta ; ut qui ejusm érita venerámur, fídei constántiam imitémur. Per Dñum.

**Secrète.**

HANC oblatiónem, omnípotens Deus, beáti Venántii mérita tibi reddant accéptam : ut ipsíus subsídiis adjúti, glóriæ ejus consórtes efficiámur. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

SUMPSIMUS, Dómine, ætérnæ vitæ sacraménta, te humíliter deprecántes : ut, beáto Venántio Mártyre tuo pro nobis deprecánte, véniam nobis concílient, et grátiam. Per Dñum.

¶ *Hors le Temps Pascal, Messe.* In virtúte tua. 595, *avec les Oraisons ci-dessus. Evangile.* Si quis venit. 590.

## 19. S. Pierre Célestin Pape et Conf. *Double.*

**Messe.** Státuit. *d'un Confesseur Pontife,* 631, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Petrum Cælestínum ad summi pontificátus ápicem sublimásti, quique illum humilitáti postpónere docuísti : concéde propítius ; ut ejus exémplo cuncta mundi despícere, et ad promíssa humílibus præmia pervenire felíciter mereámur. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire de* **Sainte Prudentienne Vierge et Martyre.** *Oraisons de la Messe* Dilexísti. 667.

## 20. S. Bernardin de Sienne Conf. *Semid.*

**Collecte.**

DOMINE Jesu, qui beáto Bernardíno Confessóri tuo exímium sancti nóminis tui amórem tribuísti : ejus, quæsumus, méritis et intercessióne, spíritum nobis tuæ dilectiónis benígnus infúnde : Qui vivis et regnas.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Os justi. 645.

## 25. S. Grégoire VII. Pape et Conf. *Double.*

**Messe.** Státuit. *d'un Confesseur Pontife,* 631, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS in te sperántium fortitúdo, qui beátum Gregórium Confessórem tuum atque Pontíficem, pro tuénda Ecclésiæ libertáte, virtúte constántiæ roborásti : da nobis, ejus exémplo et intercessióne, ómnia adversántia fórtiter superáre. Per Dñum.



*Mémoire de* **Saint Urbain I. Pape et Martyr.**

**Collecte.**

DA, quæsumus omnípotens Deus : ut qui beáti Urbáni Mártyris tui atque Pontíficis solémnia cólimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

*Évangile.* Vigiláte. 637.

**De S. Urbain. Secrète.**

HÆC hóstia, Dómine quæsumus, emúndet nostra delícta : et ad sacrifícium celebrándum, subditórum tibi córpora mentésque sanctíficet. Per Dóminum nostrum.

*De S. Urbain. Postcommunion.* Refécti participatióne. 591.

## 26. S. Philippe Néri Conf. *Double.*

**A LA MESSE**




**Collecte.**

DEUS, qui beátum Philíppum Confessórem tuum sanctórum tuórum glória sublimásti : concéde propítius ; ut cujus solemnitáte lætámur, ejus virtútum proficiámus exémplo. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire de* **Saint Éleuthère Pape et Martyr.** *Oraisons de la Messe* Státuit. 587.

*Épître.* Optávi, et datus est mihi sensus. 775.

*Graduel.* Veníte fílii. 514.




*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :* Allelúia, allelúia. ℣. De excélso. *ci-dessus ; puis :*




*Évangile.* Sint lumbi vestri. 647.









**Secrète.**

SACRIFICIIS præséntibus, quæsumus Dómine, inténde placátus : et præsta ; ut illo nos igne Spíritus Sanctus inflámmet, quo beáti Philíppi cor mirabíliter penetrávit. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem.




**Postcommunion.**

CÆLESTIBUS Dómine pasti delíciis : quæsumus ; ut beáti Philíppi Confessóris tui méritis et imitatióne, semper éadem, per quæ veráciter vívimus, appetámus. Per Dóminum.

## 27. S. Marie-Madeleine de Pazzi Vierge.

**Semidouble.**

**Collecte.**

DEUS virginitátis amátor, qui beátam Maríam Magdalénam Vírginem, tuo amóre succénsam, cæléstibus donis decorásti : da ut quam festíva celebritáte venerámur, puritáte et caritáte imitémur. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire de* **S. Jean Pape et Martyr.** *Oraisons de la Messe* Sacerdótes Dei. 591.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Dilexísti. 667.

## 28. S. Augustin Évêque et Confesseur.

*Double.* (m. t. v.)

**Messe.** Sacerdótes tui. 634, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui Anglórum gentes, prædicatióne et miráculis beáti Augustíni Confessóris tui atque Pontíficis, veræ fídei luce illustráre dignátus es : concéde ; ut ipso interveniénte, errántium corda ad veritátis tuæ rédeant unitátem, et nos in tua simus voluntáte concórdes. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.** *1. Th.*

FRATRES : Fidúciam habúimus in Deo nostro loqui ad vos Evangélium Dei in multa sollicitúdine. Exhortátio enim nostra non de erróre, neque de immundítia, neque in dolo, sed sicut probáti sumus a Deo, ut crederétur nobis Evangélium : ita lóquimur, non quasi homínibus placéntes, sed Deo qui probat corda nostra. Neque enim aliquándo fúimus in sermóne adulatiónis, sicut scitis ; neque in occasióne avarítiæ : Deus testis est : nec quæréntes ab homínibus glóriam, neque a vobis, neque ab áliis ; cum possémus vobis óneri esse ut Christi Apóstoli : sed facti sumus párvuli in médio vestrum, tamquam si nutrix fóveat fílios suos. Ita desiderántes vos, cúpide volebámus trádere vobis non solum Evangélium Dei, sed étiam ánimas nostras ; quóniam caríssimi nobis facti estis. Mémores enim estis, fratres, labóris nostri et fatigatiónis : nocte ac die operántes, ne quem vestrum gravarémus, prædicávimus in vobis Evangélium Dei.

*Évangile.* Designávit Dóminus. 764.

**Secrète.**

SACRIFICIUM tibi offérimus, Dómine, in solemnitáte beáti Augustíni Pontíficis et Confessóris tui humíliter deprecántes : ut oves quæ periérunt ad unum ovíle revérsæ, hoc salutári pábulo nutriántur. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

HOSTIA salutári refécti : te Dómine súpplices exorámus ; ut éadem, beáti Augustíni interveniénte suffrágio, in omni loco nómini tuo júgiter immolétur. Per Dóminum.

## 30. S. Félix I. Pape et Martyr.

*Oraisons de la Messe* Státuit. *d'un Martyr Pontife,* 587.



## 31. S. Angèle de Mérici Vierge. *Double.*

**Messe.** Dilexísti. 667, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui novum per beátam Angelam, sacrárum vírginum collégium in Ecclésia tua floréscere voluísti : da nobis ejus intercessióne angélicis móribus vívere ; ut terrénis ómnibus abdicátis, gáudiis pérfrui mereámur ætérnis. Per Dñum.

*Mémoire de* **Sainte Pétronille Vierge.** *Oraisons de la Messe* Vultum tuum. 671.

**Secrète.**

HOSTIA, Dómine, quam tibi beátæ Angelæ memóriam recoléntes offérimus, et nostræ pravitátis véniam implóret, et grátiæ tuæ nobis dona concíliet. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

CÆLESTI alimónia refécti, súpplices te Dómine deprecámur : ut beátæ Angelæ précibus et exémplo, ab omni labe mundáti, et córpore tibi placeámus, et mente. Per Dóminum.

VENDREDI APRÈS L'OCTAVE DE LA FÊTE DU S. SACREMENT

# FÊTE DU SACRÉ CŒUR DE JÉSUS

**Double de I. Classe.**

*Vêpres de l'Octave du Saint Sacrement sans mémoire du Sacré Cœur. Mais si la Fête du Sacré Cœur est renvoyée, on en fait alors les I. Vêpres comme il suit.*

### AUX I. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres,* 841, *excepté :*

℣. Ignem veni míttere in terram.
℟. Et quid volo, nisi ut accendátur ?





fu- it ; et qui conso- la-rétur, et non invéni. E u o u a e.

¶ A Complies, *Hymne sur le ton de celle des Vêpres,* 843.

## A LA MESSE

Intr. 1.



M I-seré- bi-tur secúndum multi- tú- di-nem mi- se-ra- ti- ó- num su- á- rum : non enim humi- li- á- vit ex corde su- o, et abjécit fí- li- os hóminum : bonus est Dó- minus spe-rántibus in e- um, ánimæ quærénti il-lum. Alle-lú- ia, alle- lú- ia. *Ps.* Mi-seri-cór- di- as Dómini in ætérnum cantá-bo : in genera-ti- ónem et gene- ra-ti- ó- nem. Glóri- a Patri. E u o u a e.

*ou* E u o u a e.

**Collecte.**

CONCEDE, quæsumus omnípotens Deus : ut qui in sanctíssimo dilécti Fílii tui Corde gloriántes, præcípua in nos charitátis ejus benefícia recólimus ; eórum páriter et actu delectémur, et fructu. Per eúmdem Dóminum.



**Lectio Isaiæ Prophetæ.** *Is.* 12.

CONFITEBOR tibi, Dómine, quóniam irátus es mihi : convérsus est furor tuus, et consolátus es me. Ecce Deus Salvátor meus, fiduciáliter agam, et non timébo : quia fortitúdo mea, et laus mea Dóminus, et factus est mihi in salútem. Hauriétis aquas in gáudio de fóntibus Salvatóris : et dicétis in die illa : Confitémini Dómino, et invocáte nomen ejus : mementóte quóniam excélsum est nomen ejus. Cantáte Dómino quóniam magnífice fecit, annuntiáte hoc in univérsa terra. Exsúlta et lauda, habitátio Sion : quia magnus in médio tui sanctus Israel.

Grad. 7.



O vos o-mnes, qui transi- tis per vi- am, atténdi-te, et vi-dé- te, si est do- lor sic- ut do-lor me- us. ℣. Cum di-le-xís- set su- os, qui e-rant in mun- do, in fi- nem di-léxit e- os.

8.



A Lle-lú-ia. *ij.*



℣. Disci-te a me, qui- a mi-tis sum et hú-




℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 19. f.*

In illo témpore : Judæi, quóniam Parascéve erat, ut non remanérent in cruce córpora sábbato (erat enim magnus dies ille sábbati), rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura, et tolleréntur. Venérunt ergo mílites, et primi quidem fregérunt crura, et altérius qui crucifíxus est cum eo. Ad Jesum autem cum veníssent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura ; sed unus mílitum láncea latus ejus apéruit, et contínuo exívit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimónium perhíbuit : et verum est testimónium ejus. Credo.









**Secrète.**

Tuere nos, Dómine, tua tibi holocáusta offeréntes : ad quæ, ut fervéntius corda nostra præparéntur, flammis adúre tuæ divínæ caritátis : Qui vivis et regnas.

*Préface de la Croix*, II.




**Postcommunion.**

Pacificis pasti delíciis et salutáribus sacraméntis, te súpplices exorámus, Dómine Deus noster : ut, qui mitis es et húmilis corde, nos a vitiórum labe purgátos, propénsius fácias a supérbis sæculi vanitátibus abhorrére : Qui vivis et regnas.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Dixit Dñus. 63. — **2.** Confitébor. 63. — **3.** Crédidi. 85. — **4.** Beáti omnes. 86. — **5.** Lauda Jerúsalem. 90.





ut sit nomen me-um i-bi in sempi-térnum, et permá-



ne- ant ócu-li me- i et cor me-um i- bi cunctis di-



3. Ant. 4. E

ébus. E u o u a e. E T di-xi : Ergo sine causa



justi- ficá-vi cor me- um, et la- vi inter innocéntes ma-



nus me- as, et fu- i flagellátus to-ta di- e. E u o u a e.



4. Ant. 8. G

S Ecúndum multi-túdinem do-lórum me- órum in cor-



de me- o, conso-la-ti- ónes tu-æ læti- fi-cavé-runt ánimam



5. Ant. 5. a

me- am. E u o u a e. P One me ut signácu-lum



super cor tu-um, ut signácu-lum super brách- ium tu-um.



E u o u a e.

**Capitule.** *Is. 12.*

**Ecce Deus Salvátor meus, fiduciáliter agam, et non timébo : quia fortitúdo mea et laus mea Dóminus, et factus est mihi in salútem. Hauriétis aquas in gáudio de fóntibus Salvatóris.**





Hymn. 6.

A Uctor be-á-te sæ- cu-li, Christe Redémptor ómni-



um, Lumen Patris de lúmi-ne, De- úsque verus de



De-o : 2. Amor co-é-git te tu-us Mortá-le corpus súmere,



Ut novus Adam rédde-res Quod ve- tus ille abstú- lerat.



3. Ille amor almus ár- ti-fex Terræ, marísque et síderum,



Erráta patrum mí-se-rans, Et nostra rumpens víncu-la.



4. Non corde discé-dat tu- o Vis illa amóris íncly-ti :



Hoc fonte gentes háuri- ant Remis- si- ónis grá- ti- am.



5. Percússum ad hoc est lán-ce- a, Passúmque ad hoc est súl-



nera, Ut nos laváret sórdi-bus Unda flu-énte et sán-



guine. 6. De-cus Paréntí, et Fí- li- o, Sanctóque sit Spi-rí-



tu- i, Quibus potéstas, gló- ri- a, Regnúmque in omne est



sæ-culum. Amen.

℣. Hauriétis aquas in gáudio. ℟. De fóntibus Salvatóris.

A Magnificat Ant. 1. f



A D Jesum autem cum veníssent, ut vidérunt e-



um jam mórtu-um, non fregérunt e-jus crura : sed unus



mí-li-tum lánce-a latus e-jus apéru- it, et contínu- o



exí-vit sanguis et aqua. E u o u a e.

## FÊTES DE JUIN

### 2. SS. Marcellin, Pierre et Érasme Martyrs.

**Collecte.**

DEUS, qui nos ánnua beatórum Mártyrum tuórum Marcellíni, Petri atque Erásmi solemnitáte lætíficas : præsta quæsumus ; ut quorum gaudémus méritis, accendámur exémplis. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

HÆC hóstia, quæsumus Dómine, quam sanctórum Mártyrum tuórum natalítia recensántes offérimus, et víncula nostræ pravitátis absólvat, et tuæ nobis misericórdiæ dona concíliet. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

SACRO múnere satiáti, súpplices te Dómine deprecámur : ut quod débitæ servitútis celebrámus offício, salvatiónis tuæ sentiámus augméntum. Per Dóminum nostrum.



### 4. S. François Caracciolo Conf. *Double.*

**A LA MESSE**

Intr. 8.



F Actum est cor me- um tamquam ce- ra li-



qué- scens in médi- o ventris me- i : quóni- am ze-



lus domus tu- æ comé- dit me. *T. P.* Alle- lú- ia,



alle- lú- ia. *Ps.* Quam bonus Isra-el De- us : his qui



re- cto sunt corde! Glóri- a Patri. E u o u a e.

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Francíscum, novi órdinis institutórem, orándi stúdio et pæniténtiæ amóre decorásti : da fámulis tuis in ejus imitatióne ita proficere ; ut semper oántes, et corpus in servitútem redigéntes, ad cæléstem glóriam perveníre mereántur. Per Dóminum nostrum.

**Lectio libri Sapientiæ.** *Sap. 4.*

JUSTUS, si morte præoccupátus fúerit, in refrigério erit. Senéctus enim venerábilis est non diutúrna, neque annórum número computáta : cani autem sunt sensus hóminis, et ætas senectútis vita immaculáta. Placens Deo factus est diléctus, et vivens inter peccatóres translátus est. Raptus est, ne malítia mutáret intellectum ejus, aut ne fictio decíperet ánimam illíus. Fascinátio enim nugacitátis obscúrat bona, et inconstántia concupiscéntiæ transvértit sensum sine malítia. Consummátus in brevi explévit témpora multa, plácita enim erat Deo ánima illíus : propter hoc properávit edúcere illum de médio iniquitátum.

Grad. 5.

Q Uemádmodum de-sí- de-rat cer- vus

ad fon- tes aquá- rum : i-ta de-sí-de-rat

ánima me- a ad te, De- us.

℣. Si-tí- vit á-ni-

ma me- a ad De- um for-

tem, vi- vum.

3.

A Lle-lú- ia. *ij.*

℣. Defé- cit ca-ro me- a, et cor me- um :

De- us cor-dis me- i, et pars me- a De- us in æ-tér-

num.

*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :*

1.

A L-le-lú- ia. *ij.* ℣. Be-



á- tus quem e- le-gí- sti, et assumpsí-

sti : inha-bi- tá- bit in á-tri- is tu- is.

8.

A L-le- lú- ia.

℣. Dispér- sit, de- dit paupé- ri-

bus : justí-ti- a e- jus manet in sæcu-lum sæ-cu-

li.

*Évangile.* Sint lumbi vestri. 647.

Offert. 4.

J U- stus ut palma

flo- ré- bit : sic-ut ce- drus Lí- ba-

ni mul-ti-pli-cá- bi-tur.

*T. P.* Alle- lú- ia.

**Secrète.**

DA nobis, clementíssime Jesu : ut præclára beáti Francísci mérita recoléntes, eódem nos ac ille, caritátis igne succénsi, digne in circúitu sacræ hujus mensæ tuæ esse valeámus : Qui vivis et regnas.

Comm. 4.




**Postcommunion.**

SACROSANCTI sacrifícii, quæsumus Dómine, quod hódie in solemnitáte beáti Francísci tuæ obtúlimus majestáti, grata semper in méntibus nostris memória persevéret, et fructus. Per Dóminum nostrum.

## 5. S. Boniface Évêque et Martyr. *Double.*

**A LA MESSE**

Intr. 3.









**Collecte.**

DEUS, qui multitúdinem populórum beáti Bonifácii Mártyris tui atque Pontíficis zelo ad agnitiónem tui nóminis vocáre dignátus es : concéde propítius ; ut cujus solémnia cólimus, étiam patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

*Épître.* Laudémus viros gloriósos. 769.

Grad. 5.






*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :*









*Évangile.* Videns Jesus. *à la Fête de la Toussaint, 1. Novembre.*




**Secrète.**

SUPER has hóstias, Dómine quæsumus benedíctio copiósa descéndat : quæ et sanctificatiónem nostram misericórditer operétur, et de sancti Bonifácii Mártyris tui atque Pontíficis fáciat solemnitáte gaudére. Per Dóminum.




**Postcommunion.**

SANCTIFICATI, Dómine, salutári mystério : quæsumus ; ut nobis sancti Bonifácii Mártyris tui atque Pontíficis pia non desit orátio, cujus nos donásti patrocínio gubernári. Per Dñum.

## 6. S. Norbert Évêque et Conf. *Double.*

**Messe.** Státuit. 631, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Norbértum Confessórem tuum atque Pontíficem, verbi tui prædcónem exímium effecísti, et per eum Ecclésiam tuam nova prole fœcundásti : præsta quæsumus ; ut ejúsdem suffragántibus méritis, quod ore simul et ópere dócuit, te adjuvánte exercére valeámus. Per Dóminum.



## 9. SS. Prime et Félicien Martyrs.

**Collecte.**

FAC nos, quæsumus Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Primi et Feliciáni semper festa sectári : quorum suffrágiis protectiónis tuæ dona sentiámus. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

FIAT tibi, quæsumus Dómine, hóstia sacránda placábilis, pretiósi celebritáte martýrii : quæ et peccáta nostra purificet, et tuórum tibi vota concíliet famulórum. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

QUÆSUMUS, omnípotens Deus : ut sanctórum Mártyrum tuórum Primi et Feliciáni cæléstibus mystériis celebráta solémnitas, indulgéntiam nobis tuæ propitiatiónis acquírat. Per Dóminum nostrum.

## 10. S. Marguerite Reine d'Écosse, Veuve.

**Semidouble.**

**Collecte.**

DEUS, qui beátam Margarítam Regínam exímia in páuperes caritáte mirábilem effecísti : da, ut ejus intercessióne et exémplo, tua in córdibus nostris cáritas júgiter augeátur. Per Dóminum nostrum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Cognóvi. 678.

## 11. Saint Barnabé Apôtre.

**Double majeur.**

A LA MESSE

*Introït.* Mihi autem. 702.

**Collecte.**

DEUS, qui nos beáti Bárnabæ Apóstoli tui méritis et intercessióne lætíficas : concéde propítius ; ut qui tua per eum benefícia póscimus, dono tuæ grátiæ consequámur. Per Dñum.

**Lectio Actuum Apostolorum.** *Act. 11. et 13. c.*

IN diébus illis : Multus número credéntium Antiochíæ convérsus est ad Dóminum. Pervénit autem sermo ad aures ecclésiæ, quæ erat Jerosólymis, super istis : et misérunt Bár-

nabam usque ad Antiochíam. Qui cum pervenísset et vidísset grátiam Dei, gavísus est : et hortabátur omnes in propósito cordis permanére in Dómino : quia erat vir bonus, et plenus Spíritu Sancto, et fide. Et appósita est multa turba Dómino. Proféctus est autem Bárnabas Tarsum, ut quæréret Saulum : quem cum invenísset, perdúxit Antiochíam. Et annum totum conversáti sunt ibi in ecclésia : et docuérunt turbam multam, ita ut cognominaréntur primum Antiochíæ discípuli, Christiáni. Erant autem in ecclésia, quæ erat Antiochíæ, prophétæ et doctóres, in quibus Bárnabas, et Simon qui vocabátur Niger, et Lúcius Cyrenénsis, et Mánahen, qui erat Heródis tetrárchæ collactáneus, et Saulus. Ministrántibus autem illis Dómino, et jejunántibus, dixit illis Spíritus Sanctus : Segregáte mihi Saulum et Bárnabam, in opus ad quod assúmpsi eos. Tunc jejunántes et oránte, imponentésque eis manus, dimisérunt illos.









℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 10.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Ecce ego mitto vos sicut oves in médio lupórum. Estóte ergo prudéntes sicut serpéntes, et símplices sicut colúmbæ. Cavéte autem ab homínibus. Tradent enim vos in concíliis, et in synagógis suis flagellábunt vos : et ad præsides et ad reges ducémini propter me, in testimónium illis, et géntibus. Cum autem tradent vos, nolíte cogitáre quómodo aut quid loquámini : dábitur enim vobis in illa hora quid loquámini. Non enim vos estis qui loquímini, sed Spíritus Patris vestri qui lóquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, et pater fílium : et insúrgent fílii in paréntes, et morte eos affícient : et éritis ódio ómnibus propter nomen meum : qui autem perseveráverit usque in finem, hic salvus erit. Credo.

*Offertoire.* Constítues eos. 879.

**Secrète.**

MUNERA, Dómine, obláta sanctífica : et, intercedénte beáto Bárnaba Apóstolo tuo, nos per hæc a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per Dóminum.

*Préface des Apôtres,* 12. — *Communion.* Vos qui secúti. 774.

**Postcommunion.**

SUPPLICES te rogámus, omnípotens Deus : ut quos tuis réficis sacraméntis, intercedénte beáto Bárnaba Apóstolo tuo, tibi étiam plácitis móribus dignánter tríbuas deservíre. Per Dñum.

¶ *Au Temps Pascal, on dit la Messe* Protexísti. 603, *avec les Oraisons, Épître et Évangile ci-dessus.*

## 12. S. Jean de S.-Facond Conf. *Double.*

**Messe.** Os justi. 645, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS auctor pacis et amátor caritátis, qui beátum Joánnem Confessórem tuum mirífica dissidéntes componéndi grátia decorásti : ejus méritis et intercessióne concéde ; ut in tua caritáte firmáti, nullis a te tentatiónibus separémur. Per Dñum.

*Mémoire des* **SS. Basilide, Cyrin, Nabor et Nazaire Mart.**

**Collecte.**

SANCTORUM Mártyrum tuórum Basílidis, Cyríni, Náboris atque Nazárii, quæsumus Dómine, natalítia nobis votíva respléndeant : et quod illis cóntulit excelléntia sempitérna, frúctibus nostræ devotiónis accréscat. Per Dóminum.

**Secrète.**

PRO sanctórum tuórum Basílidis, Cyríni, Náboris atque Nazárii sánguine venerándo, hóstias tibi Dómine solémniter immolámus, tua mirabília pertractántes : per quem talis est perfécta victória. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

SEMPER, Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Basílidis, Cyríni, Náboris atque Nazárii solémnia celebrántes : præsta quæsumus ; ut eórum patrocínia júgiter sentiámus. Per Dñum.

## 13. S. Antoine de Padoue Conf. *Double.*

### A LA MESSE

*Introït.* Os justi. *d'un Confesseur non Pontife,* 645.

**Collecte.**

ECCLESIAM tuam, Deus, beáti Antónii Confessóris tui solémnitas votíva lætíficet : ut spirituálibus semper muniátur auxíliis, et gáudiis pérfrui mereátur ætérnis. Per Dóminum.

*Épître.* Spectáculum facti sumus. 649.

*Graduel.* Justus ut palma. 646.

Allelúia, allelúia. ℣. Amávit eum. 636.

*Évangile.* Sint lumbi vestri. 647.

*Offertoire.* Véritas mea. 647.



**Secrète.**

PRÆSENS oblátio fiat, Dómine, pópulo tuo salutáris : pro quo dignátus es Patri tuo te vivéntem hóstiam immoláre : Qui cum eódem Deo Patre et Spíritu Sancto vivis.

*Communion.* Beátus servus. 648.

**Postcommunion.**

DIVINIS, Dómine, munéribus satiáti : quæsumus ; ut beáti Antónii Confessóris tui méritis et intercessióne, salutáris sacrifícii sentiámus efféctum. Per Dóminum.

## 14. S. Basile Évêque, Confesseur et Docteur de l'Église. *Double.* (m. t. v.)

**Aux I. et II. Vêpres,** *A Magnif. Ant.* O Doctor óptime... beáte Basíli. 629.

### A LA MESSE

*Introït.* In médio Ecclésiæ. 637.

*Collecte.* Exáudi. 635. — *Épître.* Testíficor. 638.

*Graduel.* Os justi. 638.

Allelúia, allelúia. ℣. Invéni David. 179.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 14. 1.*

IN illo témpore : Dixit Jesus turbis : Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxórem, et fílios, et fratres, et soróres, adhuc autem et ánimam suam, non potest meus esse discípulus. Et qui non bájulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discípulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificáre, non prius sedens cómputat sumptus qui necessárii sunt, si hábeat ad perficiéndum ; ne, posteáquam posúerit fundaméntum, et non potúerit perfícere, omnes qui vident incípiant illúdere ei, dicéntes : Quia hic homo cœpit ædificáre, et non pótuit consummáre ? Aut quis rex itúrus committere bellum advérsus álium regem, non sedens prius cógitat, si possit cum decem míllibus occúrrere ei, qui cum vigínti míllibus venit ad se ? Alióquin, adhuc illo longe agénte, legatiónem mittens, rogat ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renúntiat ómnibus quæ pósidet, non potest meus esse discípulus. Bonum est sal. Si autem sal evanúerit, in quo condiétur ? Neque in terram, neque in sterquilínium útile est : sed foras mittétur. Qui habet aures audiéndi áudiat. Credo.

*Offertoire.* Véritas mea. 647. — *Secrète.* Sancti Basilíi. 637.

*Communion.* Fidélis servus. 634.

*Postcommunion.* Deus, fidélium. 637.

## 15. SS. Guy, Modeste et Crescence Martyrs.

**Collecte.**

DA Ecclésiæ tuæ, quæsumus Dómine, sanctis Martýribus tuis Vito, Modésto atque Crescéntia intercedéntibus, supérbe non sápere, sed tibi plácita humilitáte proficere ; ut prava despíciens, quæcúmque recta sunt, líbera exérceat caritáte. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

SICUT glóriam divínæ poténtiæ múnera pro sanctis obláta testántur : sic nobis effectum, Dómine, tuæ salvatiónis impéndant. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

REPLETI, Dómine, benedictióne solémni : quæsumus ; ut per intercessiónem sanctórum Mártyrum tuórum Viti, Modésti et Crescéntiæ, medicína sacraménti et corpóribus nostris prosit et méntibus. Per Dóminum nostrum.

## 18. SS. Marc et Marcellien Martyrs.

**Collecte.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut qui sanctórum Mártyrum tuórum Marci et Marcelliáni natalítia cólimus, a cunctis malis imminéntibus eórum intercessiónibus liberémur. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

MUNERA tibi, Dómine, dicáta sanctífica : et, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Marco et Marcelliáno, per éadem nos placátus inténde. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

SALUTARIS tui, Dómine, múnere satiáti, súpplices exorámus : ut cujus lætámur gustu, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Marco et Marcelliáno, renovémur effectu. Per Dóminum.

## 19. S. Julienne de Falconiéri Vierge. *Doub.*

**A Vêpres, Hymne.**

2.



C Æléstis Agni núpti- as O Ju-li- ána dum pe-tis,





Domum pa-térnam dése-ris, Chorúmque ducis vírginum.



2. Sponsúmque suffí-xum cruci Noctes di- ésque dum ge-



mis, Do-ló-ris icta cúspide, Sponsi refers imáginem. 3. Quin



septi- fórmi vúlnere Fles ad genu De- íparæ : Sed crescit



infú-sa fletu, Flammásque tollit cá-ri-tas. 4. Hinc morte



fessam próxima Non usi-tá-to te modo So-lá-tur et nu-



trit De- us, Dapem supérnam pórrigens. 5. Ætérne re-rum



Cóndi-tor, Ætérne Fi-li par Patri, Et par utríque Spí-ri-



tus, So-li ti-bi sit glóri- a. Amen.

**Messe.** Dilexísti. 667, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui beátam Juliánam Vírginem tuam extrémo morbo laborántem pretióso Fílii tui córpore mirabíliter recreáre dignátus es : concéde quæsumus ; ut ejus intercedéntibus méritis, nos quoque eódem in mortis agóne refécti ac roboráti, ad cæléstem pátriam perducámur. Per eúmdem Dóminum.

*Mémoire des* **SS. Gervais et Protais Martyrs.** *Oraisons de la Messe* Salus autem. 621.

## 20. S. Silvère Pape et Martyr.

*Oraisons de la Messe* Státuit. *d'un Martyr Pontife, 587.*

## 21. S. Louis de Gonzague Conf. *Double.*

A LA MESSE




**Collecte.**

CÆLESTIUM donórum distribútor Deus, qui in angélico júvene Aloísio miram vitæ innocéntiam pari cum pæniténtia sociásti : ejus méritis et précibus concéde ; ut innocéntem non secúti, pæniténtem imitémur. Per Dóminum.

**Lectio libri Sapientiæ.** *Eccli. 31. b.*

BEATUS vir, qui invéntus est sine mácula : et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. Quis est hic, et laudábimus eum ? fecit enim mirabília in vita sua. Qui probátus est in illo, et perféctus est, erit illi glória ætérna : qui pótuit tránsgredi, et non est tránsgressus : fácere mala, et non fecit : ídeo stabilíta sunt bona illíus in Dómino.






Allelúia, allelúia. ℣. Beátus quem elegísti. 846.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 22.*

IN illo témpore : Respóndens Jesus ait sadducæis : Errátis, nesciéntes Scriptúras, neque virtútem Dei. In resurrectióne enim neque nubent neque nubéntur : sed erunt sicut Angeli Dei in cælo. De resurrectióne autem mortuórum non legístis quod dictum est a Deo dicénte vobis : Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob ? Non est Deus mortuórum, sed vivéntium. Et audiéntes turbæ, mirabántur in doctrína ejus. Pharisæi autem audiéntes, quod siléntium imposuísset sadducæis, convenérunt in unum : et interrogávit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum : Magíster, quod est mandátum magnum in lege ? Ait illi Jesus : Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota ánima tua, et in tota mente tua. Hoc est máximum et primum mandátum. Secúndum autem símile est huic : Díliges próximum tuum sicut teípsum. In his duóbus mandátis univérsa lex pendet et prophétæ.




**Secrète.**

Cælésti convívio fac nos, Dómine, nuptiáli veste indútos accúmbere : quam beáti Aloísii pia præparátio, et juges lácrimæ inæstimabílibus ornábant margarítis. Per Dñum.




**Postcommunion.**

Angelorum esca nutrítos, angélicis étiam Dómine da móribus vívere : et ejus quem hódie cólimus exémplo, in gratiárum semper actióne manére. Per Dóminum nostrum.

## 22. S. Paulin Évêque et Confesseur.

*Oraisons de la Messe* Státuit. *d'un Confesseur Pontife,* 631.



# 24. NATIVITÉ DE S. JEAN-BAPTISTE

Double de I. Classe avec Octave.

### AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.



5. Ant. 5. a




*Capitule et Hymne des II. Vêpres,* 868.

℣. Fuit homo missus a Deo. ℟. Cui nomen erat Joánnes.

A Magnificat Ant. 8. G




¶ **A Complies,** *l'Hymne sur le ton des Confesseurs. Ce ton sert aussi pour les Hymnes du même mètre, pendant l'Oct. jusqu'à la Fête des SS. Pierre et Paul exclusivement. Mais si la Nativité de S. Jean-Baptiste tombait dans l'Oct. de la Fête-Dieu, on garderait le ton propre à cette Oct. jusqu'à ce qu'elle soit terminée.*

## A LA MESSE

Intr. 1.









**Collecte.**

DEUS, qui præséntem diem honorábilem nobis in beáti Joánnis Natividate fecísti : da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum ; et ómnium fidélium mentes dírige in viam salútis ætérnæ. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Isaiæ Prophetæ.** *Is. 49.*

AUDITE nsulæ, et atténdite pópuli de longe : Dóminus ab útero vocávit me, de ventre matris meæ recordátus est nóminis mei. Et pósuit os meum quasi gládium acútum : in umbra manus suæ protéxit me, et pósuit me sicut sagíttam eléctam : in pháretra sua abscóndit me. Et dixit mihi : Servus meus es tu, Israel, quia in te gloriábor. Et nunc dicit Dóminus, formans me ex útero servum sibi : Ecce dedi te in lucem géntium, ut sis salus mea usque ad extrémum terræ. Reges vidébunt, et consúrgent príncipes, et adorábunt propter Dóminum, et sanctum Israel qui elégit te.

Grad. 5.






℣. **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 1. f.*

ELISABETH implétum est tempus pariéndi, et péperit fílium. Et audiérunt vicíni et cognáti ejus, quia magnificávit Dóminus misericórdiam suam cum illa, et congratulabántur ei. Et factum est in die octávo, venérunt circumcídere púerum, et vocábant eum nómine patris sui Zacharíam. Et respóndens mater ejus, dixit : Nequáquam, sed vocábitur Joánnes. Et dixérunt ad illam : Quia nemo est in cognatióne tua, qui vocétur hoc nómine. Innuébant autem patri ejus, quem vellet vocári eum. Et póstulans pugillárem, scripsit dicens : Joánnes est nomen ejus. Et miráti sunt univérsi. Apértum est autem íllico os ejus, et lingua ejus, et loquebátur benedícens Deum. Et factus est timor super omnes vicínos eórum : et super ómnia montána Judææ divulgabántur ómnia verba hæc : et posuérunt omnes qui audíerant in corde suo, dicéntes : Quis, putas, puer iste erit ? Etenim manus Dómini erat cum illo. Et Zacharías pater ejus replétus est Spíritu Sancto, et prophetávit dicens : Benedíctus Dóminus Deus Israel, quia visitávit et fecit redemptiónem plebis suæ.



*On ne dit pas* Credo. *à moins que la Fête ne soit patronale, ou qu'elle n'arrive dans l'Octave de la Fête-Dieu ou un Dimanche.*

*Offertoire.* Justus ut palma. 640.

**Secrète.**

TUA, Dómine, munéribus altária cumulámus : illíus Nativitátem honóre débito celebrántes, qui Salvatórem mundi et cécinit adfutúrum, et adésse monstrávit, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum.




**Postcommunion.**

SUMAT Ecclésia tua, Deus, beáti Joánnis Baptístæ generatióne lætítiam : per quem suæ regeneratiónis cognóvit auctórem, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum.

## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.





um : et scripsit, dicens : Jo- ánnes est nomen e-jus.




E u o u a e. J O-ánnes vocábi-tur nomen ejus :



et in na-tivi-tá-te e-jus multi gaudébunt. E u o u a e.




I Nter natos mu-lí- erum non surréxit ma-jor Jo- án-




ne Baptísta. E u o u a e. T U pu- er Prophé-ta



Altíssimi vocábe-ris : præ- íbis ante Dóminum pará-re



vi- as e-jus. E u o u a e.

**Capitule.** *Is. 49.*

AUDITE ínsulæ, et atténdite pópuli de longe : Dóminus ab útero vocávit me, de ventre matris meæ recordátus est nóminis mei.




U T que- ant laxis resonáre fibris Mira gestó-rum



fámu-li tu- ó-rum, Solve pollúti lábi- i re- á-tum, Sancte



Jo-ánnes. 2. Núnti- us celso véni- ens Olýmpo, Te patri





magnum fore nasci-tú-rum, Nomen, et vi-tæ sé-ri- em ge-



réndæ Ordine promit. 3. Ille promíssi dúbi- us supérni,



Pérdidit promptæ módulos loqué- læ : Sed re-formásti



géni-tus perémptæ Organa vocis. 4. Ventris obstrúso



récubans cubí-li, Sénse-ras Re-gem thálamo manéntem :



Hinc parens na-ti mé-ri-tis utérque Abdi-ta pandit.



5. Sit de-cus Patri, genitæque Pro-li, Et tibi compar u-



tri- úsque vir-tus, Spí- ri-tus semper, De- us unus, omni



Témporis ævo. A-men.

℣. Iste puer magnus coram Dómino.
℟. Nam et manus ejus cum ipso est.




P U-er qui natus est nobis, plus quam prophé-ta



est : hic est enim de quo Salvátor a- it : Inter natos mu-



lí- erum non surréxit major Jo- ánne Baptísta. E u o u a e.

## 25. S. Guillaume Abbé. *Double.*

**Messe.** Os justi. *du Commun des Abbés,* 651, *excepté :*

**Collecte.**

Deus, qui infirmitáti nostræ ad teréndam salútis viam in sanctis tuis exémplum et præsídium collocásti : da nobis ita beáti Guliélmi Abbátis mérita venerári, ut ejúsdem excipiámus suffrágia, et vestígia prosequámur. Per Dóminum.

## 26. SS. Jean et Paul Martyrs. *Double.*

AUX I. VÊPRES

¶ *Si on doit les dire en entier, Antiennes des II. Vêpres, Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

*Capitule, Hymne et ℣. du Commun,* 610.

A Magnificat Ant. 1. g



A Dsti-té- runt justi ante Dómi-num, et ab



ínvi-cem non sunt sepa-rá-ti : cá- li-cem Dó- mini bi-



bé- runt, et amí-ci De- i appel-lá-ti sunt. E u o u a e.

A LA MESSE

Intr. 2.



M Ultæ tribu-la- ti- ó- nes ju-stó- rum, et de





his ómni-bus libe-rá- vit e- os Dómi- nus : Dóminus cu-



stó- dit ómni- a ossa e- ó- rum : u- num ex his non



conte- ré- tur. *Ps.* Benedí-cam Dóminum in omni tém-



pore : semper laus ejus in o-re me- o. Gló-ri- a Patri.



E u o u a e.

**Collecte.**

Quæsumus, omnípotens Deus : ut nos geminàta lætítia hodiérnæ festivitátis excípiat, quæ de beatórum Joánnis et Pauli glorificatióne procédit ; quos éadem fides et pássio vere fecit esse germános. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire de l'Oct. de S. Jean. Collecte.* Deus qui præséntem. 865.

**Lectio libri Sapientiæ.** *Eccli. 44. b.*

Hi viri misericórdiæ sunt, quorum pietátes non defuérunt : cum sémine eórum pérmanent bona, hæréditas sancta nepótes eórum, et in testaméntis stetit semen eórum : et fílii eórum propter illos usque in ætérnum manent : semen eórum et glória eórum non derelinquétur. Córpora ipsórum in pace sepúlta sunt, et nomen eórum vivit in generatiónem et generatiónem. Sapiéntiam ipsórum narrent pópuli, et laudem eórum núntiet Ecclésia.

*Graduel.* Ecce quam bonum. 568.

8.



A Lle-lú- ia. *ij.* ℣. Hæc est ve-



ra fra-tér-ni-tas, quæ vi- cit mundi crí- mi-




℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 12.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Atténdite a fermento Pharisæórum, quod est hypócrisis. Nihil autem opértum est quod non revelétur : neque abscónditum quod non sciátur. Quóniam quæ in ténebris dixístis, in lúmine dicéntur : et quod in aurem locúti estis in cubículis, prædicábitur in tectis. Dico autem vobis amícis meis : Ne terreámini ab his qui occídunt corpus, et post hæc non habent ámplius quid fáciant. Osténdam autem vobis quem timeátis : timéte eum qui postquam occíderit habet potestátem míttere in gehénnam. Ita dico vobis : hunc timéte. Nonne quinque pásseres véneunt dipóndio, et unus ex illis non est in oblivióne coram Deo? sed et capílli cápitis vestri omnes numeráti sunt. Nolíte ergo timére : multis passéribus pluris estis vos. Dico autem vobis : Omnis quicúmque conféssus fúerit me coram homínibus, et Fílius hóminis confitébitur illum coram Angelis Dei.




**Secrète.**

Hostias tibi, Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Joánnis et Pauli dicátas méritis, benígnus assúme : et ad perpétuum nobis tríbue provenire subsídium. Per Dóminum.

*De l'Octave de S. Jean. Secrète.* Tua Dómine. 867.



*Communion.* Et si coram homínibus. 618.

**Postcommunion.**

Sumpsimus, Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Joánnis et Pauli solémnia celebrántes, sacraménta cæléstia : præsta quæsumus ; ut quod temporáliter gérimus, ætérnis gáudiis consequámur. Per Dóminum nostrum.

*De l'Octave de S. Jean. Postc.* Sumat Ecclésia tua. 867.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Crédidi. 85.






*Capitule et Hymne du Commun,* 610.

℣. Exsultábunt sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.




## 28. S. Léon II. Pape et Conf. *Semid.*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Leónem Pontíficem sanctórum tuórum méritis coæquásti : concéde propítius ; ut qui commemoratiónis ejus festa percólimus, vitæ quoque imitémur exémpla. Per Dóminum nostrum.



**Secrète.**

ANNUE nobis, quæsumus Dómine, ut intercessióne beáti Leónis hæc nobis prosit oblátio : quam immolándo, totíus mundi tribuísti relaxári delícta. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

DEUS, qui ánimæ fámuli tui Leónis ætérnæ beatitúdinis prǽmia contulísti : concéde propítius ; ut qui peccatórum nostrórum póndere prémimur, ejus apud te précibus sublevémur. Per Dóminum nostrum.

LE 29. JUIN

# LES SS. APOTRES PIERRE ET PAUL

**Double de I. Classe avec Octave.**

### AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.






M I-sit Dóminus Ange-lum su-um, et liberávit me



de manu He-ródis, alle- lú-ia. E u o u a e.




T U es Petrus, et super hanc petram ædi- fi-cábo



Ecclé-si- am me- am. E u o u a e.

*Capitule et Hymne des II. Vêpres,* 88o.

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.




T U es pastor óvi- um, prin- ceps Aposto- lórum:



ti-bi trádi-tæ sunt cla- ves regni cæ-lórum. E u o u a e.

*On ne fait mémoire ni de S. Paul, ni de l'Octave de S. Jean.*

¶ **A Complies,** *Ton de l'Hymne,* 58o.

## A LA MESSE




N Unc sci- o ve- re, qui- a mi- sit Dó-mi-



nus Ange- lum su- um : et e-rí-pu- it me de ma-



nu He- ró- dis, et de omni exspecta-ti- ó- ne





ple- bis Ju- dæ- ó- rum. *Ps.* Dómine probásti me, et



cognovísti me : tu cognovísti sessi- ónem me- am, et



resurrecti- ónem me- am. Gló-ri- a Patri. E u o u a e.

**Collecte.**

DEUS, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri et Pauli martýrio consecrásti : da Ecclésiæ tuæ, eórum in ómnibus sequi præcéptum, per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Actuum Apostolorum.** *Act. 12.*

IN diébus illis : Misit Heródes rex manus, ut afflígeret quosdam de Ecclésia. Occídit autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. Videns autem quia placéret Judæis, appósuit ut apprehénderet et Petrum. Erant autem dies Azymórum. Quem cum apprehendísset, misit in cárcerem, tradens quátuor quaternionibus militum custodiéndum, volens post Pascha prodúcere eum pópulo. Et Petrus quidem servabátur in cárcere. Orátio autem fiébat sine intermissióne ab Ecclésia ad Deum pro eo. Cum autem productúrus eum esset Heródes, in ipsa nocte erat Petrus dórmiens inter duos mílites, vinctus caténis duábus : et custódes ante óstium custodiébant cárcerem. Et ecce Angelus Dómini ástitit : et lumen refúlsit in habitáculo : percussóque látere Petri, excitávit eum dicens : Surge velóciter. Et cecidérunt caténæ de mánibus ejus. Dixit autem Angelus ad eum : Præcíngere, et cálcea te cáligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi : Circúmda tibi vestiméntum tuum, et séquere me. Et éxiens sequebátur eum, et nesciébat quia verum est quod fiébat per Angelum : existimábat autem se visum vidére. Transeúntes autem primam et secúndam custódiam, venérunt ad portam férream quæ ducit ad civitátem : quæ ultro apérta est eis. Et excúntes processérunt vicum unum : et contínuo discéssit Angelus ab eo. Et Petrus ad se revérsus, dixit : Nunc scio vere, quia misit Dóminus Angelum suum, et erípuit me de manu Heródis, et de omni exspectatióne plebis Judæórum.




C Onstí- tu- es e- os prínci-pes




℣. **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 16.*

In illo témpore : Venit Jesus in partes Cæsaréæ Philíppi, et interrogábat discípulos suos, dicens : Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis? At illi dixérunt : Alii Joánnem Baptístam, álii autem Elíam, álii vero Jeremíam, aut unum ex prophétis. Dicit illis Jesus : Vos autem quem me esse dícitis? Respóndens Simon Petrus, dixit : Tu es Christus Fílius Dei vivi. Respóndens autem Jesus, dixit ei : Beátus es, Simon Barjona : quia caro et sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam, et portæ ínferi non prævalébunt advérsus eam. Et tibi dabo claves regni cælórum. Et quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in cælis : et quodcúmque sóiveris super terram, erit solútum et in cælis.

Credo.






**Secrète.**

Hostias, Dómine, quas nómini tuo sacrándas offérimus, apostólica prosequátur orátio : per quam nos expiári tríbuas, et deféndi. Per Dóminum nostrum.

*Préface des Apôtres*, 12.




**Postcommunion.**

Quos cælésti, Dómine, aliménto satiásti : apostólicis intercessiónibus ab omni adversitáte custódi. Per Dóminum.

## AUX II. VÊPRES

### Quand S. Paul n'est pas le Titulaire de l'église.

*Antiennes et Ps. des II. Vêpres du Commun des Apôtres*, 580.

**Capitule.** *Act. 12.*

MISIT Heródes rex manus, ut afflígeret quosdam de Ecclésia. Occídit autem Jacóbum fratrem Joannis gládio. Videns autem quia placéret Judæis, appósuit ut apprehénderet et Petrum.

Hymn. 4.









℣. Annuntiavérunt ópera Dei. ℟. Et facta ejus intellexérunt.

A Magnificat Ant. 1. J




*On ne fait mémoire ni de S. Paul, ni de l'Octave de S. Jean.*

## Dans les Églises dont Saint Paul est le Titulaire ou quand la Commémoration de S. Paul est renvoyée.

### AUX I. VÊPRES

*Comme à la Fête de la Conversion de S. Paul, 737, excepté :*

**Capitule.** *2. Tim. 4. b.*

BONUM certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. In réliquo repósita est mihi coróna justítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die justus judex.

A Magnificat Ant. 8. G





tá-tis et Doctor génti- um, intercéde pro nobis ad De- um,



qui te e-légit. E u o u a e.

*Mémoire de S. Pierre. Ant.* Tu es pastor. 724. ℣. Tu es Petrus. *Oraison.* Deus qui beáto Petro. 725.

*On ne fait pas mémoire de l'Octave de S. Jean.*

---

## 30. La Commémoration de S. Paul Apôtre.

**Double majeur.**

### A LA MESSE

*Introït.* Scio cui crédidi. 737.

**Collecte.**

DEUS, qui multitúdinem géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti : da nobis, quæsumus ; ut cujus natalítia cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

*Mémoire de S. Pierre. Collecte.* Deus qui beáto Petro. 725.

*Puis de l'Oct. de S. Jean. Collecte.* Deus qui præséntem. 865.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas.** *Gal. 1. b.*

FRATRES : Notum vobis fácio Evangélium, quod evangelizátum est a me, quia non est secúndum hóminem : neque enim ego ab hómine accépi illud neque dídici, sed per revelatiónem Jesu Christi. Audístis enim conversatiónem meam aliquándo in judaísmo : quóniam supra modum persequébar Ecclésiam Dei, et expugnábam illam, et proficiébam in judaísmo supra multos coætáneos meos in génere meo, abundántius æmulátor exsístens paternárum meárum traditiónum. Cum autem plácuit ei qui me segregávit ex útero matris meæ, et vocávit per grátiam suam, ut reveláret Fílium suum in me, ut evangelizárem illum in géntibus : contínuo non acquiévi carni et sánguini : neque veni Jerosólymam ad antecessóres meos Apóstolos : sed ábii in Arábiam ; et íterum revérsus sum Damáscum : deínde post annos tres, veni Jerosólymam vidére Petrum, et mansi apud eum diébus quíndecim : álium autem Apostolórum vidi néminem, nisi Jacóbum fratrem Dómini. Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non méntior.

*Graduel.* Qui operátus est. 739.



8.



A Lle- lú-ia. *ij.*

℣. Sancte Pau- le Apósto- le, prædicá-tor ve-ri- tá- tis, et doctor génti- um, intercé-de pro no-bis.

*Évangile.* Ecce ego mitto vos. 855.

*Offertoire.* Mihi autem. 703.

**Secrète.**

APOSTOLI tui Pauli précibus, Dómine, plebis tuæ dona sanctífica : ut quæ tibi tuo grata sunt institúto, gratióra fiant patrocínio supplicántis. Per Dóminum nostrum.

*De S. Pierre. Secrète.* Ecclésiæ tuæ. 728.

*De S. Jean. Secrète.* Tua Dómine. 867.

*Communion.* Amen dico vobis. 651.

**Postcommunion.**

PERCEPTIS Dómine sacraméntis, beáto Paulo Apóstolo tuo interveniénte, deprecámur : ut quæ pro illíus celebráta sunt glória, nobis proficiant ad medélam. Per Dóminum nostrum.

*De S. Pierre. Postcommunion.* Lætificet nos. 728.

*De S. Jean. Postcommunion.* Sumat Ecclésia. 867.

### AUX II. VÊPRES

*Antiennes et Ps. des II. Vêpres du Commun des Apôtres,* 580.

*Capitule.* Bonum certámen. *des I. Vêpres,* 881.

*Hymne.* Egrégie Doctor. 742. ℣. Tu es vas electiónis. 743.

*A Magnificat, Ant.* Sancte Paule. *comme aux I. Vêpres,* 881.

*Mémoire de S. Pierre. Ant.* Tu es pastor. 724. ℣. Tu es Petrus. *Oraison.* Deus, qui beáto Petro. 725. — *Puis de l'Octave de S. Jean. Ant.* Ingrésso Zacharía. 864. ℣. Fuit.

# FÊTES DE JUILLET

LE I. DIMANCHE DE JUILLET

## LE PRÉCIEUX SANG DE N.-S. JÉSUS-CHRIST

Double de II. Classe.

### AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.
*Le reste aux II. Vêpres,* 888, *excepté :*

℣. Redemísti nos Dómine in sánguine tuo.
℟. Et fecísti nos Deo nostro regnum.

A Magnificat Ant. 3. à




*Mémoire du Dimanche.*

¶ A Complies, *l'Hymne sur le ton de l'Ascension,* 450.

### A LA MESSE

Intr. 8.









**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui unigénitum Fílium tuum mundi Redemptórem constituísti, ac ejus Sánguine placári voluísti : concéde quæsumus, salútis nostræ prétium solémni cultu ita venerári, atque a præséntis vitæ malis, ejus virtúte, defendi in terris ; ut fructu perpétuo lætémur in cælis. Per eúmdem Dóminum.

*Mémoire du Dimanche.*

*Épître.* Christus assístens. 263.

Grad. 3.






✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 19. f.*

In illo témpore : Cum accepísset Jesus acétum, dixit : Consummátum est. Et inclináto cápite trádidit spíritum. Judæi ergo (quóniam Parascéve erat), ut non remanérent in cruce



córpora sábbato (erat enim magnus dies ille sábbati), rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura, et tolleréntur. Venérunt ergo mílites, et primi quidem fregérunt crura, et altérius qui crucifíxus est cum eo. Ad Jesum autem cum venísset, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura; sed unus mílitum láncea latus ejus apéruit, et contínuo exívit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimónium perhíbuit : et verum est testimónium ejus. Credo.




**Secrète.**

Per hæc divína mystéria, ad novi, quæsumus, testaménti mediatórem Jesum accedámus : et super altária tua, Dómine virtútum, aspersiónem sánguinis mélius loquéntem, quam Abel, innovémus. Per eúmdem Dóminum.

*Préface de la Croix,* 11.




**Postcommunion.**

Ad sacram Dómine mensam admíssi, háusimus aquas in gáudio de fóntibus Salvatóris : Sanguis ejus fiat nobis, quæsumus, fons aquæ in vitam ætérnam saliéntis : Qui tecum

*A la fin de la Messe, on dit l'Évangile du Dimanche.*

## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Lauda Jerúsalem. 90.

1. Ant. 7. a



Q Uis est iste qui venit de Edom, tinctis vésti-



bus de Bosra? Iste formósus in stola su-a. E u o u a e.

2. Ant. 3. c



E -go qui loquor justí-ti- am, et propugná-tor sum



8. Ant. 4. A



ad sal-vándum. E u o u a e. V Estítus erat ve-



ste aspérsa sánguine, et vocá-tur nomen e-jus Verbum



4. Ant. 8. c



De- i. E u o u a e. Q Uare ergo rubrum est in-



duméntum tu-um, et vestiménta tu-a sicut calcánti- um



5. Ant. 2. D



in torculá-ri? E u o u a e. T Orcular calcávi



solus, et de géntibus non est vir mecum. E u o u a e.

**Capitule.** *Hebr. 9. c.*

**Fratres : Christus assístens póntifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manufáctum, id est, non hujus creatiónis : neque per sánguinem hircórum aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in sancta, ætérna redemptióne invénta.**



Hymn. 3.



F Estívis résonent cómpi-ta vócibus, Cives læ-tí-ti-



am fróntibus éxpli-cent : Tædis flammí-fe-ris órdine pród-



e- ant Instrúcti pú- eri et senes. 2. Quem dura móri- ens



Christus in árbore Fudit multípli-ci vúlnere sánguinem,



Nos facti mémores dum có-limus, decet Saltem fúnde-re



lácrimas. 3. Humáno géne-ri perní-ci- es gravis Adámi



vé-te-ris crímine cóntigit : Adámi intégri-tas et pí- e-tas



novi Vi-tam réddi-dit ómnibus. 4. Clamórem vá-lidum



summus ab æthere Languéntis Géni-ti si Pater áudi- it,



Pla-cá-ri pó-ti- us sánguine dé-bu- it, Et nobis véni- am da-



re. 5. Hoc quicúmque stolam sánguine prólu- it, Abstérgit




℣. Te ergo quæsumus, tuis fámulis súbveni.
℟. Quos pretióso sánguine redemísti.




*Mémoire du Dimanche.*



LE I. JUILLET

## Octave de S. Jean-Baptiste. *Double.*

*Tout au jour de la Fête,* 863, *avec mémoire de l'Octave des SS. Pierre et Paul. On dit le* Credo *et la Préface des Apôtres,* 12.

## 2. LA VISITATION DE LA B. VIERGE MARIE

Double de II. Classe.

### AUX I. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres,* 893, *excepté :*




*Mémoire de l'Oct. de S. Jean seulement. Ant.* Puer. 869. ℣. Iste.

### A LA MESSE

*Introït.* Salve sancta parens. 698.

**Collecte.**

FAMULIS tuis, quæsumus Dómine, cæléstis grátiæ munus impertíre : ut quibus beátæ Vírginis partus éxstitit salútis exórdium, Visitatiónis ejus votíva solémnitas, pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire de l'Octave des SS. Apôtres.* Deus qui hodiérnam. 877.

**Lectio libri Sapientiæ.** *Cant. 2. b.*

ECCE iste venit sáliens in móntibus, transíliens colles : símilis est diléctus meus cápreæ, binnulóque cervórum. En ipse stat post paríetem nostrum, respíciens per fenéstras, prospí-

ciens per cancéllos. En diléctus meus lóquitur mihi : Surge, própera, amíca mea, colúmba mea, formósa mea, et veni. Jam enim hiems tránsiit, imber ábiit et recéssit. Flores apparuérunt in terra nostra : tempus putatiónis advénit : vox túrturis audíta est in terra nostra : ficus prótulit grossos suos : víneæ floréntes dedérunt odórem suum. Surge, amíca mea; speciósa mea, et veni : colúmba mea in foramínibus petræ, in cavérna macériæ, osténde mihi fáciem tuam, sonet vox tua in áuribus meis : vox enim tua dulcis, et fácies tua decóra.

*Graduel.* Benedícta. 698.




℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 1. d.*

In illo témpore : Exsúrgens María ábiit in montána cum festinatióne in civitátem Juda : et intrávit in domum Zacharíæ, et salutávit Elísabeth. Et factum est, ut audívit salutatiónem Maríæ Elísabeth, exsultávit infans in útero ejus : et repléta est Spíritu Sancto Elísabeth : et exclamávit voce magna, et dixit : Benedícta tu inter mulíeres, et benedíctus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut véniat mater Dómini mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutatiónis tuæ in áuribus meis, exsultávit in gáudio infans in útero meo. Et beáta quæ credidísti, quóniam perficiéntur ea quæ dicta sunt tibi a Dómino. Et ait María : Magníficat ánima mea Dóminum : et exsultávit spíritus meus in Deo salutári meo. Credo.

*Offertoire.* Beáta es. *sans* Allelúia, 697.



**Secrète.**

Unigeniti tui Dómine nobis succúrrat humánitas : ut qui natus de Vírgine matris integritátem non mínuit, sed sacrávit, in Visitatiónis ejus solémniis, nostris nos piáculis éxuens, oblatiónem nostram tibi fáciat accéptam Jesus Christus Dóminus noster : Qui tecum vivit.

*De l'Octave. Secrète.* Hóstias. 879.

*Préface de la B. V. M.* Et te in Visitatióne. 12.

*Communion.* Beáta víscera. 700.

**Postcommunion.**

Sumpsimus Dómine celebritátis ánnuæ votíva sacraménta : præsta quæsumus ; ut et temporális vitæ nobis remédia præbeant, et ætérnæ. Per Dóminum.

*De l'Octave. Postcommunion.* Quos cælésti. 879.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Dixit Dñus. 63. — **2.** Laudáte púeri. 64. — **3.** Lætátus sum. 86. — **4.** Nisi Dóminus. 86. — **5.** Lauda Jerúsalem. 90.









**Capitule.** *Eccli. 24. b.*

Ab inítio et ante sæcula creáta sum, et usque ad futúrum sæculum non désinam, et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

*Hymne.* Ave maris stella. 690.

℣. Benedícta tu in muliéribus.
℟. Et benedíctus fructus ventris tui.




*Mémoire de l'Octave, si on en fait l'Office le lendemain. Ant.* Petrus Apóstolus. 70. ℣. Constítues eos. *Oraison.* Deus qui hodiérnam. 877.



# 5. SS. Cyrille et Méthode Évêques et Conf.

**Double.**

## AUX I. VÊPRES

*Au Commun d'un Confesseur Pontife,* 624, *en gardant le singulier, excepté :*






℣. Sacerdótes tui induántur justítiam.
℟. Et sancti tui exsúltent.




## A LA MESSE

*Introït.* Sacerdótes tui. 634.

**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui Slavóniæ gentes per beátos Confessóres tuos atque Pontífices Cyrillum et Methódium ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuísti : præsta ; ut quorum festivitáte gloriámur, eórum consórtio copulémur. Per Dóminum nostrum.



*Mémoire de l'Octave des Apôtres. Collecte.* Deus qui. 877.
*Épître, Graduel et* Allelúia *de la Messe* Sacerdótes tui. 635.
*Évangile.* Designávit Dóminus. 764.
Credo. *à cause de l'Octave des Apôtres.*
*Offertoire.* Mirábilis Deus. *sans* Allelúia, 617.

**Secrète.**

PRECES nostras, quæsumus Dómine, et tuórum réspice oblatiónes fidélium : ut tibi gratæ sint in tuórum festivitáte sanctórum, et nobis cónferant tuæ propitiatiónis auxílium. Per Dóminum nostrum.

*De l'Octave. Secrète.* Hóstias. 879.
*Communion.* Quod dico vobis. 624.

**Postcommunion.**

QUÆSUMUS, omnípotens Deus : ut, qui nobis múnera dignáris præbére cæléstia, intercedéntibus sanctis tuis Cyrillo et Methódio, despícere terréna concédas. Per Dóminum.

*De l'Octave. Postcommunion.* Quos cælésti. 879.

---

# 6. Oct. des SS. Pierre et Paul Apôtr. - *Double.*

## AUX I. VÊPRES

*Comme au Commun des Apôtres*, 577, *excepté :*

℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.
℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

*A Magnificat, Ant.* Petrus Apóstolus. 8. G. 70.

*Mémoire des SS. Cyrille et Méthode.*




℣. Sacerdótes tui induántur justítiam.
℟. Et sancti tui exsúltent. *Oraison,* 896.

## A LA MESSE

*Introït.* Sapiéntiam. 618.

**Collecte.**

Deus, cujus déxtera beátum Petrum ambulántem in flúctibus, ne mergerétur eréxit, et coapóstolum ejus Paulum tértio naufragántem de profúndo pélagi liberávit : exáudi nos propítius, et concéde ; ut ambórum méritis æternitátis glóriam consequámur : Qui vivis et regnas.

*Épître.* Hi viri misericórdiæ sunt. 871.









℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 14.*

In illo témpore : Cómpulit Jesus discípulos ascéndere in navículam, et præcéderc eum trans fretum, donec dimítteret turbas. Et dimíssa turba, ascéndit in montem solus oráre. Véspere autem facto, solus erat ibi. Navícula autem in médio mari jactabátur flúctibus : erat enim contrárius ventus. Quarta autem vigília noctis venit ad cos ámbulans super mare. Et vidéntes cum super mare ambulántem, turbáti sunt, dicéntes : Quia phantásma est. Et præ timóre clamavérunt. Statímque Jesus locútus est eis, dicens : Habéte fidúciam : ego sum, nolíte timére. Respóndens autem Petrus, dixit : Dómine, si tu es, jube me ad te veníre super aquas. At ipse ait : Veni. Et descéndens Petrus de navícula, ambulábat super aquam ut veníret ad Jesum. Videns vero ventum válidum, tímuit : et cum cœpísset mergi, clamávit, dicens : Dómine, salvum me fac. Et contínuo Jesus exténdens manum, apprehéndit eum et ait illi : Módicæ fídei, quare dubitásti? Et cum ascendísset in navícula, cessávit ventus. Qui autem in navícula erant, venérunt et adoravérunt cum, dicéntes : Vere Fílius Dei es.

Credo.

*Offertoire.* Exsultábunt. 620, *sans* Allelúia.

**Secrète.**

Offerimus tibi Dómine preces et múnera : quæ, ut tuo sint digna conspéctu, Apostolórum tuórum Petri et Pauli précibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum.

*Préface des Apôtres,* 12.






**Postcommunion.**

PROTEGE Dómine pópulum tuum : et Apostolórum tuórum Petri et Pauli patrocínio confidéntem, perpétua defensióne consérva. Per Dóminum nostrum.

AUX II. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres du Commun des Apôtres*, 580, *excepté :*

℣. Constítues. *A Magnif., Ant.* Petrus Apóstolus. 8. G. 70.

## 8. S. Élisabeth Reine de Portugal, Veuve.

**Semidouble.**

**Aux I. Vêpres, pour la mémoire.**




℣. Ora pro nobis beáta Elísabeth.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

A LA MESSE

**Collecte.**

CLEMENTISSIME Deus, qui beátam Elísabeth regínam, inter céteras égrégias dotes, béllici furóris sedándi prærogatíva decorásti : da nobis ejus intercessióne, post mortális vitæ, quam supplíciter pétimus pacem, ad ætérna gáudia pervenire. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Cognóvi. 678.

**Aux II. Vêpres, pour la mémoire.**









## 10. Les Sept Frères Martyrs, et les SS. Rufine et Seconde Vierges et Martyres.

**Semidouble.**

**Collecte.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

*Secrète.* Sacrifíciis præséntibus. 776. — *Postc.* Quæsumus. 776.

## 11. S. Pie I. Pape et Martyr.

*Oraisons de la Messe* Státuit. *d'un Martyr Pontife*, 587.

## 12. S. Jean Gualbert Abbé. *Double.*

**Messe.** Os justi. 651, *excepté l'Évangile.*

*Mémoire des* **Saints Nabor et Félix Martyrs.**

**Collecte.**

PRÆSTA, quæsumus Dómine : ut sicut nos sanctórum Mártyrum tuórum Náboris et Felícis natalítia celebránda non déserunt ; ita júgiter suffrágiis comiténtur. Per Dóminum.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 5.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Audístis quia dictum est : Díliges próximum tuum, et ódio habébis inimícum tuum. Ego autem dico vobis : Dilígite inimícos vestros, benefácite his qui odérunt vos, et oráte pro persequéntibus et calumniántibus vos ; ut sitis fílii Patris vestri qui in cælis est : qui solem suum oríri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injústos. Si enim dilígitis eos qui vos díligunt, quam mercédem habébitis ? Nonne et publicáni hoc fáciunt ? Et si salutavéritis fratres vestros tantum, quid ámplius fácitis ? Nonne et éthnici hoc fáciunt ? Estóte ergo vos perfécti, sicut et Pater vester cæléstis perféctus est.

Des SS. Martyrs. Secrète.

MUNERA plebis tuæ, quæsumus Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Náboris et Felícis fiant grata suffrágiis : et quorum triúmphis tuo nómini offerúntur, ipsórum digna perficiántur et méritis. Per Dóminum nostrum.

Des SS. Martyrs. Postcommunion.

NATALITIIS sanctórum tuórum, quæsumus Dómine : ut sacraménti múnere vegetáti, bonis quibus per tuam grátiam nunc fovémur, perfruámur ætérnis. Per Dóminum.

## 13. S. Anaclet Pape et Mart. *Semid.*

*Oraisons de la Messe* Sacerdótes Dei. *d'un Martyr Pont.*, 591.

## 14. S. Bonaventure Évêque, Confesseur et Docteur de l'Église. *Double.*

**Aux I. et II. Vêpres**, *A Magníficat, Ant.* O Doctor... beáte Bonaventúra. 629.

**Messe.** In médio. 637, *excepté :*

Allelúia, allelúia. ℣. Jurávit Dóminus. 636.

*Offertoire.* Véritas mea. 647.

*Secrète.* Sancti Bonaventúræ. — *Postc.* Deus, fidélium. 637.

## 15. S. Henri Empereur, Conf. *Semid.*

**Collecte.**

DEUS, qui hodiérna die beátum Henrícum Confessórem tuum e terréni cúlmine impérii ad regnum ætérnum transtulísti : te súpplices exorámus ; ut sicut illum, grátiæ tuæ ubertáte prævéntum, illécebras sæculi superáre fecísti, ita nos fácias ejus imitatióne mundi hujus blandiménta vitáre, et ad te puris méntibus pervenire. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Os justi. 645.

## 16. Notre-Dame du Mont-Carmel.

Double majeur.

AUX I. VÊPRES

*Comme aux Fêtes de la sainte Vierge*, 689.

*A Magníficat, Ant.* Sancta María. 691, *que l'on termine ainsi :* quicúmque célebrant tuam solémnem Commemoratiónem.



A LA MESSE

Intr. 1.




**Collecte.**

DEUS, qui beatíssimæ semper Vírginis et Genitrícis tuæ Maríæ singulári título Carméli Ordinem decorásti : concéde propítius ; ut cujus hódie Commemoratiónem solémni celebrámus offício, ejus muníti præsídiis, ad gáudia sempitérna pervenire mereámur : Qui vivis et regnas.

**Lectio libri Sapientiæ.** *Eccli. 24. c.*

EGO quasi vitis fructificávi suavitátem odóris : et flores mei, fructus honóris et honestátis. Ego mater pulchræ dilectiónis, et timóris, et agnitiónis, et sanctæ spei. In me grátia omnis viæ et veritátis : in me omnis spes vitæ et virtútis. Transíte ad me omnes qui concupíscitis me, et a generatiónibus meis implémini. Spíritus enim meus super mel dulcis, et hæréditas mea super mel et favum. Memória mea in generatiónes sæculórum. Qui edunt me, adhuc esúrient : et qui bibunt me, adhuc sítient. Qui audit me, non confundétur : et qui operántur in me, non peccábunt. Qui elúcidant me, vitam ætérnam habébunt.

*Graduel.* Benedícta. 698.

1.




*Évangile.* Loquénte Jesu. 700. Credo.

Offert. 1.




**Secrète.**

SANCTIFICA, Dómine quæsumus, obláta libámina : et beátæ Dei Genitrícis Maríæ salubérrima intercessióne, nobis salutária fore concéde. Per eúmdem Dóminum.

*Préface de la B. V. M.* Et te in Commemoratióne. 12.



Comm. 1.




**Postcommunion.**

ADJUVET nos, quæsumus Dómine, gloriósæ tuæ Genitrícis sempérque Vírginis Maríæ intercéssio veneránda : ut quos perpétuis cumulávit benefíciis, a cunctis perículis absolútos sua fáciat pietáte concórdes : Qui vivis.

AUX II. VÊPRES

*Comme aux Fêtes de la sainte Vierge,* 692, *excepté :*

A Magnificat Ant. 1. a




## 17. S. Alexis Confesseur. *Semid.*

*Oraisons de la Messe* Os justi. *d'un Confesseur non Pont.,* 645.

## 18. S. Camille de Lellis Confesseur.

*Double.* (m. t. v.)

**A LA MESSE**

Intr. 5.






**Collecte.**

DEUS, qui sanctum Camíllum, ad animárum in extrémo agóne luctántium subsídium, singulári caritátis prærogatíva decorásti : ejus, quæsumus, méritis spíritum nobis tuæ dilectiónis infúnde ; ut in hora éxitus nostri hostem víncere, et ad cæléstem mereámur corónam pervenire. Per Dóminum.

*Mémoire de* **S. Symphorose et de ses sept Fils Martyrs.**

**Collecte.**

DEUS, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum Symphorósæ et filiórum ejus natalítia cólere : da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

*Épître.* Nolíte mirári. 495.

*Graduel.* Os justi. 638.

Allelúia, allelúia. ℣. Beátus vir qui timet. 649.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 15. b.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Hoc est præcéptum meum, ut diligátis ínvicem, sicut diléxi vos. Majórem hac dilectiónem nemo habet, ut ánimam suam ponat quis pro amícis suis. Vos amíci mei estis, si fecéritis quæ ego præcípio vobis. Jam non dicam vos servos, quia servus nescit quid fáciat dóminus ejus. Vos autem dixi amícos : quia ómnia quæcúmque audívi a Patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegístis : sed ego elégi vos, et pósui vos, ut eátis et fructum afferátis : et fructus vester máneat : ut quodcúmque petiéritis Patrem in nómine meo, det vobis.

*Offertoire.* In virtúte tua. 650.



**Secrète.**

HOSTIA immaculáta, qua illud Dómini nostri Jesu Christi imménsæ caritátis opus renovámus, sancto Camíllo intercedénte, sit contra omnes córporis et ánimæ infirmitátes salutáre remédium, et in extrémo agóne solátium et tutéla. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Des SS. Martyrs. Secrète.

MUNERA tibi Dómine nostræ devotiónis offérimus : quæ et pro tuórum tibi grata sint honóre justórum, et nobis salutária, te miseránte, reddántur. Per Dóminum.




**Postcommunion.**

PER hæc cæléstia aliménta, quæ sancti Camílli Confessóris tui solémnia celebrántes, pia devotióne suscépimus : da, quæsumus Dómine ; ut in hora mortis nostræ sacraméntis refécti, et culpis ómnibus expiáti, in sinum misericórdiæ tuæ læti súscipi mereámur : Qui vivis.

Des SS. Martyrs. Postcommunion.

PRÆSTA nobis, quæsumus Dómine, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Symphorósa et fíliis ejus : ut quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum.

---

## 19. S. Vincent de Paul Confesseur.

*Double.* (m. t. v.)

**Messe.** Justus ut palma. *d'un Conf. non Pont.*, 648, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui ad evangelizándum paupéribus, et ecclesiástici órdinis decórem promovéndum, beátum Vincéntium apostólica virtúte roborásti : præsta quæsumus ; ut cujus pia mérita venerámur, virtútum quoque instruámur exémplis. Per Dñum.

*Évangile.* Designávit Dóminus. 764.

# 20. S. Jérôme Émilien Confesseur.

*Double.* (m. t. v.)

### A LA MESSE

Intr. 1.




**Collecte.**

DEUS misericordiárum pater, per mérita et intercessiónem beáti Hierónymi, quem órphanis adjutórem et patrem esse voluísti : concéde ; ut spíritum adoptiónis, quo fílii tui nominámur et sumus, fidéliter custodiámus. Per Dóminum.

*Mémoire de* **S. Marguerite Vierge et Martyre.** *Oraisons de la Messe* Me exspectavérunt. 663.

**Lectio Isaiæ Prophetæ.** *Is. 58. b.*

FRANGE esuriénti panem tuum, et egénos vagósque induc in domum tuam : cum víderis nudum, óperi eum, et carnem tuam ne despéxeris. Tunc erúmpet quasi mane lumen tuum, et sánitas tua cítius oriétur, et anteíbit fáciem tuam justítia tua, et glória Dómini cólliget te. Tunc invocábis, et Dóminus exáudiet : clamábis, et dicet : Ecce adsum ; si abstúleris de médio tui caténam, et desíeris exténdere dígitum, et loqui quod non prodest. Cum effúderis esuriénti ánimam tuam, et ánimam afflíctam repléveris, oriétur in ténebris lux tua, et



ténebræ tuæ erunt sicut merídies. Et réquiem tibi dabit Dóminus semper, et implébit splendóribus ánimam tuam, et ossa tua liberábit, et eris quasi hortus irríguus, et sicut fons aquárum cujus non defícient aquæ.

Grad. 2.




Allelúia, allelúia. ℣. Dispérsit, dedit paupéribus. 847.

**Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 19.*

IN illo témpore : Obláti sunt Jesu párvuli, ut manus eis impóneret et oráret. Discípuli autem increpábant eos. Jesus vero ait eis : Sínite párvulos, et nolíte eos prohibére ad me veníre : tálium est enim regnum cælórum. Et cum imposuísset eis manus, ábiit inde. Et ecce unus accédens, ait illi : Magíster bone, quid boni fáciam, ut hábeam vitam ætérnam ? Qui dixit ei : Quid me intérrogas de bono ? Unus est bonus, Deus. Si autem vis ad vitam íngredi, serva mandáta. Dicit illi : Quæ ? Jesus autem dixit : Non homicídium fácies : Non adulterábis : Non fácies furtum : Non falsum testimónium dices : Honóra

patrem tuum et matrem tuam, et díliges próximum tuum sicut te ipsum. Dicit illi adoléscens : Omnia hæc custodívi a juventúte mea : quid adhuc mihi deest ? Ait illi Jesus : Si vis perféctus esse, vade, vende quæ habes, et da paupéribus, et habébis thesáurum in cælo : et veni, séquere me.

Offert. 2.




**Secrète.**

Clementíssime Deus, qui véteri hómine consúmpto, novum secúndum te in beáto Hierónymo creáre dignátus es : da per mérita ipsíus ; ut nos páriter renováti, hanc placatiónis hóstiam in odórem tibi suavíssimum offerámus. Per Dóminum.

Comm. 8.









**Postcommunion.**

Angelórum pane refécti te, Dómine, supplíciter deprecámur : ut qui ánnuam beáti Hierónymi Confessóris tui memóriam celebráre gaudémus ; ejúsdem étiam et exémplum imitémur, et amplíssimum in regno tuo prǽmium obtinére valeámus. Per Dóminum nostrum.

## 21. S. Praxède Vierge.

*Oraisons de la Messe* Vultum tuum. 671.

## 22. S. Marie-Madeleine Pénitente. *Double.*

*En France, Double majeur.*

AUX I. VÊPRES

*Comme au Commun des saintes Femmes, 673, excepté :*

Hymn. 8.





cruci : Sepúlcro inhæret ánxi- a, Truces nec horret mí-li-tes :



Pellit timó-rem cá-ri-tas. 4. O vera, Christe, cári-tas, Tu no-



stra purga crímina, Tu corda reple grá-ti- a, Tu redde cæ-



li prǽmi- a. 5. Patri, simúlque Fí- li- o, Tibíque Sancte



Spí-ri-tus, Sicut fu- it, sit jú-gi-ter Sæclum per omne gló-



ri- a. A-men.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

A Magnificat Ant. 7. a



M Ú- li- er, quæ erat in civi-táte peccátrix, ut



cognó-vit quod Jesus accúbu-it in domo Simónis leprósi,



áttu- lit a-labá-strum unguénti, et stans retro se-



cus pedes Je-su, lá- cri-mis cœpit ri-gá-re pedes e- jus,





et ca-píl- lis cápi-tis su- i tergébat, et oscula-bá- tur



pedes e- jus, et unguén- to ungébat. E u o u a e.

## A LA MESSE

*Introït.* Me exspectavérunt. 663.

**Collecte.**

Beatæ Maríæ Magdalénæ, quæsumus Dómine, suffrágiis adjuvémur : cujus précibus exorátus, quatriduánum fratrem Lázarum vivum ab ínferis resuscitásti : Qui vivis et regnas.

**Lectio libri Sapientiæ.** *Cant. 3. et 8.*

Surgam, et circuíbo civitátem ; per vicos et platéas quæram quem díligit ánima mea : quæsívi illum, et non invéni. Invenérunt me vígiles qui custódiunt civitátem. Num quem díligit ánima mea vidístis ? Páululum cum pertransíssem eos, invéni quem díligit ánima mea : ténui eum, nec dimíttam, donec introdúcam illum in domum matris meæ, et in cubículum genitrícis meæ. Adjúro vos, fíliæ Jerúsalem, per cápreas cervósque campórum, ne suscitétis, neque evigiláre faciátis dilectam donec ipsa velit. Pone me ut signáculum super cor tuum, ut signáculum super bráchium tuum : quia fortis est ut mors diléctio, dura sicut inférnus æmulátio : lámpades ejus, lámpades ignis atque flammárum. Aquæ multæ non potuérunt exstínguere caritátem, nec flúmina óbruent illam : si déderit homo omnem substántiam domus suæ pro dilectióne, quasi nihil despíciet eam.

*Graduel.* Dilexísti. 659.

Allelúia, allelúia. ℣. Diffúsa est. 717.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 7. f.*

In illo témpore : Rogábat Jesum quidam de pharisæis, ut manducáret cum illo. Et ingréssus domum pharisæi, discúbuit. Et ecce múlier, quæ erat in civitáte peccátrix, ut cognóvit quod accubuísset in domo pharisæi, áttulit alabástrum unguénti : et stans retro secus pedes ejus, lácrimis cœpit rigáre pedes ejus, et capíllis cápitis sui tergébat, et osculabátur pedes ejus, et unguénto ungébat. Videns autem pharisæus qui vocáverat eum, ait intra se, dicens : Hic, si esset prophéta, sciret útique, quæ et qualis est múlier quæ tangit eum : quia peccátrix est. Et respóndens Jesus, dixit ad illum : Simon,

hábeo tibi áliquid dícere. At ille ait : Magíster, dic. Duo debitóres erant cuídam fœneratóri : unus debébat denários quingéntos, et álius quinquagínta. Non habéntibus illis unde réddérent, donávit utrísque. Quis ergo eum plus díligit? Respóndens Simon, dixit : Æstimo quia is cui plus donávit. At ille dixit ei : Recte judicásti. Et convérsus ad mulíerem, dixit Simóni : Vides hanc mulíerem? Intrávi in domum tuam, aquam pédibus meis non dedísti : hæc autem lácrimis rigávit pedes meos, et capíllis suis tersit. Osculum mihi non dedísti : hæc autem, ex quo intrávit, non cessávit osculári pedes meos. Oleo caput meum non unxísti : hæc autem unguénto unxit pedes meos. Propter quod dico tibi : Remittúntur ei peccáta multa, quóniam diléxit multum. Cui autem minus dimíttitur, minus díligit. Dixit autem ad illam : Remittúntur tibi peccáta. Et cœpérunt qui simul accumbébant, dícere intra se : Quis est hic, qui étiam peccáta dimíttit? Dixit autem ad mulíerem : Fides tua te salvam fecit : vade in pace. Credo.

*Offertoire.* Fíliæ regum. 670.

**Secrète.**

MUNERA nostra, quæsumus Dómine, beátæ Maríæ Magdalénæ gloriósa mérita tibi reddant accépta : cujus oblatiónis obséquium unigénitus Fílius tuus cleménter suscépit impénsum : Qui tecum vivit.

*Communion.* Feci judícium. 666.

**Postcommunion.**

SUMPTO, quæsumus Dómine, único ac salutári remédio, córpore et sánguine tuo pretióso : ab ómnibus malis, sanctæ Maríæ Magdalénæ patrocíniis, eruámur : Qui vivis.

## AUX II. VÊPRES

*Antiennes et Psaumes des saintes Femmes,* 675.

*A partir du Capitule on fait du suivant avec mémoire de S. Marie-Madeleine par l'Antienne suivante :*








tis su- i tergébat. E u o u a e.

℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam. *Oraison.* 913.

℣ *Si l'on doit dire en entier les II. Vêpres de S. Marie-Madeleine, Hymne* Pater supérni lúminis. *des I. Vêpres,* 911. ℣. Elégit eam. *Ant. à Magnif.* Múlier. *ci-dessus.*

---

# 23. S. Apollinaire Évêque et Mart. *Double.*

## A LA MESSE

*Introït.* Sacerdótes Dei. 591.

**Collecte.**

DEUS fidélium remunerátor animárum, qui hunc diem beáti Apollináris Sacerdótis tui martýrio consecrásti : tríbue nobis, quæsumus, fámulis tuis; ut cujus venerándam celebrámus festivitátem, précibus ejus indulgéntiam consequámur. Per Dóminum.

*Mémoire de* **Saint Liboire Évêque et Confesseur.** *Oraisons de la Messe* Státuit. 631.

**Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.** *1. Petr. 5.*

CARISSIMI : Senióres, qui in vobis sunt, óbsecro, consénior et testis Christi passiónum : qui et ejus, quæ in futúro revelánda est, glóriæ communicátor : páscite qui in vobis est gregem Dei, providéntes non coácte, sed spontánee secúndum Deum : neque turpis lucri grátia, sed voluntárie : neque ut dominántes in cleris, sed forma facti gregis ex ánimo. Et cum apparúerit princeps pastórum, percipiétis immarcescíbilem glóriæ corónam. Simíliter adolescéntes, súbditi estóte senióribus. Omnes autem ínvicem humilitátem insinuáte : quia Deus supérbis resístit, humílibus autem dat gratiam. Humiliámini ígitur sub poténti manu Dei, ut vos exáltet in témpore visitatiónis : omnem sollicitúdinem vestram projiciéntes in eum, quóniam ipsi cura est de vobis. Sóbrii estóte, et vigiláte : quia adversárius vester diábolus, tanquam leo rúgiens circuit, quærens quem dévoret : cui resístite fortes in fide : sciéntes eámdem passiónem ei, quæ in mundo est, vestræ fraternitáti fíeri. Deus autem omnis grátiæ, qui vocávit nos in ætérnam suam glóriam in Christo Jesu, módicum passos ipse perfíciet, confirmábit, solidabítque. Ipsi glória et impérium in sæcula sæculórum. Amen.




**Collecte.**

DEUS, qui beátæ Annæ grátiam conférre dignátus es, ut Genitrícis unigéniti Fílii tui mater éffici mererétur : concéde propítius ; ut cujus solémnia celebrámus, ejus apud te patrocíniis adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

*Épître.* Mulíerem fortem. 679.

*Graduel.* Dilexísti. 659.

Allelúia, allelúia. ℣. Diffúsa est. 717.

*Évangile.* Símile est regnum cælórum. 665.

*Offertoire.* Fíliæ regum. 670.

**Secrète.**

SACRIFICIIS præséntibus, quæsumus Dómine, placátus inténde : ut per intercessiónem beátæ Annæ, quæ Genitrícis Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi mater éxstitit, et devotióni nostræ proficiant, et salúti. Per eúmdem Dóminum.






**Postcommunion.**

CÆLESTIBUS sacraméntis vegetáti, quæsumus Dómine Deus noster : ut intercessióne beátæ Annæ, quam Genitrícis Fílii tui matrem esse voluísti, ad ætérnam salútem pervenire mereámur. Per eúmdem Dóminum.

---

## 27. Saint Pantaléon Martyr.

*Oraisons de la Messe* Lætábitur. *d'un Martyr non Pontife,* 598.

---

## 28. SS. Nazaire et Celse Martyrs Victor Pape et Mart., et Innocent Pape et Conf.

**Semidouble.**

**Collecte.**

SANCTORUM tuórum nos, Dómine, Nazárii, Celsi, Victóris et Innocéntii conféssio beáta commúniat : et fragilitáti nostræ subsídium dignánter exóret. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

CONCEDE nobis, omnípotens Deus : ut his munéribus, quæ in sanctórum tuórum Nazárii, Celsi, Victóris et Innocéntii honóre deférimus ; et te placémus exhíbitis, et nos vivificémur accéptis. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

SANCTORUM Nazárii, Celsi, Victóris et Innocéntii, Dómine, intercessióne placátus : præsta quæsumus ; ut quod temporáli celebrámus actióne, perpétua salvatióne capiámus. Per Dñum.

---

## 29. Sainte Marthe Vierge. *Semid.*

*(En France, Double majeur.)*

**Messe.** Dilexísti. 667, *excepté l'Évangile* Intrávit Jesus. *de la Fête de l'Assomption,* 946.

*Mémoire de* **S. Felix et de ses Compagnons Martyrs.**

**Collecte.**

PRÆSTA, quæsumus Dómine : ut, sicut pópulus christiánus Mártyrum tuórum Felícis, Simplícii, Faustíni et Beatrícis temporáli solemnitáte congáudet, ita perfruátur ætérna ; et quod votis célebrat, comprehéndat effectu. Per Dóminum.

*Graduel.* Invéni David. 632.

Allelúia, allelúia. ℣. Jurávit Dóminus. 588.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 22. c.*

In illo témpore : Facta est conténtio inter discípulos, quis eórum vidérétur esse major. Dixit autem eis Jesus : Reges géntium dominántur eórum; et qui potestátem habent super eos, benéfici vocántur. Vos autem non sic : sed qui major est in vobis, fiat sicut minor : et qui præcéssor est, sicut minístrátor. Nam quis major est, qui recúmbit, an qui minístrat? Nonne qui recúmbit? Ego autem in médio vestrum sum, sicut qui minístrat. Vos autem estis, qui permansístis mecum in tentatiónibus meis : et ego dispóno vobis, sicut dispósuit mihi Pater meus regnum, ut edátis et bibátis super mensam meam in regno meo : et sedeátis super thronos, judicántes duódecim tribus Israel.

*Offertoire.* Véritas mea. 591.

**Secrète.**

Respice Dómine propítius super hæc múnera, quæ pro beáti Sacerdótis et Mártyris tui Apollináris commemoratióne deférimus, et pro nostris offensiónibus immolámus. Per Dóminum.

*Communion.* Dómine quinque talénta. 708.

**Postcommunion.**

Tua sancta suméntes, quæsumus Dómine, ut beáti Apollináris nos fóveant continuáta præsídia : quia non désinis propítius intuéri, quos tálibus auxíliis concésseris adjuvári. Per Dóminum.

---

## 24. Sainte Christine Vierge et Martyre.

*Oraisons de la Messe* Me exspectavérunt. 663.

## 25. SAINT JACQUES APOTRE

**Double de II. Classe.**

A LA MESSE

*Introït.* Mihi autem. 702.

**Collecte.**

Esto Dómine plebi tuæ sanctificátor et custos : ut Apóstoli tui Jacóbi munita præsídiis, et conversatióne tibi pláceat, et secúra mente desérviat. Per Dóminum.



**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *1. Cor. 4. b.*

Fratres : Puto quod Deus nos Apóstolos novíssimos osténdit, tamquam morti destinátos : quia spectáculum facti sumus mundo, et Angelis, et homínibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudéntes in Christo : nos infírmi, vos autem fortes : vos nóbiles, nos autem ignóbiles. Usque in hanc horam et esurímus, et sitímus, et nudi sumus, et cólaphis cædimur, et instábiles sumus, et laborámus operántes mánibus nostris : maledícimur, et benedícimus : persecutiónem pátimur, et sustinémus : blasphemámur, et obsecrámus : tamquam purgaménta hujus mundi facti sumus ómnium peripséma usque adhuc. Non ut confúndam vos hæc scribo, sed ut fílios meos caríssimos móneo. Nam si decem míllia pædagogórum habeátis in Christo : sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangélium ego vos génui.

*Graduel.* Constítues eos. 877.

Allelúia, allelúia. ℣. Ego vos elégi. 854.

*Évangile.* Accéssit ad Jesum. 827. Credo.

*Offertoire.* In omnem terram. 721.

**Secrète.**

Oblationes pópuli tui, quæsumus Dómine, beáti Jacóbi Apóstoli pássio beáta concíliet : et quæ nostris non aptæ sunt méritis, fiant tibi plácitæ ejus deprecatióne. Per Dóminum.

*Préface des Apôtres,* 12. — *Communion.* Vos qui secúti. 774.

**Postcommunion.**

Beati Apóstoli tui Jacóbi, quæsumus Dómine, intercessióne nos ádjuva : pro cujus festivitáte percépimus tua sancta lætántes. Per Dóminum nostrum.

## 26. SAINTE ANNE MÈRE DE LA B. V. M.

**Double de II. Classe.**

**Aux I. et II. Vêpres,** *Tout au Commun des saintes Femmes,* 673.

A LA MESSE

Intr. 1.



Secrète.

HOSTIAS tibi, Dómine, pro sanctórum Mártyrum tuórum Felícis, Simplícii, Faustíni et Beatrícis commemoratióne deférimus supplíciter deprecántes; ut indulgéntiam nobis páriter cónferant, et salútem. Per Dóminum nostrum.

Postcommunion.

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut sanctórum Mártyrum tuórum Felícis, Simplícii, Faustíni et Beatrícis cæléstibus mystériis celebráta solémnitas, indulgéntiam nobis tuæ propitiatiónis acquírat. Per Dóminum nostrum.

## 30. SS. Abdon et Sennen Martyrs.

Collecte.

DEUS, qui sanctis tuis Abdon et Sennen ad hanc glóriam veniéndi, copiósum munus grátiæ contulísti : da fámulis tuis suórum véniam peccatórum; ut, sanctórum tuórum intercedéntibus méritis, ab ómnibus mereántur adversitátibus liberári. Per Dóminum nostrum.

Secrète.

HÆC hóstia, quæsumus Dómine, quam sanctórum Mártyrum tuórum natalítia recenséntes offérimus : et víncula nostræ pravitátis absólvat; et tuæ nobis misericórdiæ dona concíliet. Per Dóminum nostrum.

Postcommunion.

PER hujus Dómine operatiónem mystérii, et vítia nostra purgéntur : et, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Abdon et Sennen, justa desidéria compleántur. Per Dóminum.

## 31. S. Ignace Confesseur. *Double.*

A LA MESSE









Collecte.

DEUS, qui ad majórem tui nóminis glóriam propagándam, novo per beátum Ignátium subsídio militántem Ecclésiam roborásti : concéde; ut ejus auxílio et imitatióne certántes in terris, coronári cum ipso mereámur in cælis. Per Dóminum.

*Épitre.* Memor esto. 598.

*Graduel.* Justus ut palma. 646.

Allelúia, allelúia. ℣. Beátus vir qui suffert. 647.

*Évangile.* Designávit Dóminus. 764.

*Offertoire.* Véritas mea. 647.

Secrète.

ADSINT, Dómine Deus, oblatiónibus nostris sancti Ignátii benígna suffrágia : ut sacrosáncta mystéria, in quibus omnis sanctitátis fontem constituísti; nos quoque in veritáte sanctíficent. Per Dóminum nostrum.




Postcommunion.

LAUDIS hóstia, Dómine, quam pro sancto Ignátio grátias agéntes obtúlimus : ad perpétuam nos majestátis tuæ laudatiónem, ejus intercessióne, perdúcat. Per Dóminum.

# FÊTES D'AOUT

## 1. Saint Pierre aux Liens.

Double majeur.

### AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche*, 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85. *Le reste comme aux II. Vêpres*, 923, *excepté ce qui suit :*

*A Magnificat, Antienne.* Tu es pastor. 876.

*Mémoire de S. Paul. Ant.* Sancte Paule. 724.

### A LA MESSE

*Comme à la Fête des SS. Pierre et Paul*, 876, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Petrum Apóstolum, a vínculis absolútum, illæsum abíre fecísti : nostrórum, quæsumus, absólve víncula peccatórum ; et ómnia mala a nobis propitiátus exclúde. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire de S. Paul. Collecte.* Deus qui multitúdinem. 725.

**Mémoire des SS. Machabées Martyrs. Collecte.**

FRATERNA nos Dómine Mártyrum tuórum coróna lætíficet : quæ et fídei nostræ præbeat increménta virtútum, et multíplici nos suffrágio consolétur. Per Dóminum.








tis.

**Secrète.**

OBLATUM tibi Dómine sacrifícium, intercedénte beáto Petro Apóstolo tuo, vivíficet nos semper et múniat. Per Dñum.

*De S. Paul. Secrète.* Apóstoli tui. 728.

**Des SS. Machabées. Secrète.**

MYSTERIA tua Dómine pro sanctórum Mártyrum tuórum honóre, devóta mente tractémus : quibus et præsídium nobis crescat, et gáudium. Per Dóminum nostrum.

*Préface des Apôtres*, 12.

**Postcommunion.**

CORPORIS sacri et pretiósi sánguinis repléti libámine, quæsumus Dómine Deus noster : ut quod pia devotióne gérimus, certa redemptióne capiámus. Per eúmdem Dóminum.

**De S. Paul. Postcommunion.**

PERCEPTIS Dómine sacraméntis, beáto Paulo Apóstolo tuo interveniénte, deprecámur : ut quæ pro illíus celebráta sunt glória, nobis proficiant ad medélam.

**Des SS. Machabées. Postcommunion.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut quorum memóriam sacraménti participatióne recólimus, fidem quoque proficiéndo sectémur. Per Dóminum nostrum.

### AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Dixit Dñus. 63. — **2.** Laudáte púeri. 64. — **3.** Crédidi. 85. — **4.** In converténdo. 86. — **5.** Dómine probásti me. 88.





autem fi- ébat sine intermissi- óne ab Ecclé-si- a ad



De- um pro e- o. E u o u a e.

8. Ant.
8. c



D Ixit Angelus ad Petrum : Circúmda ti-bi vestimén-



tum tu- um, et séquere me. E u o u a e.

4. Ant.
7. ç



M I-sit Dóminus Ange-lum su- um, et libe-rávit me



de manu He-ródis, alle- lú-ia. E u o u a e.

5. Ant.
7. c



T U es Petrus, et super hanc petram ædi- fi-cábo



Ecclé-si- am me- am. E u o u a e.

**Capitule.** *Act. 12.*

M**isit Heródes rex manus, ut afflígeret quosdam de Ecclésia. Occídit autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. Videns autem quia placéret Judæis, appósuit ut apprehénderet et Petrum.**

Hymn. 4.



M I-ris modis repénte li-ber, férre-a Christo jubén-



te vincla Petrus éxu- it : Oví-lis ille pastor et rector





gregis Vi-tæ reclúdit páscu- a et fontes sacros, Ovésque



servat crédi-tas, ar-cet lupos. 2. Patri perénnis sit per æ-



vum gló-ri- a, Tibíque laudes concinámus ínclytas, Ætér-



ne Natc, sit supérnc Spí-ri-tus Honor ti-bi decúsque : san-



cta jú-gi-ter Laudétur omne Trí-ni-tas per sæcu-lum. Amen.

℣. Tu es Petrus.
℟. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.

A Magnificat
Ant. 4. E



S Olve jubénte De- o terrárum Petre caténas,



qui fa- cis ut pá-te- ant cæ- lésti- a regna be- á-tis.



E u o u a e.

*Puis mémoire de S. Paul, Ant.* Sancte Paule. 724.

## 2. S. Alphonse-Marie de Liguori Évêque,

### Conf. et Docteur de l'Église. *Double.*

**Aux I. et II. Vêpres,** *A Magnificat, Ant.* O Doctor... beáte Alphónse María. 629.

## A LA MESSE

Intr. 8.




**Collecte.**

DEUS, qui per beátum Alphónsum Maríam Confessórum tuum atque Pontíficem animárum zelo succénsum, Ecclésiam tuam nova prole fœcundásti : quæsumus ; ut ejus salutáribus mónitis edócti et exémplis roboráti, ad te pervenire felíciter valeámus. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire de* **Saint Étienne Pape et Martyr.** *Oraisons de la Messe* Sacerdótes Dei. 591.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Timotheum.** 2. *Tim.* 2.

CARISSIME : Confortáre in grátia, quæ est in Christo Jesu, et quæ audísti a me per multos testes, hæc commenda fidélibus homínibus, qui idónei erunt et álios docére. Labóra sicut bonus miles Christi Jesu. Nemo mílitans Deo implicat se negótiis sæculáribus, ut ei pláceat, cui se probávit. Nam et qui certat in agóne, non coronátur nisi legítime certáverit. Laborántem agrícolam opórtet primum de frúctibus percípere. Intéllige quæ dico : dabit enim tibi Dóminus in ómnibus intelléctum.

Grad. 4.











*Évangile.* Designávit Dóminus. 764. Credo.




**Secrète.**

CÆLESTI, Dómine Jesu Christe, sacrifícii igne corda nostra in odórem suavitátis exúre: qui beáto Alphónso Maríæ tribuísti et hæc mystéria celebráre, et per éadem hóstiam tibi sanctam seípsum exhibére : Qui vivis.






**Postcommunion.**

DEUS, qui beátum Alphónsum Maríam Confessórem tuum atque Pontíficem, fidélem divíni mystérii dispensatórem et præcónem effecísti : ejus méritis precibúsque concéde ; ut fidéles tui et frequénter percípiant, et percipiéndo sine fine collaúdent. Per Dóminum.

## 3. L'Invention du Corps de Saint Étienne

Premier Martyr. *Semidouble.*

**Collecte.**

DA nobis, quæsumus Dómine, imitári quod cólimus : ut discámus et inimícos dilígere : quia ejus Inventiónem celebrámus, qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit.

*Secrète.* Súscipe Dómine. *Postcomm.* Auxiliéntur nobis. 163.

## 4. Saint Dominique Confesseur.

*Double majeur.* (m. t. v.)

A LA MESSE

*Introït.* Os justi. 645.

**Collecte.**

DEUS, qui Ecclésiam tuam beáti Domínici Confessóris tui illumináre dignátus es méritis et doctrínis : concéde ; ut ejus intercessióne temporálibus non destituátur auxíliis, et spirituálibus semper proficiat increméntis. Per Dóminum.

*Épître.* Testificor coram Deo. 638.

*Graduel.* Justus ut palma. 646.

Allelúia, allelúia. ℣. Justus germinábit. 639.

*Évangile.* Sint lumbi vestri. 647.

*Offertoire.* Véritas mea. 647.

**Secrète.**

MUNERA tibi, Dómine, dicáta sanctífica : ut méritis beáti Domínici Confessóris tui, nobis proficiant ad medélam. Per Dóminum.

*Communion.* Fidélis servus. 634.

**Postcommunion.**

CONCEDE, quæsumus omnípotens Deus : ut qui peccatórum nostrórum póndere prémimur, beáti Domínici Confessóris tui patrocínio sublevémur. Per Dóminum.

---

## 5. La Dédicace de N.-Dame des Neiges.

**Double majeur.**

**Aux I. et II. Vêpres,** *tout au Commun des Fêtes de la sainte Vierge,* 689.

**Messe.** Salve sancta parens. 698. *On dit le* Credo. *Préface de la B. V. M.* Et te in Festivitáte. 12.

---

## 6. La Transfiguration de N.-S. Jésus-Christ.

**Double majeur.**

AUX I. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres,* 834, *excepté :*









¶ **A Complies,** *l'Hymne sur le ton et avec la Doxologie de celle des Vêpres.*

A LA MESSE




**Collecte.**

DEUS, qui fídei sacraménta in Unigéniti tui gloriósa Transfiguratióne, patrum testimónio roborásti, et adoptiónem filiórum perféctam voce delápsa in nube lúcida mirabíliter præsignásti : concéde propítius ; ut ipsíus Regis glóriæ nos cohæréides effícias, et ejúsdem glóriæ tríbuas esse consórtes. Per eúmdem Dóminum.

*Mémoire des* **SS. Xyste, Félicissime et Agapit Martyrs.** *Oraisons de la Messe* Sapiéntiam. 618.

**Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.** *2. Petr. 1. c.*

CARISSIMI : Non doctas fábulas secúti, notam fécimus vobis Dómini nostri Jesu Christi virtútem et præséntiam : sed speculatóres facti illíus magnitúdinis. Accípiens enim a Deo Patre honórem et glóriam, voce delápsa ad eum hujuscémodi a magnífica glória : Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi

complácui ; ipsum audíte. Et hanc vocem nos audívimus de cælo allátam, cum essémus cum ipso in monte sancto. Et habémus firmiórem prophéticum sermónem : cui bene fácitis attendéntes, quasi lucérnæ lucénti in caliginóso loco, donec dies elucéscat, et lúcifer oriátur in córdibus vestris.

Grad. 8.




7.









*Évangile.* Assúmpsit Jesus. 251. Credo.

Offert. 6.




**Secrète.**

OBLATA, quæsumus Dómine, múnera, gloriósa Unigéniti tui Transfiguratióne sanctífica : nosque a peccatórum máculis, splendóribus ipsíus illustratiónis emúnda. Per eúmdem Dñum.

*Préface de la Nativité,* 11.

Comm. 1.




**Postcommunion.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut sacrosáncta Fílii tui Transfiguratiónis mystéria, quæ solémni celebrámus offício, purificátæ mentis intelligéntia consequámur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

1. Ant. 1. g



A Ssúmpsit Je-sus Petrum, et Ja-cóbum, et



Jo-ánnem fratrem e-jus, et duxit e-os in montem excél-



sum se-órsum, et transfi-gurá-tus est antc e-os.



2. Ant. 2. D



E u o u a e. R Espléndu-it fá-ci-es e-jus sic-ut



sol, vestiménta autem e-jus facta sunt alba sic-ut nix,



3. Ant. 4. E



alle-lú-ia. E u o u a e. E T ecce apparu-é-



runt e-is Mó-yses et E-lí-as, loquéntes cum Je-su.



4. Ant. 3. á



E u o u a e. R Espóndens autem Petrus, di-xit



ad Je-sum : Dómine, bo-num est nos hic esse.



5. Ant. 6. F



E u o u a e. A Dhuc e-o loquénte, ecce nu-





bes lú-cida obumbrávit e-os. E u o u a e.

Capitule. *Philipp. 3. d.*

SALVATOREM exspectámus Dóminum nostrum Jesum Christum, qui reformábit corpus humilitátis nostræ, configurátum córpori claritátis suæ.

Hymn. 4.



Q Ui-cúmque Christum quæ-ri-tis, Oculos in altum



tólli-te : Illic li-cébit ví-sere Signum per-énnis gló-ri-æ.



2. Illústre quiddam cérnimus, Quod nésci-at finem pa-ti,



Sublíme, cels*um,* intérminum, Antíqui-us cælo et cha-o.



3. Hic il-le Rex est génti-um, Populíque Rex Judá-i-ci,



Promíssus Abra-hæ patri, Ejúsque in ævum sémini. 4. Hunc



et Prophé-tis téstibus, I-isdémque signató-ri-bus, Testá-



tor et Pater jubet Audí-re nos et cré-dere. 5. Je-su, ti-bi



sit gló-ri-a, Qui te revé-las párvu-lis, Cum Patre et almo



Spí-ri-tu, In sempi-térna sæcu-la. A-men.

℣. Gloriósus apparuísti in conspéctu Dómini.
℟. Proptérea decórem índuit te Dóminus.

A Magnificat Ant. 8. G



E T audi- éntes discí-pu-li ce-cidé-runt in fá-



ci- em su-am, et timu- érunt valde : et accéssit Je-sus,



et té-ti-git e- os, di-xítque e- is : Súrgi-te, et no-lí-te



timé-re, alle-lú-ia. E u o u a e.

## 7. S. Gaétan Confesseur. *Double.*

**Aux I. et II. Vêpres, A Magnificat.**

Ant. 1. g



Q Uæri-te primum regnum De- i, et justí-ti- am



e-jus, et hæc ómni- a adji-ci- éntur vobis. E u o u a e.

**Messe.** Os justi. 645, *excepté les Oraisons et l'Évangile.*

**Collecte.**

DEUS, qui beáto Cajetáno Confessóri tuo apostólicam vivéndi formam imitári tribuísti : da nobis ejus intercessióne et exémplo in te semper confídere, et sola cæléstia desideráre. Per Dóminum nostrum.



*Mémoire de* **Saint Donat Évêque et Martyr.**

**Collecte.**

DEUS tuórum glória sacerdótum : præsta quæsumus; ut sancti Mártyris tui et Epíscopi Donáti, cujus festa gérimus, sentiámus auxílium. Per Dóminum.

*Évangile.* Nemo potest duóbus dóminis servíre. 540.

*Secrète.* Præsta nobis, quæsumus. 650.

**De S. Donat. Secrète.**

PRÆSTA, quæsumus Dómine : ut sancti Mártyris tui et Epíscopi Donáti intercessióne, quem ad laudem nóminis tui dicátis munéribus honorámus, piæ nobis fructus devotiónis accréscat. Per Dóminum nostrum.

*Postcommunion.* Quæsumus omnípotens Deus. 651.

**De S. Donat. Postcommunion.**

OMNIPOTENS et misércors Deus, qui nos sacramentórum tuórum et partícipes éfficis et minístros : præsta quæsumus; ut, intercedénte beáto Donáto Mártyre tuo atque Pontífice, ejúsdem proficiámus et fídei consórtio, et digno servítio. Per Dóminum nostrum.

## 8. SS. Cyriaque, Large et Smaragde Mart. *Semid.*

**Collecte.**

DEUS, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Cyríaci, Largi et Smarágdi solemnitáte lætíficas : concéde propítius; ut quorum natalítia cólimus, virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

ACCEPTA sit in conspéctu tuo, Dómine, nostra devótio : et eórum nobis fiat supplicatióne salutáris, pro quorum solemnitáte defértur. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

REFECTI participatióne múneris sacri, quæsumus Dómine Deus noster : ut cujus exséquimur cultum, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Cyríaco, Largo et Smarágdo, sentiámus efféctum. Per Dóminum nostrum.

## 9. Mémoire de S. Romain Martyr.

*Collecte.* Præsta quæsumus. 598.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* In virtúte tua. 595.

# 10. SAINT LAURENT MARTYR

Double de II. Classe avec Octave.

## AUX I. VÊPRES

*Psaumes du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85. *Les Antiennes et le reste aux II. Vêpres,* 941, *excepté :*

℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

A Magnificat Ant. 8. G




## A LA MESSE

Intr. 3.








Gló-ri- a Patri. E u o u a e.

**Collecte.**

DA nobis, quæsumus omnípotens Deus : vitiórum nostrórum flammas exstínguere ; qui beáto Lauréntio tribuísti tormentórum suórum incéndia superáre. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *2. Cor. 9. b.*

FRATRES : Qui parce séminat, parce et metet : et qui séminat in benedictiónibus, de benedictiónibus et metet. Unusquísque prout destinávit in corde suo, non ex tristítia, aut ex necessitáte : hílarem enim datórem díligit Deus. Potens est autem Deus omnem grátiam abundáre fácere in vobis, ut in ómnibus semper omnem sufficiéntiam habéntes, abundétis in omne opus bonum, sicut scriptum est : Dispérsit, dedit paupéribus : justítia ejus manet in sæculum sæculi. Qui autem administrat semen seminánti, et panem ad manducándum præstábit, et multiplicábit semen vestrum, et augébit increménta frugum justítiæ vestræ.

Grad. 6. et 5.




℣. 7.




*Évangile.* Amen, amen dico vobis. 747.




**Secrète.**

ACCIPE, quæsumus Dómine, múnera dignánter obláta : et beáti Lauréntii suffragántibus méritis, ad nostræ salútis auxílium provenire concéde. Per Dóminum nostrum.









**Postcommunion.**

SACRO múnere satiáti, súpplices te Dómine deprecámur : ut quod débitæ servitútis celebrámus offício, intercedénte beáto Lauréntio Mártyre tuo, salvatiónis tuæ sentiámus augméntum. Per Dóminum nostrum.

## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* 115. Crédidi. 85.















**Capitule.** *2. Cor. 9. b.*

FRATRES : Qui parce séminat, parce et metet : et qui séminat in benedictiónibus, de benedictiónibus et metet.

*Hymne.* Deus tuórum mílitum. 585.

℣. Levíta Lauréntius bonum opus operátus est.
℟. Qui per signum crucis cæcos illuminávit.




## 11. Mémoire des SS. Tiburce et Suzanne Mart.

**Collecte.**

SANCTORUM Mártyrum tuórum Tibúrtii et Susánnæ nos, Dómine, fóveant continuáta præsídia : quia non désinis propítius intuéri, quos tálibus auxíliis concésseris adjuvári. Per Dóminum nostrum.



**Secrète.**

ADESTO Dómine précibus pópuli tui, adésto munéribus : ut quæ sacris sunt obláta mystériis, tuórum tibi pláceant intercessióne sanctórum. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

SUMPSIMUS Dómine pignus redemptiónis ætérnæ : quod sit nobis, quæsumus, interveniéntibus sanctis Martýribus tuis, vitæ præséntis auxílium páriter et futúræ. Per Dóminum.

## 12. Sainte Claire Vierge. *Double.*

**Messe.** Dilexísti. *au Commun d'une Vierge,* 667.
*Mémoire de l'Octave de S. Laurent. Oraisons,* 939.

## 13. Mémoire des SS. Hippolyte et Cassien Mart.

**Collecte.**

DA, quæsumus omnípotens Deus : ut beatórum Mártyrum tuórum Hippólyti et Cassiáni veneránda solémnitas et devotiónem nobis aúgeat, et salútem. Per Dóminum.

**Secrète.**

RESPICE Dómine múnera pópuli tui, sanctórum festivitáte votíva : et tuæ testificátio veritátis nobis proficiat ad salútem. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

SACRAMENTORUM tuórum, Dómine, commúnio sumpta nos salvet : et in tuæ veritátis luce confírmet. Per Dóminum.

## 15. L'ASSOMPTION DE LA B. V. M.

Double de I. Classe avec Octave.

AUX I. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres,* 947, *excepté :*









## A LA MESSE

Intr. 1.




**Collecte.**

FAMULORUM tuórum, quæsumus Dómine, delíctis ignósce : ut qui tibi placére de áctibus nostris non valémus ; Genitrícis Fílii tui Dómini nostri intercessióne salvémur : Qui tecum vivit et regnat.

**Lectio libri Sapientiæ.** *Eccli. 24.*

IN ómnibus réquiem quæsívi, et in hæreditáte Dómini morábor. Tunc præcépit, et dixit mihi Creátor ómnium : et qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo, et dixit mihi : In



Jacob inhábita, et in Israel hæreditáre, et in eléctis meis mitte radíces. Et sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei hæréditas illíus, et in plenitúdine sanctórum deténtio mea. Quasi cedrus exaltáta sum in Líbano : et quasi cypréssus in monte Sion. Quasi palma exaltáta sum in Cadcs, et quasi plantátio rosæ in Jéricho. Quasi olíva speciósa in campis, et quasi plátanus exaltáta sum juxta aquam in platéis. Sicut cinnamómum et bálsamum aromatízans odórem dedi : quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris.

Grad. 5.




5.




℣ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 10. g.*

In illo témpore : Intrávit Jesus in quoddam castéllum : et múlier quædam Martha nómine, excépit illum in domum suam : et huic erat soror nómine María, quæ étiam sedens secus pedes Dómini, audiébat verbum illíus. Martha autem satagébat circa frequens ministérium : quæ stetit, et ait : Dómine, non est tibi curæ quod soror mea reliquit me solam ministráre? Dic ergo illi ut me ádjuvet. Et respóndens, dixit illi Dóminus : Martha, Martha, sollícita es et turbáris erga plúrima. Porro unum est necessárium. María óptimam partem elégit quæ non auferétur ab ea.

Credo.




Secrète.

Subveniat Dómine plebi tuæ Dei Genitrícis orátio : quam etsi pro conditióne carnis migrásse cognóscimus, in cælésti glória apud te pro nobis intercédere sentiámus. Per eúmdem Dóminum nostrum.

*Préface de la B. V. M.* Et in Assumptióne. 12.






Postcommunion.

Mensæ cæléstis partícipes effécti, implorámus cleméntiam tuam, Dómine Deus noster : ut qui Assumptiónem Dei Genitrícis cólimus, a cunctis malis imminéntibus ejus intercessióne liberémur. Per eúmdem Dóminum.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* 1. Dixit Dñus. 63. — 2. Laudáte púeri. 64. — 3. Lætátus sum. 86. — 4. Nisi Dóminus. 86. — 5. Lauda Jerúsalem. 90.









4. Ant. 7. ç



B Ene-dí- cta fí- li- a tu a Dómino : qui- a per



te fructum vi-tæ communi-cávimus. E u o u a e.

5. Ant. 1. a



P Ulchra es et decó-ra, fí-li- a Jerú-sa-lem, terrí-



bi-lis ut castrórum á-ci- es ordi-ná-ta. E u o u a e.

**Capitule.** *Eccli. 24.*

In ómnibus réquiem quæsívi, et in hæreditáte Dómini morábor. Tunc præcépit, et dixit mihi Creátor ómnium : et qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo.

*Hymne.* Ave maris stella. 690.

℣. Exaltáta est sancta Dei Génitrix.
℟. Super choros Angelórum ad cæléstia regna.

A Magnificat Ant. 8. G



H Odi- e Ma-rí- a Virgo cælos ascéndit : gau-



dé-te, qui- a cum Christo regnat in ætérnum. E u o u a e.

LE DIMANCHE DANS L'OCTAVE DE L'ASSOMPTION

## S. JOACHIM PÈRE DE LA B. VIERGE MARIE

*Double de II. Classe.* (m. t. v.)

### AUX I. VÊPRES

*Comme au Commun d'un Confesseur non Pont.*, 640, *excepté :*

℣. Potens in terra erit semen ejus.
℟. Generátio rectórum benedicétur.



A Magnificat Ant. 8. G



L Audémus vi-rum glo-ri- ó- sum in genera-ti-



óne su- a, qui- a benedicti- ónem ómni- um gén-ti- um



dedit il-li Dóminus : et testaméntum su-um confirmávit



super caput e-jus. E u o u a e.

*Mémoire du Dimanche.*

### A LA MESSE

Intr. 3.



D Ispér- sit, de- dit paupé- ri- bus : ju-



stí- ti- a e- jus ma- net in sæ- culum sæcu-



li : cor- nu e-jus exaltá-bi-tur in gló- ri- a.



*Ps.* Be- átus vir qui timet Dómi-num : in mandá-tis e-jus



cu-pit nimis. Gló-ri- a Patri. E u o u a e.

**Collecte.**

Deus, qui præ ómnibus sanctis tuis beátum Jóachim Genitrícis Fílii tui patrem esse voluísti : concéde quæsumus; ut cujus festa venerámur, ejus quoque perpétuo patrocínia sentiámus. Per eúmdem Dóminum.

*Mémoire du Dimanche.*

*Épître.* Beátus vir. 646.






✠ **Initium sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth.* 1.

LIBER generatiónis Jesu Christi fílii David, fílii Abraham. Abraham génuit Isaac. Isaac autem génuit Jacob. Jacob autem génuit Judam, et fratres ejus. Judas autem génuit Phares, et Zaram de Thamar. Phares autem génuit Esron. Esron autem génuit Aram. Aram autem génuit Amínadab. Amínadab autem génuit Naásson. Naásson autem génuit Salmon. Salmon autem génuit Booz de Rahab. Booz autem génuit Obed ex Ruth. Obed autem génuit Jesse. Jesse autem génuit David regem. David autem rex génuit Salomónem ex ea quæ fuit Uríæ. Sálomon autem génuit Róboam. Róboam autem génuit Abíam. Abías autem génuit Asa. Asa autem génuit Jósaphat. Jósaphat autem génuit Joram. Joram autem génuit Ozíam. Ozías autem génuit Jóatham. Jóatham autem génuit Achaz. Achaz autem génuit Ezechíam. Ezechías autem génuit Manásen. Manásses autem génuit Amon. Amon autem génuit Josíam. Josías autem génuit Jechoníam, et fratres ejus in transmigratióne Babylónis. Et post transmigratiónem Babylónis : Jechonías génuit Saláthiel. Saláthiel autem génuit Zoróbabel. Zoróbabel autem génuit Abiud. Abiud autem génuit Elíacim. Elíacim autem génuit Azor. Azor autem génuit Sadoc. Sadoc autem génuit Achim. Achim autem génuit Eliud. Eliud autem génuit Eleázar. Eleázar autem génuit Mathan. Mathan autem génuit Jacob. Jacob autem génuit Joseph virum Maríæ, de qua natus est Jesus, qui vocátur Christus. Credo.

*Offertoire.* Glória et honóre. 597.

**Secrète.**

SUSCIPE, clementíssime Deus, sacrifícium in honórem sancti Patriárchæ Jóachim patris Maríæ Vírginis, majestáti tuæ oblátum : ut, ipso cum cónjuge sua et beatíssima prole intercedénte, perféctam cónsequi mereámur remissiónem peccatórum, et glóriam sempitérnam. Per Dóminum nostrum.

*Secrète du Dimanche.*

*Préface de la B. V. M.* Et te in Assumptióne. 12.

*Communion.* Fidélis servus. 634.

**Postcommunion.**

QUÆSUMUS omnípotens Deus : ut per hæc sacraménta quæ súmpsimus, intercedéntibus méritis et précibus beáti Jóachim patris Genitrícis dilécti Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi, tuæ grátiæ in præsénti, et ætérnæ glóriæ in futúro partícipes esse mereámur. Per eúmdem Dóminum.

*Postcommunion du Dimanche.*

¶ *A la fin de la Messe, on lit l'Évangile du Dimanche.*

AUX II. VÊPRES

*Tout au Commun, 644, excepté l'Oraison.*

*Mémoire du Dimanche.*

## 16. Saint Hyacinthe Confesseur.

*Double:* (m. t. v.)

**Messe.** Os justi. *d'un Confesseur non Pontife,* 645.

## 17. Octave de S. Laurent Mart. *Double.*

**Aux I. et II. Vêpres,** *Comme au jour de la Fête,* 938, *excepté l'Oraison.*

**A LA MESSE**

Intr. 7.




**Collecte.**

EXCITA Dómine in Ecclésia tua Spíritum, cui beátus Lauréntius Levíta servívit : ut eódem nos repléti, studeámus amáre quod amávit, et ópere exercére quod docuit. Per Dóminum nostrum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

*De l'Octave de l'Assomption. Collecte.* Famulórum tuórum. 944.

*Épître.* Qui parce séminat. *comme au jour de la Fête,* 939.



*Graduel.* Glória et honóre. 592.

Allelúia, allelúia. ℣. Levíta Lauréntius. 939.

*Évangile.* Amen, amen dico vobis. 747. **Credo.**

*Offertoire.* In virtúte tua. 650.

**Secrète.**

SACRIFICIUM nostrum tibi, Dómine quæsumus, beáti Lauréntii précátio sancta concíliet : ut cujus honóre solémniter exhibétur, ejus méritis efficiátur accéptum. Per Dóminum.

*De l'Octave de l'Assomption. Secrète.* Subvéniat. 946.

*Préface de la B. V. M.* Et te in Assumptióne. 12.

*Communion.* Qui vult veníre. 598.

**Postcommunion.**

SUPPLICES te rogámus, omnípotens Deus : ut quos donis cæléstibus satiásti, intercedénte beáto Lauréntio Mártyre tuo, perpétua protectióne custódias. Per Dóminum nostrum.

*De l'Oct. de l'Assomption. Postc.* Mensæ cæléstis. 947.

## 18. Mémoire de S. Agapit Martyr.

**Collecte.**

LÆTETUR Ecclésia tua, Deus, beáti Agapíti Mártyris tui confísa suffrágiis : atque ejus précibus gloriósis et devóta permáneat, et secúra consístat. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

SUSCIPE Dómine múnera, quæ in ejus tibi solemnitáte deférimus, cujus nos confídimus patrocínio liberári. Per Dñum.

**Postcommunion.**

SATIASTI Dómine famíliam tuam munéribus sacris : ejus quæsumus semper interventióne nos réfove, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum.

## 20. S. Bernard Abbé et Docteur de l'Église.

**Double.**

**Aux I. et II. Vêpres,** *A Magnificat, Ant.* O Doctor... beáte Bernárde. 629.

**Messe.** In médio. 637, *excepté l'Épître* Justus cor suum. 778.

*Mémoire de l'Octave de l'Assomption,* 944. *On dit* Credo.

## 21. S. Jeanne-Françoise Frémiot de Chantal Veuve. *Double.*

**Messe.** Cognóvi, 678, *excepté les Oraisons.*

**Collecte.**

OMNIPOTENS et miséricors Deus, qui beátam Joánnam Franciscam tuo amóre succénsam, admirábili spíritus fortitúdine per omnes vitæ sémitas in via perfectiónis donásti, quique per illam illustráre Ecclésiam tuam nova prole voluísti : ejus méritis et précibus concéde ; ut qui infirmitátis nostræ cónscii de tua virtúte confídimus, cæléstis grátiæ auxílio cuncta nobis adversántia vincámus. Per Dóminum.

*Mémoire de l'Octave de l'Assomption.* Credo *à cause de l'Octave.*

**Secrète.**

ILLO nos amóris igne, quæsumus Dómine, hæc hóstia salutáris inflámmet, quo beátæ Joánnæ Franciscæ cor veheménter incéndit, et flammis adússit ætérnæ caritátis. Per Dóminum.

*Préface de la B. V. M.* Et te in Assumptióne. 12.

**Postcommunion.**

SPIRITUM nobis Dómine tuæ caritátis infúnde : ut quos cæléstis panis virtúte satiásti, beáta Joánna Francísca intercedénte, fácias terréna despícere, et te solum Deum pura mente sectári. Per Dóminum.

## 22. Octave de l'Assomption. *Double.*

*Comme au jour de la Fête,* 943.

*Mémoire des* **SS. Timothée, Hippolyte et Symphorien Mart.**

**Collecte.**

AUXILIUM tuum nobis, Dómine quæsumus, placátus impénde : et, intercedéntibus beátis Martýribus tuis Timótheo, Hippólyto et Symphoriáno, déxteram super nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dóminum.

**Secrète.**

ACCEPTA tibi sit Dómine sacrátæ plebis oblátio pro tuórum honóre sanctórum : quorum se méritis de tribulatióne percepísse cognóscit auxílium. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

DIVINI múneris largitáte satiáti, quæsumus Dómine Deus noster : ut, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Timótheo, Hippólyto et Symphoriáno, in ejus semper participatióne vivámus. Per Dóminum.



## 23. S. Philippe Bénizzi Conf. *Double.*

**Messe.** Justus ut palma. 648, *excepté l'Oraison.*

**Collecte.**

DEUS, qui per beátum Philíppum Confessórem tuum exímium nobis humilitátis exémplum tribuísti : da fámulis tuis próspera mundi ex ejus imitatióne despícere, et cæléstia semper inquírere. Per Dóminum.

## 24 *ou* 25. S. BARTHÉLEMI APOTRE

**Double de II. Classe.**

### A LA MESSE

*Introït.* Mihi autem. 702.

**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui hujus diéi venerándam sanctámque lætítiam in beáti Apóstoli tui Bartholomæi festivitáte tribuísti : da Ecclésiæ tuæ, quæsumus ; et amáre quod crédidit, et prædicáre quod dócuit. Per Dóminum

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *1. Cor. 12.*

FRATRES : Vos estis corpus Christi, et membra de membro. Et quosdam quidem pósuit Deus in Ecclésia primum apóstolos, secúndo prophétas, tértio doctóres, deinde virtútes, exínde grátias curatiónum, opitulatiónes, gubernatiónes, génera linguárum, interpretatiónes sermónum. Numquid omnes apóstoli ? numquid omnes prophétæ ? numquid omnes doctóres ? numquid omnes virtútes ? numquid omnes grátiam habent curatiónum ? numquid omnes linguis loquúntur ? numquid omnes interpretántur ? Æmulámini autem charísmata melióra.

*Graduel.* Constítues eos. 877.



℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 6. b.*

In illo témpore : Exiit Jesus in montem oráre, et erat pernóctans in oratióne Dei. Et cum dies factus esset, vocávit discípulos suos, et elégit duódecim ex ipsis (quos et Apóstolos nominávit) : Simónem, quem cognominávit Petrum, et Andréam fratrem ejus, Jacóbum et Joánnem, Philíppum et Bartholomæum, Matthæum et Thomam, Jacóbum Alphæi et Simónem, qui vocátur Zelótes, et Judam Jacóbi, et Judam Iscariótem, qui fuit próditor. Et descéndens cum illis, stetit in loco campéstri, et turba discipulórum ejus, et multitúdo copiósa plebis ab omni Judæa, et Jerúsalem, et marítima, et Tyri, et Sidónis, qui vénerant ut audírent eum, et sanaréntur a languóribus suis. Et qui vexabántur a spirítibus immúndis, curabántur. Et omnis turba quærébat eum tángere, quia virtus de illo exíbat, et sanábat omnes. Credo.

*Offertoire.* Mihi autem. 703.

**Secrète.**

Beati Apóstoli tui Bartholomæi solémnia recenséntes, quæsumus Dómine : ut ejus auxílio tua benefícia capiámus, pro quo tibi laudis hóstias immolámus. Per Dóminum.

*Préface des Apôtres,* 12.




**Postcommunion.**

Sumptum Dómine pignus redemptiónis ætérnæ : sit nobis, quæsumus; interveniénte beáto Bartholomæo Apóstolo tuo, vitæ præséntis auxílium páriter et futúræ. Per Dóminum.

---

## 25. [26.] S. Louis Roi de France Conf.

*Semidouble. (Double en France.)*

**Messe.** Os justi. *d'un Confesseur non Pontife,* 645, *excepté :*

**Collecte.**

Deus, qui beátum Ludovícum Confessórem tuum de terréno regno ad cæléstis regni glóriam transtulísti : ejus quæsumus méritis et intercessióne, Regis regum Jesu Christi Fílii tui fácias nos esse consórtes : Qui tecum.



*Épître.* Justum dedúxit. 595.

℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 19. b.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc : Homo quidam nóbilis ábiit in regiónem longínquam accípere sibi regnum, et revérti. Vocátis autem decem servis suis, dedit eis decem mnas, et ait ad illos : Negotiámini dum vénio. Cives autem ejus óderant eum : et misérunt legatiónem post illum, dicéntes : Nólumus hunc regnáre super nos. Et factum est, ut redíret accépto regno : et jussit vocári servos quibus dedit pecúniam, ut sciret quantum quisque negotiátus esset. Venit autem primus, dicens : Dómine, mna tua decem mnas acquisívit. Et ait illi : Euge bone serve, quia in módico fuísti fidélis, eris potestátem habens super decem civitátes. Et alter venit, dicens : Dómine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait : Et tu esto super quinque civitátes. Et alter venit, dicens : Dómine, ecce mna tua, quam hábui repósitam in sudário : tímui enim te, quia homo austérus es : tollis quod non posuísti, et metis quod non seminásti. Dicit ei : De ore tuo te júdico, serve nequam. Sciébas quod ego homo austérus sum, tollens quod non pósui, et metens quod non seminávi : et quare non dedísti pecúniam meam ad mensam, ut ego véniens, cum usúris útique exegíssem illam ? Et adstántibus dixit : Auférte ab illo mnam, et date illi qui decem mnas habet. Et dixérunt ei : Dómine, habet decem mnas. Dico autem vobis, quia omni habénti dábitur, et abundábit : ab eo autem qui non habet, et quod habet auferétur ab eo.

**Secrète.**

Præsta, quæsumus omnípotens Deus : ut, sicut beátus Ludovícus Conféssor tuus, spretis mundi oblectaméntis, soli Regi Christo placére stúduit; ita ejus orátio nos tibi reddat accéptos. Per eúmdem Dóminum.

**Postcommunion.**

Deus, qui beátum Confessórem tuum Ludovícum mirificásti in terris, et gloriósum in cælis fecísti : eúmdem, quæsumus, Ecclésiæ tuæ constítue defensórem. Per Dóminum.

---

## 26. S. Zéphyrin Pape et Martyr.

**Collecte.**

Præsta, quæsumus omnípotens Deus : ut beáti Zephyríni Mártyris tui atque Pontíficis, cujus gaudémus méritis, instruámur exémplis. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Sacerdótes Dei. 591.

## 27. S. Joseph Calasanz Confesseur.

*Double.* (m. t. v.)

A LA MESSE

Intr. 1.




**Collecte.**

DEUS, qui per sanctum Joséphum Confessórem tuum, ad eruditiéndam spíritu intelligéntiæ ac pietátis juventútem, novum Ecclésiæ tuæ subsídium providére dignátus es : præsta quæsumus ; nos ejus exémplo et intercessióne ita fácere et docére, ut prǽmia consequámur ætérna. Per Dóminum.

*Épître.* Justum dedúxit. 595.

*Graduel.* Os justi. 638.

Allelúia, allelúia. ℣. Beátus vir qui suffert. 647.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 18.*

IN illo témpore : Accessérunt discípuli ad Jesum, dicéntes : Quis putas major est in regno cælórum ? Et ádvocans Jesus párvulum, státuit eum in médio eórum, et dixit : Amen dico vobis, nisi convérsi fuéritis, et efficiámini sicut párvuli, non intrábitis in regnum cælórum. Quicúmque ergo humiliáverit se sicut párvulus iste, hic est major in regno cælórum. Et qui suscéperit unum párvulum talem in nómine meo, me súscipit.

Offert. 2.









**Secrète.**

ALTARE tuum Dómine munéribus cumulámus oblátis : ut ejus nobis fiant supplicatióne propítia, cujus nos donásti patrocínio adjuvári. Per Dóminum.

Comm. 8.




**Postcommunion.**

SANCTIFICATI Dómine salutári mystério : quæsumus ; ut intercedénte sancto Josépho Confessóre tuo, ad majus semper proficiámus pietátis increméntum. Per Dóminum.

## 28. S. Augustin Évêque, Confesseur et Docteur de l'Église. *Double.*

**Aux I. et II. Vêpres,** *A Magnificat, Ant.* O Doctor... beáte Augustíne. 629.

**Messe.** In médio. 637, *excepté :*

**Collecte.**

ADESTO supplicatiónibus nostris omnípotens Deus : et quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges, intercedénte beáto Augustíno Confessóre tuo atque Pontífice, consuétæ misericórdiæ tríbue benígnus efféctum. Per Dóminum.

*Mémoire de* **Saint Hermès Martyr.**

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Hermétem Mártyrem tuum virtúte constántiæ in passióne roborásti : ex ejus nobis imitatióne tríbue; pro amóre tuo próspera mundi despícere, et nulla ejus advérsa formidáre. Per Dóminum.

Allelúia, allelúia. ℣. Invéni David. 179. *On dit* Credo.

**Secrète.**

SANCTI Confessóris tui Augustíni nobis, Dómine, pia non desit orátio : quæ et múnera nostra concíliet, et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum.

**De S. Hermès. Secrète.**

SACRIFICIUM tibi Dómine laudis offérimus in tuórum commemoratióne sanctórum : da quæsumus; ut quod illis cóntulit glóriam, nobis prosit ad salútem. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

UT nobis Dómine tua sacrifícia dent salútem, beátus Conféssor tuus Augustínus et Póntifex, quæsumus, precátor accédat. Per Dóminum nostrum.

**De S. Hermès. Postcommunion.**

REPLETI Dómine benedictióne cælésti, quæsumus cleméntiam tuam : ut, intercedénte beáto Herméte Mártyre tuo, quæ humíliter gérimus, salúbriter sentiámus. Per Dóminum.

---

## 29. La Décollation de S. Jean-Baptiste.

**Double majeur.**

### AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85. *Le reste aux II. Vêpres,* 962, *excepté :*

℣. Glória et honóre coronásti cum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.









### A LA MESSE




*Ps.* Bonum est confi-té-ri Dómino : et psállere nómi-ni tu- o



Altíssime. Gló-ri- a Patri. E u o u a e.

**Collecte.**

SANCTI Joánnis Baptístæ Præcursóris et Mártyris tui, quæsumus Dómine, veneránda festívitas, salutáris auxílii nobis præstet efféctum : Qui vivis et regnas.

*Mémoire de* **S. Sabine Mart.** *Collecte.* Deus qui inter. 676.

**Lectio Jeremiæ Prophetæ.** *Jerem. 1. d.*

IN diébus illis : Factum est verbum Dómini ad me, dicens Accínge lumbos tuos, et surge, et lóquere ad Juda ómnia quæ ego præcípio tibi. Ne formídes a fácie eórum : nec enim timére te fáciam vultum eórum. Ego quippe dedi te hódie in civitátem munítam, et in colúmnam férream, et in murum æreum, super omnem terram, régibus Juda, princípibus ejus, et sacerdótibus, et pópulo terræ. Et bellábunt advérsum te, et non prævalébunt; quia ego tecum sum, ait Dóminus, ut líberem te.

*Graduel.* Justus ut palma. 646.

Allelúia, allelúia. ℣. Justus germinábit. 639.

℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum.** *Marc. 6. c.*

In illo témpore : Misit Heródes, ac ténuit Joánnem, et vinxit eum in cárcere propter Herodíadem uxórem Philíppi fratris sui, quia dúxerat eam. Dicébat enim Joánnes Heródi : Non licet tibi habére uxórem fratris tui. Heródias autem insidiabátur illi, et volébat occídere eum, nec póterat. Heródes enim metuébat Joánnem, sciens eum virum justum et sanctum : et custodiébat eum, et audíto eo multa faciébat, et libénter eum audiébat. Et cum dies opportúnus accidísset, Heródes natális sui cœnam fecit princípibus, et tribúnis, et primis Galiléæ. Cumque introísset fília ipsíus Herodíadis, et saltásset, et placuísset Heródi simúlque recumbéntibus ; rex ait puéllæ : Pete a me quod vis, et dabo tibi. Et jurávit illi : Quia quidquid petíeris, dabo tibi, licet dimídium regni mei. Quæ cum exísset, dixit matri suæ : Quid petam ? At illa dixit : Caput Joánnis Baptístæ. Cumque introísset statim cum festinatióne ad regem, petívit, dicens : Volo ut prótinus des mihi in disco caput Joánnis Baptístæ. Et contristátus est rex : propter jusjurándum, et propter simul discumbéntes, nóluit eam contristáre : sed misso spiculatóre, præcépit afférri caput ejus in disco. Et decollávit eum in cárcere. Et áttulit caput ejus in disco : et dedit illud puéllæ, et puélla dedit matri suæ. Quo audíto, discípuli ejus venérunt, et tulérunt corpus ejus : et posuérunt illud in monuménto.

*Offertoire.* In virtúte tua. 650.

**Secrète.**

Munera, quæ tibi Dómine pro sancti Mártyris tui Joánnis Baptístæ passióne deférimus : quæsumus ; ut ejus obténtu nobis proficiant ad salútem. Per Dóminum nostrum.

*De S. Sabine. Secrète.* Héstias tibi Dómine. 666.

*Communion.* Posuísti. 594.

**Postcommunion.**

Conferat nobis Dómine sancti Joánnis Baptístæ solémnitas : ut et magnífica sacraménta quæ súmpsimus, significáta venerémur, et in nobis pótius édita gaudeámus. Per Dñum.

*De S. Sabine. Postcommunion.* Divíni múneris. 667.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Crédidi. 85.

1. Ant. 3. à



H Eródes enim ténu- it et ligávit Jo-ánnem, et





pósu- it in cárcerem propter Hero- dí- adem. E u o u a e.

2. Ant. 3. c



D Omine mi rex, da mihi in di-sco caput Jo- án-



nis Baptístæ. E u o u a e.

3. Ant. 1. f



P U- éllæ saltánti



imperávit ma- ter : Nihil á-li- ud petas, ni-si caput Jo-



ánnis. E u o u a e.

4. Ant. 1. J



A Rgu- ébat Heródem Jo-



ánnes propter Herodí- a-dem, quam tú-le-rat fratri su- o



Phil-ippo uxó-rem. E u o u a e.

5. Ant. 4. A



D A mihi in disco caput Jo-ánnis Baptístæ : et



contristátus est rex propter jusjurándum. E u o u a e.

*Capitule.* Beátus vir. *Hymne.* Deus tuórum mílitum. 585.

℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

A Magnificat Ant. 8. G



M I-sit rex incrédulus minístros de-testábi-les, et



ampu-tári jus-sit caput Jo- ánnis Baptístæ. E u o u a e.

## 30. Sainte Rose de Lima Vierge.

Double.

**Messe.** Dilexísti. *d'une Vierge non Martyre, 667, excepté :*

**Collecte.**

BONORUM ómnium largítor, omnípotens Deus, qui beátam Rosam cæléstis grátiæ rore prævéntam, virginitátis et patiéntiæ decóre Indis floréscere voluísti : da nobis fámulis tuis; ut in odórem suavitátis ejus curréntes, Christi bonus odor éffici mereámur : Qui tecum vivit.

*Mémoire des* **SS. Félix et Adaucte Martyrs.**

Collecte.

MAJESTATEM tuam Dómine súpplices exorámus : ut, sicut nos júgiter sanctórum tuórum commemoratióne lætíficas; ita semper supplicatióne defendas. Per Dóminum.

Secrète.

HOSTIAS, Dómine, tuæ plebis inténde : et quas in honóre sanctórum tuórum devóta mente célebrat, profícere sibi séntiat ad salútem. Per Dóminum.

Postcommunion.

REPLETI Dómine munéribus sacris, quæsumus : ut, intercedéntibus sanctis tuis, in gratiárum semper actióne maneámus. Per Dóminum nostrum.

## 31. S. Raymond Nonnat Confesseur.

*Double.* (m. t. v.)

**Messe.** Os justi. *d'un Confesseur non Pontife, 645, excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui in liberándis fidélibus tuis ab impiórum captivitáte, beátum Raymúndum Confessórem tuum mirábilem effecísti : ejus nobis intercessióne concéde; ut a peccatórum víncutis absolúti, quæ tibi sunt plácita, líberis méntibus exsequámur. Per Dóminum nostrum.



## FÊTES DE SEPTEMBRE

## 1. Saint Gilles Abbé.

*Oraisons de la Messe* Os justi. *du Commun des Abbés, 651.*

*Mémoire des* **Douze Frères Martyrs.**

Collecte.

FRATERNA nos Dómine Mártyrum tuórum coróna lætíficet : quæ et fídei nostræ præbeat increménta virtútum, et multíplici nos suffrágio consolétur. Per Dóminum.

Secrète.

MYSTERIA tua Dómine pro sanctórum Mártyrum tuórum commemoratióne devóta mente tractémus : quibus nobis et præsídium crescat, et gáudium. Per Dóminum.

Postcommunion.

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus; ut quorum memóriam sacraménti participatióne recólimus, fidem quoque proficiéndo sectémur. Per Dóminum.

## 2. S. Étienne Roi de Hongrie Confesseur.

Semidouble.

**Collecte.**

CONCEDE quæsumus Ecclésiæ tuæ, omnípotens Deus : ut beátum Stéphanum Confessórem tuum, quem regnántem in terris, propagatórem hábuit, propugnatórem habére mereátur gloriósum in cælis. Per Dóminum.

**Secrète.**

RESPICE quas offérimus hóstias, omnípotens Deus : et præsta; ut qui passiónis Domínicæ mystéria celebrámus, imitémur quod ágimus. Per eúmdem Dóminum.

**Postcommunion.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut beáti Stéphani Confessóris tui fidem cóngrua devotióne sectémur; qui pro ejúsdem fídei dilatatióne, de terréno regno ad cæléstis regni glóriam méruit pervenire. Per Dóminum.

## 5. S. Laurent Justinien Évêque et Conf.

Semidouble.

*Oraisons de la Messe* Státuit. *d'un Confesseur Pontife, 631.*

# 8. LA NATIVITÉ DE LA B. VIERGE MARIE

Double de II. Classe avec Octave.

## AUX I. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres,* 967, *excepté :*

A Magnificat Ant. 1. J




¶ **A Complies,** *Ton et Doxologie de la B. V. M.,* 76. *Ce qui s'observe pendant toute l'Octave aux Heures dont les Hymnes ont le même mètre, à moins d'indication contraire.*

## A LA MESSE

*Introït.* Salve sancta parens. 698.

**Collecte.**

FAMULIS tuis, quæsumus Dómine, cæléstis grátiæ munus impertíre : ut quibus beátæ Vírginis partus éxstitit salútis exórdium, Nativitátis ejus votíva solémnitas pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum nostrum.

*Épître.* Dóminus possédit me. 712.

*Graduel.* Benedícta es tu. 712.

Allelúia, allelúia. ℣. Felix es. 892.

*Évangile.* Liber generatiónis Jesu Christi. 951.

*On dit* Credo *pendant toute l'Octave.*

*Offertoire.* Beáta es Virgo María. 697, *sans* Allelúia.



**Secrète.**

UNIGENITI tui Dómine nobis succúrrat humánitas : ut qui natus de Vírgine, Matris integritátem non mínuit, sed sacrávit; in Nativitátis ejus solémniis, nostris nos piáculis éxuens, oblatiónem nostram tibi fáciat accéptam Jesus Christus Dóminus noster : Qui tecum vivit.

*Préface de la B. V. M.* Et te in Nativitáte. 12.

*Communion.* Beáta víscera. 700.

**Postcommunion.**

SUMPSIMUS Dómine celebritátis ánnuæ votíva sacraménta : præsta, quæsumus; ut et temporális vitæ nobis remédia præbeant, et ætérnæ. Per Dóminum nostrum.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* 1. Dixit Dñus. 63. — 2. Laudáte púeri. 64. — 3. Lætátus sum. 86. — 4. Nisi Dñus. 86. — 5. Lauda Jerúsalem. 90.

1. Ant. 8. G






*Capitule.* Ab initio. *Hymne.* Ave maris stella. 690.

℣. Natívitas est hódie sanctæ Maríæ Vírginis.
℟. Cujus vita ínclyta cunctas illústrat ecclésias.









LE DIMANCHE DANS L'OCTAVE DE LA NATIVITÉ DE LA B. V. M.

# La Fête du Saint Nom de Marie.

Double majeur.

**Aux I. et II. Vêpres,** *Comme aux Fêtes de la B. V. M.*, 689.

℣ *Aux I. Vêpres, Ant. à Magnificat.* Sancta María... tui sancti Nóminis commemoratiónem.

## A LA MESSE

*Introït.* Vultum tuum. 671.

**Collecte.**

CONCEDE, quæsumus omnípotens Deus : ut fidéles tui, qui sub sanctíssimæ Vírginis Maríæ Nómine et protectióne lætántur ; ejus pia intercessióne, a cunctis malis liberéntur in terris, et ad gáudia ætérna pervenire mereántur in cælis. Per Dóminum nostrum.

*On fait mémoire du Dimanche, et on en lit l'Évangile à la fin de la Messe.*

*Épître.* Ego quasi vitis. 903.

*Graduel.* Benedícta et venerábilis. 698.

Allelúia, allelúia. ℣. Post partum. 699.

*Évangile.* Missus est. 694. Credo.

*Offertoire.* Ave María. 700.

**Secrète.**

TUA Dómine propitiatióne, et beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, ad perpétuam atque præséntem hæc oblátio nobis proficiat prosperitátem et pacem. Per Dóminum.

*Préface de la B. V. M.* Et te in Festivitáte. 12.

*Communion.* Beáta víscera. 700.

**Postcommunion.**

SUMPTIS Dómine salútis nostræ subsídiis : da quæsumus, beátæ Maríæ semper Vírginis patrocíniis nos ubíque prótegi, in cujus veneratióne hæc tuæ obtúlimus majestáti. Per Dñum.

## 9. Mémoire de S. Gorgon Martyr.

**Collecte.**

SANCTUS tuus Dómine Gorgónius sua nos intercessióne lætíficet : et pia fáciat solemnitáte gaudére. Per Dóminum.

**Secrète.**

GRATA tibi sit Dómine nostræ servitútis oblátio : pro qua sanctus Gorgónius Martyr intervéntor exsístat. Per Dñum.

**Postcommunion.**

FAMILIAM tuam Deus, suávitas ætérna contíngat et végetet : quæ in Mártyre tuo Gorgónio Christi Fílii tui bono júgiter odóre pascátur. Per eúmdem Dóminum.

## 10. S. Nicolas de Tolentino Conf. *Double.*

**Messe.** Justus ut palma. *d'un Confesseur non Pontife,* 648.

## 11. Mémoire des SS. Prote et Hyacinthe Mart.

**Collecte.**

BEATORUM Mártyrum tuórum Proti et Hyacínthi nos, Dómine, fóveat pretiósa conféssio : et pia júgiter intercéssio tueátur. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

PRO sanctórum Mártyrum tuórum Proti et Hyacínthi commemoratióne, múnera tibi Dómine quæ debémus, exsólvimus : præsta quæsumus; ut remédium nobis perpétuæ salútis operéntur. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

UT percépta nos Dómine tua sancta purífícent : beatórum Mártyrum tuórum Proti et Hyacínthi, quæsumus, implóret orátio. Per Dóminum nostrum.

## 14. L'Exaltation de la Sainte Croix.

**Double majeur.**

### AUX I. VÊPRES

*Antiennes et Psaumes de la Fête de l'Invention, 3. Mai,* 820.

*A la sixième strophe de l'Hymne* Vexílla Regis, *on dit :* O Crux ave spes única, In hac triúmphi glória...



¶ **A Complies,** *Ton et Doxologie de la B. V. M.,* 76, *à cause de l'Octave. Mais si cette Fête se célèbre en dehors de l'Octave, on prend le ton du Temps de la Passion,* 267.

### A LA MESSE

*Introït.* Nos autem. 821.

**Collecte.**

DEUS, qui nos hodiérna die Exaltatiónis sanctæ Crucis ánnua solemnitáte lætíficas : præsta quæsumus ; ut cujus mystérium in terra cognóvimus, ejus redemptiónis prémia in cælo mereámur. Per eúmdem Dóminum.

*De l'Oct. de la Nativ. de la B. V. M. Collecte.* Fámulis tuis. 966.

*Épître.* Hoc enim sentíte in vobis. 278.

*Graduel.* Christus factus est. 315.

Allelúia, allelúia. ℣. Dulce lignum. 822.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 12. e.*

IN illo témpore : Dixit Jesus turbis Judæórum : Nunc judícium est mundi : nunc princeps hujus mundi ejiciétur foras. Et ego si exaltátus fúero a terra, ómnia traham ad meípsum. (Hoc autem dicébat, significans qua morte esset moritúrus.) Respóndit ei turba : Nos audívimus ex lege, quia Christus manet in ætérnum : et quómodo tu dicis : Opórtet exaltári Fílium hóminis? quis est iste Fílius hóminis? Dixit ergo eis Jesus : Adhuc módicum lumen in vobis est. Ambuláte dum lucem habétis, ut non vos ténebræ comprehéndant; et qui ámbulat in ténebris, nescit quo vadat. Dum lucem habétis, crédite in lucem, ut fílii lucis sitis. Credo.






**Secrète.**

JESU Christi Dómini nostri córpore et sánguine saginándi, per quem Crucis est sanctificátum vexíllum : quæsumus Dómine Deus noster; ut, sicut illud adoráre merúimus, ita perénniter ejus glóriæ salutáris potiámur efféctu. Per eúmdem Dñum.

*De l'Octave. Secrète.* Unigéniti tui. 967.

*Préface de la Croix,* 11.

*Communion.* Per signum Crucis. 823.

**Postcommunion.**

ADESTO nobis, Dómine Deus noster : et quos sanctæ Crucis lætári facis honóre, ejus quoque perpétuis deféndе subsídiis. Per Dóminum nostrum.

*De l'Octave. Postcommunion.* Súmpsimus Dómine. 967.

AUX II. VÊPRES

*Comme à la Fête de l'Invention,* 823. *On omet* l'Allelúia *à la fin des Antiennes, excepté de la troisième* Ecce Crucem Dómini.

*On dit à la sixième strophe de l'Hymne :* O Crux ave, spes única, In hac triúmphi glória...






## 15. Oct. de la Nativité de la B. V. M. *Double.*

*Comme au jour de la Fête,* 966.

*Mémoire de* **Saint Nicomède Martyr.**

**Collecte.**

ADESTO Dómine pópulo tuo : ut beáti Nicomédis Mártyris tui mérita præclára suscípiens, ad impetrándam misericórdiam tuam semper ejus patrocíniis adjuvétur. Per Dóminum.

**Secrète.**

SUSCIPE Dómine múnera propítius obláta : quæ majestáti tuæ beáti Nicomédis Mártyris comméndet orátio. Per Dñum.

**Postcommunion.**

PURIFICENT nos Dómine sacraménta quæ súmpsimus : et, intercedénte beáto Nicoméde Mártyre tuo, a cunctis effíciant vítiis absolútos. Per Dóminum.

LE III. DIMANCHE DE SEPTEMBRE

## La Fête des Sept Douleurs de la B. V. M.

**Double majeur.**

AUX I. VÊPRES

*Comme au II. Vêpres,* 974, *excepté :*




¶ **A Complies,** *on chante l'Hymne sur le ton des Fêtes de la B. V. M.* 76, *avec la Doxologie :* Jesu tibi sit glória, Qui passus es pro sérvulis...

## A LA MESSE

*Comme à la Fête des VII Douleurs du Vendredi de la Passion, 793, excepté l'Oraison ci-dessous. Après le ℣.* Stabat sancta María, *on omet l'*Allelúia *pour ne le dire qu'après la Séquence.*

**Collecte.**

DEUS, in cujus passiónc, secúndum Simeónis prophetíam, dulcíssimam ánimam gloriósæ Vírginis et Matris Maríæ dolóris gládius pertransívit : concéde propítius ; ut qui dolóres ejus venerándo recólimus, passiónis tuæ efféctum felícem consequámur : Qui vivis.

*On fait mémoire du Dimanche, et on en lit l'Évangile à la fin de la Messe.*

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* 1. Dixit Dñus. 63. — 2. Laudáte púeri. 64. — 3. Lætátus sum. 86. — 4. Nisi Dñus. 86. — 5. Lauda Jerúsalem. 90.

1. Ant. 6. F




2. Ant. 1. g







8. Ant. 4. A






4. Ant. 8. G




5. Ant. 1. f




**Capitule.** *Thren. 2. d.*

CUI comparábo te? vel cui assimilábo te fília Jerúsalem? cui exæquábo te, et consolábor te virgo fília Sion? magna est velut mare contrítio tua.

Hymn. 2.











Stringit arctis néxibus Pectus illud et lacér- tos, Illa fi-



git vúlnera : Sicque to-ta colliquéscit In doló-ris óscu-



lis. 4. E-ia Ma- ter, obsecrámus Per tu-as has lácrimas,



Fi- li- íque triste fu- nus, Vulnerúmque púrpuram, Hunc



tu- i cordis do-lórem Conde nostris córdibus. 5. Esto Pa-



tri, Fi-li- óque, Et co-ævo Flámi-ni, Esto summæ Trini-



tá- ti Sempitérna glóri- a, Et perénnis laus, honórque



Hoc, et omni sæcu-lo. Amen.

℣. Regína Mártyrum ora pro nobis.
℟. Quæ juxta crucem Jesu constitísti.

A Magnificat Ant. 2. D



O Ppréssit me do-lor, et fáci- es me- a in-



túmu- it a fletu, et pálpebræ me-æ ca- ligavérunt.



E u o u a e. *Mémoire du Dimanche.*



## 16. SS. Corneille et Cyprien Pont. et Mart. *Semid.*

*Oraisons de la Messe* Intret. *de Plusieurs Martyrs,* 614.

*Mémoire des* **SS. Euphémie, Lucie et Géminien Martyrs.**

Collecte.

PRÆSTA Dómine précibus nostris cum exsultatióne provéntum : ut sanctórum Mártyrum Euphémiæ, Lucíæ et Geminiáni, quorum diem passiónis ánnua devotióne recólimus, étiam fídei constántiam subsequámur. Per Dóminum.

Secrète.

VOTA pópuli tui quæsumus Dómine, propítius inténde : et quórum nos tríbuis solémnia celebráre, fac gaudére suffrágiis. Per Dóminum.

Postcommunion.

EXAUDI Dómine preces nostras : et sanctórum Mártyrum tuórum Euphémiæ, Lucíæ et Geminiáni, quorum festa solémniter celebrámus, contínuis foveámur auxíliis. Per Dñum.

## 17. Impression des Stigmates de S. François.

Double.

**Aux I. et II. Vêpres,** *Comme au Commun d'un Confesseur non Pontife,* 640, *excepté :*

*Dans l'Hymne* Iste Confessor, *au lieu de :* Hac die... Scándere sedes, *on dit :* Hac die lætus méruit beáta Vúlnera Christi.

℣. Signásti Dómine servum tuum Franciscum.
℟. Signis redemptiónis nostræ.

A LA MESSE

Intr. 2.



M Ihi autem ab-sit glo-ri- á- ri, ni-si in



cru- ce Dómini no- stri Je-su Chri- sti, per quem mihi



mundus cruci-fíxus est, et e- go mun- do. *Ps.* Voce




**Collecte.**

DOMINE Jesu Christe, qui frigescénte mundo, ad inflammándum corda nostra tui amóris igne, in carne beatíssimi Francísci passiónis tuæ sacra stígmata renovásti : concéde propítius ; ut ejus méritis et précibus crucem júgiter ferámus, et dignos fructus pæniténtiæ faciámus : Qui vivis et regnas.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas.** *Gal. 6. d.*

FRATRES : Mihi autem absit gloriári, nisi in cruce Dómini nostri Jesu Christi : per quem mihi mundus crucifíxus est, et ego mundo. In Christo enim Jesu neque circumcísio áliquid valet, neque præpútium, sed nova creatúra. Et quicúmque hanc régulam secúti fúerint, pax super illos, et misericórdia, et super Israel Dei. De cætero nemo mihi moléstus sit : ego enim stígmata Dómini Jesu in córpore meo porto. Grátia Dómini nostri Jesu Christi cum spíritu vestro, fratres. Amen.

*Graduel.* Os justi. 638.






*Évangile.* Si quis vult post me veníre. 594.

*Offertoire.* Véritas mea. 591.

**Secrète.**

MUNERA tibi Domine dicáta sanctífica : et, intercedénte beáto Francísco, ab omni nos culpárum labe purífica. Per Dñum.

*Communion.* Fidélis servus. 634.

**Postcommunion.**

DEUS, qui mira crucis mystéria in beáto Confessóre tuo multifórmiter demonstrásti : da nobis, quæsumus ; devotiónis suæ semper exémpla sectári, et assídua ejúsdem crucis meditatióne muníri. Per Dóminum.

---

## 18. S. Joseph de Cupertino Conf. *Double.*

**Aux I. Vêpres. A Magnif. Ant.**




A LA MESSE





tu-a, Dómi-ne virtútum ! concupíscit, et dé-fi-cit ánima



me- a in á- tri- a Dómini. Gló-ri- a Patri. E u o u a e.

**Collecte.**

DEUS, qui ad unigénitum Fílium tuum exaltátum a terra ómnia tráhere disposuísti : pérfice propítius ; ut méritis et exémplo seráphici Confessóris tui Joséphi supra terrénas omnes cupiditátes eleváti, ad eum pervenire mereámur : Qui tecum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *1. Cor. 13.*

FRATRES : Si linguis hóminum loquar, et Angelórum, caritátem autem non hábeam, factus sum velut æs sonans, aut cýmbalum tínniens. Et si habúero prophetíam, et nóverim mystéria ómnia, et omnem sciéntiam : et si habúero omnem fidem, ita ut montes tránsferam, caritátem autem non habúero, nihil sum. Et si distribúero in cibos paúperum omnes facultátes meas, et si tradídero corpus meum ita ut árdeam, caritátem autem non habúero, nihil mihi prodest. Cáritas pátiens est, benígna est : cáritas non æmulátur, non agit pérperam, non inflátur, non est ambitiósa, non quærit quæ sua sunt, non irritátur, non cógitat malum, non gaudet super iniquitáte, congaúdet autem veritáti : ómnia suffert, ómnia credit, ómnia sperat, ómnia sústinet. Cáritas nunquam éxcidit : sive prophetíæ evacuabúntur, sive linguæ cessábunt, sive sciéntia destruétur.

*Graduel.* Dómine prævenísti eum. 651.








vit caput e- jus.

*Évangile.* Loquebátur Jesus. 557.




*Secrète.* Laudis tibi. 648.




*Postcommunion.* Refécti cibo. 648.

**Aux II. Vêpres, pour la Mémoire, Ant.**




## 19. S. Janvier Évêque et ses Compagnons Mart.

**Double.**

**Messe.** Salus autem. *de Plusieurs Martyrs,* 621.

## 20. S. Eustache et ses Compagnons Mart.

**Double.**

**Messe.** Sapiéntiam. *de Plusieurs Martyrs,* 618.

## 21. S. MATTHIEU APOTRE ET ÉVANGÉLISTE

**Double de II. Classe.**

A LA MESSE

*Introït.* Os justi. 645.

**Collecte.**

BEATI Apóstoli et Evangelístæ Matthæi, Dómine, précibus adjuvémur : ut quod possibílitas nostra non óbtinet, ejus nobis intercessióne donétur. Per Dóminum nostrum.

*Épître* Similitúdo. *de la Fête de S. Marc,* 809.

*Graduel.* Beátus vir. 596.

Allelúia, allelúia. ℣. Te gloriósus. 955.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 9.*

IN illo témpore : Vidit Jesus hóminem sedéntem in telónio, Matthæum nómine. Et ait illi : Séquere me. Et surgens, secútus est eum. Et factum est, discumbénte eo in domo, ecce multi publicáni et peccatóres veniéntes discumbébant cum Jesu, et discípulis ejus. Et vidéntes pharisæi, dicébant discípulis ejus : Quare cum publicánis et peccatóribus mandúcat Magíster vester? At Jesus áudiens, ait : Non est opus valéntibus médicus, sed male habéntibus. Eúntes autem díscite quid est : Misericórdiam volo, et non sacrifícium. Non enim veni vocáre justos, sed peccatóres. Credo.



*Offertoire* Posuísti. 600.

**Secrète.**

SUPPLICATIONIBUS beáti Matthæi Apóstoli et Evangelístæ, quæsumus Dómine, Ecclésiæ tuæ commendétur oblátio : cujus magnífici prædicatiónibus erudítur. Per Dóminum.

*Préface des Apôtres,* 12.




**Postcommunion.**

PERCEPTIS Dómine sacraméntis, beáto Matthæo Apóstolo tuo et Evangelísta interveniénte, deprecámur : ut quæ pro ejus celebráta sunt glória, nobis proficiant ad medélam. Per Dóminum nostrum.

## 22. S. Thomas de Villeneuve Évêque et Conf.

*Double.* (m. t. v.)

**Aux I. et II. Vêpres, A Magnificat. Ant.**



**Messe.** Státuit. *d'un Confesseur Pontife*, 631, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Thomam Pontíficem insígnis in páuperes misericórdiæ virtúte decorásti : quæsumus ; ut ejus intercessióne, in omnes qui te deprecántur, divítias misericórdiæ tuæ benígnus effúndas. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire de* **S. Maurice et de ses Compagnons Martyrs.**

**Collecte.**

ANNUE, quæsumus omnípotens Deus : ut sanctórum Mártyrum tuórum Maurítii et Sociórum ejus nos lætíficet festíva solémnitas ; ut quorum suffrágiis nítimur, eórum natalítiis gloriémur. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

RESPICE, quæsumus Dómine, múnera, quæ in sanctórum Mártyrum tuórum Maurítii et Sociórum ejus commemoratióne deférimus : et præsta ; ut quorum honóre sunt grata, eórum nobis fiant intercessióne perpétua. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

CÆLESTIBUS refécti sacraméntis et gáudiis, súpplices te rogámus Dómine ; ut quorum gloriámur triúmphis, protegámur auxíliis. Per Dóminum nostrum.

---

## 23. Saint Lin Pape et Martyr. *Semid.*

*Oraisons de la Messe* Sacerdótes Dei. 591.

*Mémoire de* **Sainte Thècle Vierge et Martyre.**

**Collecte.**

DA, quæsumus omnípotens Deus : ut qui beátæ Theclæ Vírginis et Mártyris tuæ natalítia cólimus, et ánnua solemnitáte lætémur, et tantæ fídei proficiámus exémplo. Per Dñum.

*Secrète.* Súscipe Dómine. 662. — *Postc.* Auxiliéntur nobis. 663.

---

## 24. Notre-Dame de la Merci.

**Double majeur.**

**Aux I. et II. Vêpres,** *Comme aux Fêtes de la B. V. M.*, 689

**Messe.** Salve sancta parens. 698, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui per gloriosíssimam Fílii tui Matrem, ad liberándos Christifidéles a potestáte paganórum, nova Ecclésiam tuam prole amplificáre dignátus es : præsta quæsumus ; ut quam pie venerámur tanti óperis institutrícem, ejus páriter méritis et intercessióne, a peccátis ómnibus et captivitáte dæmonis liberémur. Per eúmdem Dóminum.

*On dit* Credo.

*Préface de la B. V. M.* Et te in Festivitáte. 12.



---

## 26. SS. Cyprien et Justine Martyrs.

**Collecte.**

BEATORUM Mártyrum Cypriáni et Justínæ nos Dómine fóveant continuáta præsídia : quia non désinis propítius intuéri, quos tálibus auxíliis concésseris adjuvári. Per Dóminum.

*Secrète.* Múnera tibi. 608.

*Postcommunion.* Præsta nobis. 609.

---

## 27. SS. Côme et Damien Martyrs. *Semid.*

**Collecte.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut qui sanctórum Mártyrum tuórum Cosmæ et Damiáni natalítia cólimus, a cunctis malis imminéntibus eórum intercessiónibus liberémur. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

SANCTORUM tuórum nobis Dómine pia non desit orátio : quæ et múnera nostra concíliet, et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

PROTEGAT, quæsumus Dómine, pópulum tuum, et participátio cæléstis indúlta convívii, et deprecátio colláta sanctórum. Per Dóminum nostrum.

---

## 28. S. Wenceslas Duc de Bohême Martyr. *Semid.*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Wencesláum per martýrii palmam a terréno principátu ad cæléstem glóriam transtulísti : ejus précibus nos ab omni adversitáte custódi, et ejúsdem tríbue gaudére consórtio. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* In virtúte. 595.

29. SEPTEMBRE

# LA DÉDICACE DE S. MICHEL ARCHANGE

Double de II. Classe.

## AUX I. VÊPRES

*Psaumes du Dimanche*, 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85. *Le reste comme aux II. Vêpres*, 991, *excepté :*

℣. Stetit Angelus juxta aram templi.
℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.






Archángelus Mícha- el tuba céci-nit : Ignósce Dómine De-



us noster, qui ápe-ris librum, et solvis signácu-la e-jus



allelú-ia. E u o u a e.

℣ A Complies, *Ton de l'Hymne*, 580.

## A LA MESSE






jus : poténtes virtú- te, qui fá- ci-tis verbum e-jus,





ad audi- éndam vo-cem sermó- num e- jus. *T. P.* Al-



le-lú- ia, alle- lú- ia. *Ps.* Bénedic ánima me- a Dó-



mi-no : et ómni- a quæ intra me sunt, nómi-ni sancto



e-jus. Gló-ri- a Patri. E u o u a e.

**Collecte.**

DEUS, qui miro órdine Angelórum ministéria hominúmque dispénsas : concéde propítius ; ut a quibus tibi ministrántibus in cælo semper assístitur, ab his in terra vita nostra muniátur. Per Dóminum nostrum.

**Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.** *Apoc. 1.*

IN diébus illis : Significávit Deus quæ opórtet fíeri cito, mittens per Angelum suum servo suo Joánni, qui testimónium perhíbuit verbo Dei, et testimónium Jesu Christi, quæcúmque vidit. Beátus qui legit et audit verba prophetíæ hujus : et servat ea quæ in ea scripta sunt : tempus enim prope est. Joánnes septem ecclésiis quæ sunt in Asia. Grátia vobis, et pax ab eo qui est, et qui erat, et qui ventúrus est : et a septem spirítibus, qui in conspéctu throni ejus sunt : et a Jesu Christo, qui est testis fidélis, primogénitus mortuórum, et princeps regum terræ, qui diléxit nos et lavit nos a peccátis nostris in sánguine suo.






omnes Ange-li e- jus :



po-téntes vir-tú- te, qui fá- ci-






*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :* Allelúia, allelúia. ℣. Sancte Míchael. *ci-dessus ; puis :*




℣. **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 18.*

In illo témpore : Accessérunt discípuli ad Jesum, dicéntes : Quis putas major est in regno cælórum? Et ádvocans Jesus párvulum, státuit eum in médio eórum, et dixit : Amen dico vobis, nisi convérsi fuéritis, et efficiámini sicut párvuli, non intrábitis in regnum cælórum. Quicúmque ergo humiliáverit se sicut párvulus iste, hic est major in regno cælórum. Et qui suscéperit unum párvulum talem in nómine meo, me súscipit. Qui autem scandalizáverit unum de pusíllis istis, qui in me credunt, éxpedit ei ut suspendátur mola asinária in collo ejus, et demergátur in profúndum maris. Væ mundo a scándalis. Necésse est enim ut véniant scándala : verúmtamen væ hómini illi, per quem scándalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalízat te, ábscide eum, et prójice abs te : bonum tibi est ad vitam íngredi débilem vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habéntem mitti in ignem ætérnum. Et si óculus tuus scandalízat te, érue eum, et prójice abs te : bonum tibi est cum uno óculo in vitam intráre, quam duos óculos habéntem, mitti in gehénnam ignis. Vidéte ne contemnátis unum ex his pusíllis : dico enim vobis, quia Angeli eórum in cælis semper vident fáciem Patris mei qui in cælis est.

Credo.

Offert. 1.




**Secrète.**

HOSTIAS tibi Dómine laudis offérimus, suppliciter deprecántes : ut eásdem, angélico pro nobis interveniénte suffrágio, et placátus accípias, et ad salútem nostram provenire concédas. Per Dóminum nostrum.

Comm. 3.






**Postcommunion.**

BEATI Archángeli tui Michaélis intercessióne suffúlti : súpplices te Dómine deprecámur : ut quod ore proséquimur, contingámus et mente. Per Dóminum.

## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Confitébor tibi. 88.

1. Ant. 4. A




2. Ant. 7. a




3. Ant. 8. G




4. Ant. t. pereg.




5. Ant. 7. c





Domina-ti-ónes, Princípá-tus et Po-testá- tes, Vir-tú- tes cæ-



ló- rum, laudá-te Dóminum de cæ-lis, alle-lú-ia. E u o u a e.

**Capitule.** *Apoc. 1.*

SIGNIFICAVIT Deus quæ opórtet fíeri cito, loquens per Angelum suum servo suo Joánni, qui testimónium perhíbuit verbo Dei, et testimónium Jesu Christi, quæcúmque vidit.

Hymn. 5.



T E splendor et virtus Patris, Te vi-ta, Je-su, cór-



di-um, Ab ore qui pendent tu-o, Laudámus inter Ange-



los. 2. Tibi mille densa mílli- um Ducum coróna mí- li-tat :



Sed éxpli-cat victor crucem Mícha- el salú-tis síguí-fer.



3. Dracónis hic di-rum caput In ima pellit tártara, Du-



cémque cum rebélli-bus Cælésti ab arce fúlminat. 4. Con-



tra ducem supérbi- æ Sequámur hunc nos príncipem, Ut





detur ex Agni throno Nobis coróna gló- ri- æ. 5. Patri si-



múlque Fí-li- o, Tibíque Sancte Spí- ri-tus, Sicut fu- it, sit



júgi-ter Sæclum per omne glóri- a. Amen.

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus. ℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

A Magnificat Ant. 1. J



P Rinceps glo- ri- o- sissime, Mícha-el Archánge-



le, esto memor nostri : hic et ubíque semper pre-cá-



re pro no-bis Fí-li-um De- i, alle- lú-ia, alle-lú-ia.



E u o u a e.

## 30. Saint Jérôme Prêtre, Confesseur et Docteur de l'Église. *Double.*

**Aux I. et II. Vêpres,** *A Magnificat, Ant.* O Doctor... beáte Hierónyme. 629.

**Messe.** In médio. 627, *excepté les Oraisons suivantes.* Credo.

**Collecte.**

DEUS, qui Ecclésiæ tuæ in exponéndis sacris Scriptúris beátum Hierónymum Confessórem tuum, Doctórem máximum providére dignátus es : præsta quæsumus; ut ejus suffragántibus méritis, quod ore simul et ópere dócuit, te adjuvánte exercére valeámus. Per Dóminum.

P. R.




*Évangile.* Accessérunt discípuli. 989.




**Secrète.**

SUSCIPE Dómine múnera, quæ pro sanctórum Angelórum tuórum veneratióne deférimus : et concéde propítius ; ut perpétuis eórum præsídiis, a præséntibus perículis liberémur, et ad vitam perveniámus ætérnam. Per Dóminum.

*Communion.* Benedícite. 990.

**Postcommunion.**

SUMPSIMUS Dómine divína mystéria, sanctórum Angelórum tuórum festivitáte lætántes : quæsumus ; ut eórum protectióne ab hóstium júgiter liberémur insídiis, et contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum.



## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Confitébor tibi. 88.



**Capitule.** *Exod. 23. d.*

ECCE ego mittam Angelum meum, qui præcédat te, et custódiat in via, et introdúcat in locum quem parávi. Obsérva eum, et audi vocem ejus.




CUstódes hóminum psállimus Ange-los, Na-tú-ræ frági-li quos Pa-ter áddidit Cæ-léstis cómi-tes, insi-di-án-tibus Ne succúmbe-ret hóstibus. 2. Nam quod corrú-e-rit pródi-tor ánge-lus, Concéssis méri-to pulsus honóri-bus, Ardens invídi- a, péllere ní- ti-tur Quos cælo De- us ád-vocat. 3. Huc custos ígi-tur pérvigil ádvo-la, Avértens pátri- a de tibi crédi-ta Tam morbos ánimi, quam requi-éscere Quidquid non si-nit ínco-las. 4. Sanctæ sit Trí- a-di laus pi- a júgi-ter, Cu-jus perpétu- o númine máchina Triplex hæc régi-tur, cujus in ómni- a Regnat gló-ri- a



sæcu-la. A-men.

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus. ℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

A Magnificat Ant. 8. G

SAncti Ange-li Custódes nostri, defféndi-te nos in præ-li- o, ut non pere- á- mus in treméndo judí-ci- o.

E u o u a e.

## 4. Saint François Confesseur.

**Double majeur.**

**Messe.** *Comme au 17. Septembre, 977, excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui Ecclésiam tuam beáti Francísci méritis fœtu novæ prolis amplíficas : tríbue nobis, ex ejus imitatióne terréna despícere, et cæléstium donórum semper participatióne gaudére. Per Dóminum nostrum.

*Évangile.* Respóndens Jesus. 723.

**Postcommunion.**

ECCLESIAM tuam, quæsumus Dómine, grátia cæléstis amplíficet : quam beáti Francísci Confessóris tui illumináre voluísti gloriósis méritis et exémplis. Per Dóminum nostrum.

## 5. S. Placide et ses Compagnons Martyrs.

*Oraisons de la Messe* Sapiéntiam. *de Plusieurs Martyrs,* 618.

## 6. Saint Bruno Confesseur. *Double.*

**Messe.** Os justi. *d'un Confesseur non Pontife,* 645, *excepté :*

**Collecte.**

SANCTI Brunónis Confessóris tui, quæsumus Dómine, intercessiónibus adjuvémur : ut qui majestátem tuam gráviter delinquéndo offéndimus, ejus méritis et précibus nostrórum delictórum véniam consequámur. Per Dóminum nostrum.

*Postcommunion.* Quæsumus. 651.

## 7. S. Marc Pape et Confesseur.

**Collecte.**

EXAUDI, Dómine, preces nostras : et, interveniénte beáto Marco Confessóre tuo atque Pontífice, indulgéntiam nobis tríbue placátus, et pacem. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire des* **SS. Sèrge, Bacchus, Marcel et Apulée Mart.**

Collecte.

SANCTORUM Mártyrum tuórum nos, Dómine, Sérgii, Bacchi, Marcélli et Apuléii beáta mérita prosequántur : et tuo semper fáciant amóre fervéntes. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

ACCEPTA tibi sit, Dómine, sacrátæ plebis oblátio pro tuórum honóre sanctórum : quorum se méritis percepísse de tribulatióne cognóscit auxílium. Per Dóminum nostrum.

Des SS. Martyrs. Secrète.

MAJESTATEM tuam nobis, Dómine quæsumus, hæc hóstia reddat immolánda placátam, tuórum digna postulatióne sanctórum. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

DA, quæsumus Dómine, fidélibus pópulis sanctórum tuórum semper veneratióne lætári, et eórum perpétua supplicatióne muníri. Per Dóminum nostrum.

Des SS. Martyrs. Postcommunion.

SACRAMENTIS Dómine muniámur accéptis : et sanctórum Mártyrum tuórum Sérgii, Bacchi, Marcélli et Apuléii intercessióne, contra omnes nequítias irruéntes, armis cæléstibus protegámur. Per Dóminum nostrum.



## 8. Sainte Brigitte Veuve. *Double.*

**Messe.** Cognóvi. 678, *excepté :*

**Collecte.**

DOMINE Deus noster, qui beátæ Birgíttæ per Fílium tuum unigénitum secréta cæléstia revelásti : ipsíus pia intercessióne da nobis fámulis tuis, in revelatióne sempitérnæ glóriæ tuæ gaudére lætántes. Per eúmdem Dóminum.

*Épître.* Víduas honóra. 825.

## 9. SS. Denis Évêque, Rustique et Éleuthère, Martyrs. *Semidouble.*

**Collecte.**

DEUS, qui hodiérna die beátum Dionýsium Mártyrem tuum atque Pontíficem virtúte constántiæ in passióne roborásti, quique illi ad prædicándum géntibus glóriam tuam, Rústicum et Eleuthérium sociáre dignátus es : tríbue nobis, quæsumus ; eórum imitatióne pro amóre tuo próspera mundi despícere, et nulla ejus advérsa formidáre. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

OBLATA tibi Dómine múnera pópuli tui, pro tuórum honóre sanctórum, súscipe propítius, quæsumus : et eórum nos intercessióne sanctífica. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

SUMPTIS Dómine sacraméntis, quæsumus : ut, intercedéntibus beátis Martýribus tuis Dionýsio, Rústico et Eleuthério, ad redemptiónis ætérnæ proficiámus augméntum. Per Dóminum nostrum.

## 10. S. François de Borgia Conf. *Semid.*

**Collecte.**

DOMINE Jesu Christe, veræ humilitátis et exémplar et prémium : quæsumus; ut sicut beátum Francíscum in terréni honóris contémptu imitatórem tui gloriósum effecísti, ita nos ejúsdem imitatiónis et glóriæ tríbuas esse consórtes : Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

*Secrète.* Sacris altáribus. 653. — *Postcomm.* Prótegat nos. 653.

## 13. S. Édouard Roi et Confesseur. *Semid.*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Regem Eduárdum Confessórem tuum ætérnitátis glória coronásti : fac nos, quæsumus; ita eum venerári in terris, ut cum eo regnáre possímus in cælis. Per Dóminum nostrum.

*Secrète.* Laudis tibi. 648. — *Postcommunion.* Refécti. 648.

## 14. S. Callixte I. Pape et Martyr. *Double.*

A LA MESSE

*Introït.* Sacerdótes Dei. 591.

**Collecte.**

DEUS, qui nos cónspicis ex nostra infirmitáte defícere : ad amórem tuum nos misericórditer per sanctórum tuórum exémpla restáura. Per Dóminum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos.** *Hebr. 5.*

FRATRES : Omnis póntifex ex homínibus assúmptus, pro homínibus constitúitur in iis quæ sunt ad Deum : ut ófferat dona et sacrifícia pro peccátis : qui condolére possit iis qui ignórant et errant : quóniam et ipse circúmdatus est infirmitáte; et proptérea debet, quemádmodum pro pópulo, ita étiam et pro semetípso offérre pro peccátis. Nec quisquam sumit sibi honórem, sed qui vocátur a Deo, tamquam Aaron.

*Graduel.* Invéni David. 588.

Allelúia, allelúia. ℣. Amávit eum. 636.

*Évangile.* Nihil est opértum. 600.

*Offertoire.* Véritas mea. 647.

**Secrète.**

MYSTICA nobis Dómine prosit oblátio : quæ nos et a reátibus nostris expédiat, et perpétua salvatióne confírmet. Per Dóminum nostrum.

*Communion.* Beátus servus. 648.

**Postcommunion.**

QUÆSUMUS omnípotens Deus : ut reátus nostros múnera sacráta purífícent, et recte vivéndi nobis operéntur efféctum. Per Dóminum nostrum.



## 15. Sainte Thérèse Vierge. *Double.*

**Aux I. et II. Vêpres, Hymne.**

2.



R Egis supérni núnti- a, Domum patérnam dése-ris,



Terris Te-ré-sa bárba-ris Christum datúra aut sánguinem.



2. Sed te manet su- ávi- or Mors, pœna poscit dúlci- or : Di-



ví*ni* amó-ris cúspide In vulnus icta cóncides. 3. O ca-ri-



tá-tis víctima! Tu corda nostra cóncrema, Ti-bíque gentes



crédi-tas Avérni ab igne líbe-ra. 4. Sit laus Patri cum Fí-



li- o, Et Spí-ri-tu Parácli-to, Tibíque sancta Tríni-tas,



Nunc, et per omne sæcu-lum. A-men.

**Messe.** Dilexísti. 667, *excepté :*

**Collecte.**

EXAUDI nos Deus salutáris noster : ut sicut de beátæ Terésiæ Vírginis tuæ festivitáte gaudémus; ita cæléstis ejus doctrínæ pábulo nutriámur, et piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum nostrum.

## 17. Sainte Hedwige Veuve. *Semid.*

**Collecte.**

DEUS, qui beátam Hedwígem a sæculi pompa ad húmilem tuæ crucis sequélam toto corde transíre docuísti : concéde; ut ejus méritis et exémplo discámus perítúras mundi calcáre delícias, et in ampléxu tuæ crucis ómnia nobis adversántia superáre : Qui vivis et regnas cum Deo Patre, in unitáte Spíritus Sancti, Deus.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Cognóvi. 678.

## 18. SAINT LUC ÉVANGÉLISTE

**Double de II. Classe.**

### A LA MESSE

*Introït.* Mihi autem, 702.

**Collecte.**

INTERVENIAT pro nobis, quæsumus Dómine, sanctus tuus Lucas Evangelísta : qui crucis mortificatiónem júgiter in suo córpore pro tui nóminis honóre portávit. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *2. Cor. 8.*

FRATRES : Grátias ago Deo, qui dedit eámdem sollicitúdinem pro vobis in corde Titi; quóniam exhortatiónem quidem suscépit : sed cum sollicítior esset, sua voluntáte proféctus est ad vos. Mísimus étiam cum illo fratrem, cujus laus est in Evangélio per omnes ecclésias : non solum autem, sed et ordinátus est ab ecclésiis comes peregrinatiónis nostræ, in hanc grátiam quæ ministrátur a nobis ad Dómini glóriam, et destinátam voluntátem nostram : devitántes hoc, ne quis nos vitúperet in hac plenitúdine, quæ ministrátur a nobis. Providémus enim bona non solum coram Deo, sed étiam coram homínibus. Mísimus autem cum illis et fratrem nostrum, quem probávimus in multis sæpe sollícitum esse : nunc autem multo sollicitiórem, confidéntia multa in vos, sive pro Tito qui est sócius meus, et in vos adjútor; sive fratres nostri, Apóstoli ecclesiárum, glória Christi. Ostensiónem ergo, quæ est caritátis vestræ et nostræ glóriæ pro vobis, in illos osténdite in fáciem ecclesiárum.



*Graduel.* In omnem terram. 854.

Allelúia, allelúia. ℣. Ego vos elégi. 854.

*Évangile.* Designávit Dóminus. 764.

*Offertoire.* Mihi autem. 703.

**Secrète.**

DONIS cæléstibus da nobis, quæsumus Dómine, líbera tibi mente servíre : ut múnera quæ deférimus, interveniénte beáto Evangelísta tuo Luca, et medélam nobis operéntur, et glóriam. Per Dóminum nostrum.

*Préface des Apôtres,* 12.

*Communion.* Vos qui secúti. 774.

**Postcommunion.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut, quod de sancto altári tuo accépimus, précibus beáti Evangelístæ tui Lucæ, sanctificet ánimas nostras, per quod tuti esse possímus. Per Dóminum nostrum.

## 19. S. Pierre d'Alcantara Confesseur.

*Double.* (m. t. v.)

**Messe.** Justus. *d'un Confesseur non Pontife,* 648, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Petrum Confessórem tuum admirábilis pæniténtiæ et altíssimæ contemplatiónis múnere illustráre dignátus es : da nobis, quæsumus ; ut ejus suffragántibus méritis, carne mortificáti, facílius cæléstia capiámus. Per Dñum.

*Épître.* Quæ mihi fuérunt lucra. 722.

## 20. S. Jean de Kenty Confesseur. *Double.*

**Aux I. Vêpres, Hymne.**






## A LA MESSE

Intr. 4.









### Collecte.

DA, quæsumus omnípotens Deus : ut sancti Joánnis Confessóris exémplo in sciéntia sanctórum proficiéntes, atque áliis misericórdiam exhibéntes, ejus méritis indulgéntiam apud te consequámur. Per Dóminum nostrum.

### Lectio Epistolæ beati Jacobi Apostoli. *Jac. 2. c.*

SIC loquímini, et sic fácite, sicut per legem libertátis incipiéntes judicári. Judícium enim sine misericórdia illi qui non fecit misericórdiam : superexáltat autem misericórdia judícium. Quid próderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habére, ópera autem non hábeat ? Numquid póterit fides salváre eum ? Si autem frater et soror nudi sint, et indígeant victu quotidiáno, dicat autem áliquis ex vobis illis : Ite in pace, calefacímini et saturámini ; non dedéritis autem eis quæ necessária sunt córpori, quid próderit ? Sic et fides, si non hábeat ópera, mórtua est in semetípsa.

Grad. 3.










*Évangile.* Sint lumbi vestri. 647.




**Secrète.**

HAS, quæsumus Dómine, hóstias sancti Joánnis Confessóris tui méritis benígnus assúme : et præsta ; ut te super ómnia, et omnes propter te diligéntes, corde tibi et ópere placeámus. Per Dóminum nostrum.




**Postcommunion.**

PRETIOSI córporis et sánguinis tui, Dómine, pasti delíciis, tuam súpplices deprecámur cleméntiam : ut sancti Joánnis Confessóris tui méritis et exémplis, ejúsdem caritátis imitatóres effécti, consórtes simus et glóriæ : Qui vivis.

Aux II. Vêpres, Hymne.




## 21. Saint Hilarion Abbé.

*Oraisons de la Messe* Os justi. *du Commun des Abbés,* 645.

*Mémoire de* **Sainte Ursule et de ses Compagnes Vierges et Martyres.** *Oraisons du Commun,* 667.



## 25. SS. Chrysanthe et Darie Martyrs.

**Collecte.**

BEATORUM Mártyrum tuórum Dómine Chrysánthi et Daríæ, quæsumus, adsit nobis orátio : ut quos venerámur obséquio, eórum pium júgiter experiámur auxílium. Per Dñum.

**Secrète.**

POPULI tui, quæsumus Dómine, tibi grata sit hóstia, quæ in natalítiis sanctórum Mártyrum tuórum Chrysánthi et Daríæ solémniter immolátur. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

MYSTICIS Dómine repléti sumus votis et gáudiis : præsta quæsumus ; ut intercessiónibus sanctórum Mártyrum tuórum Chrysánthi et Daríæ, quæ temporáliter ágimus, spirituáliter consequámur. Per Dóminum nostrum.

## 26. S. Évariste Pape et Martyr.

*Oraisons de la Messe* Státuit. *d'un Martyr Pontife,* 587.

## 28. SS. SIMON ET JUDE APOTRES

**Double de II. Classe.**

### A LA MESSE

*Introït.* Mihi autem. 702.

**Collecte.**

DEUS, qui nos per beátos Apóstolos tuos Simónem et Judam ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuísti : da nobis eórum glóriam sempitérnam et proficiéndo celebráre, et celebrándo proficere. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios.** *Ephes. 4. b.*

FRATRES : Unicuíque nostrum data est grátia secúndum mensúram donatiónis Christi. Propter quod dicit : Ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem : dedit dona homínibus. Quod autem ascéndit, quid est, nisi quia et descéndit primum in inferióres partes terræ ? Qui descéndit, ipse est et qui ascéndit super omnes cælos, ut impléret ómnia. Et ipse dedit

quosdam quidem apóstolos, quosdam autem prophétas, álios vero evangelístas, álios autem pastóres et doctóres ad consummatiónem sanctórum in opus ministérii, in ædificatiónem córporis Christi; donec occurrámus omnes in unitátem fídei, et agnitiónis Fílii Dei, in virum perféctum, in mensúram ætátis plenitúdinis Christi.

*Graduel.* Constítues eos. 877.




℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 15. c.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Hæc mando vobis, ut diligátis ínvicem. Si mundus vos odit, scitóte quia me priórem vobis ódio hábuit. Si de mundo fuissétis, mundus, quod suum erat, dilígeret : quia vero de mundo non estis, sed ego elégi vos de mundo, proptérea odit vos mundus. Mementóte sermónis mei, quem ego dixi vobis : Non est servus major dómino suo. Si me persecúti sunt, et vos persequéntur : si sermónem meum servavérunt, et vestrum servábunt. Sed hæc ómnia fácient vobis propter nomen meum : quia nésciunt eum qui misit me. Si non veníssem, et locútus fuíssem eis, peccátum non habérent : nunc autem excusatiónem non habent de peccáto suo. Qui me odit, et Patrem meum odit. Si ópera non fecíssem in eis, quæ nemo álius fecit, peccátum non habérent : nunc autem et vidérunt, et odérunt et me et Patrem meum. Sed ut adimpleátur sermo qui in lege eórum scriptus est : Quia ódio habuérunt me gratis. Credo.






**Secrète.**

Gloriam Dómine sanctórum Apostolórum tuórum Simónis et Judæ perpétuam venerántes : quæsumus; ut eam, sacris mystériis expiáti, dígnius celebrémus. Per Dóminum.

*Préface des Apôtres,* 12.

*Communion.* Vos qui secúti estis me. 774.

**Postcommunion.**

Perceptis Dómine sacraméntis, supplíciter exorámus : ut, intercedéntibus beátis Apóstolis tuis Simóne et Juda, quæ pro illórum veneránda gérimus passióne, nobis proficiant ad medélam. Per Dóminum nostrum.

## FÊTES DE NOVEMBRE

# 1. LA FÊTE DE TOUS LES SAINTS

**Double de I. Classe avec Octave.**

### AUX I. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres,* 1024, *excepté :*

*Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

℣. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.






¶ **A Complies**, *L'Hymne se chante sur le ton de celle des Vêpres.*

## A LA MESSE









**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári : quæsumus ; ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, multiplicátis intercessóribus, largiáris. Per Dóminum.

**Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.** *Apoc. 7.*

IN diébus illis : Ecce ego Joánnes vidi álterum Angelum ascendéntem ab ortu solis, habéntem signum Dei vivi : et clamávit voce magna quátuor Angelis, quibus datum est nocére terræ et mari, dicens : Nolíte nocére terræ et mari, neque arbóribus, quoadúsque signémus servos Dei nostri in fróntibus eórum. Et audívi númerum signatórum, centum quadragínta quátuor míllia signáti, ex omni tribu filiórum Israel. Ex tribu Juda duódecim míllia signáti. Ex tribu Ruben duódecim míllia signáti. Ex tribu Gad duódecim millia signáti. Ex tribu Aser duódecim míllia signáti. Ex tribu Néphtali duódecim míllia signáti. Ex tribu Manásse duódecim míllia signáti. Ex tribu Símeon duódecim míllia signáti. Ex tribu Levi duódecim míllia signáti. Ex tribu Issachar duódecim míllia signáti. Ex tribu Zábulon duódecim míllia signáti. Ex tribu Joseph duódecim míllia signáti. Ex tribu Bénjamin duódecim míllia signáti. Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumeráre nemo póterat ex ómnibus géntibus, et tríbubus, et pópulis, et linguis : stantes ante thronum, et in conspéctu Agni, amícti stolis albis, et palmæ in mánibus eórum : et clamábant voce magna, dicéntes : Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, et Agno. Et omnes Angeli stabant in circúitu throni, et seniórum, et quátuor animálium : et cecidérunt in conspéctu throni in fácies suas, et adoravérunt Deum, dicéntes : Amen. Benedíctio, et cláritas, et sapiéntia, et gratiárum áctio, honor, et virtus, et fortitúdo Deo nostro, in sæcula sæculórum. Amen.






**Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 5.*

In illo témpore : Videns Jesus turbas ascéndit in montem, et cum sedísset, accessérunt ad eum discípuli ejus, et apériens os suum, docébat eos, dicens : Beáti paúperes spíritu : quóniam ipsórum est regnum cælórum. Beáti mites : quóniam ipsi possidébunt terram. Beáti qui lugent : quóniam ipsi consolabúntur. Beáti qui esúriunt et sítiunt justítiam : quóniam ipsi saturabúntur. Beáti misericórdes : quóniam ipsi misericórdiam consequéntur. Beáti mundo corde : quóniam ipsi Deum vidébunt. Beáti pacífici : quóniam fílii Dei vocabúntur. Beáti qui persecutiónem patiúntur propter justítiam : quóniam ipsórum est regnum cælórum. Beáti estis cum maledíxerint vobis, et persecúti vos fúerint, et díxerint omne malum advérsum vos, mentiéntes, propter me : gaudéte et exsultáte, quóniam merces vestra copiósa est in cælis. Credo.






**Secrète.**

Munera tibi Dómine nostræ devotiónis offérimus : quæ et pro cunctórum tibi grata sint honóre justórum, et nobis salutária te miseránte reddántur. Per Dominum.






**Postcommunion.**

D$^{A}$, quæsumus Dómine, fidélibus pópulis ómnium Sanctórum semper veneratióne lætári : et eórum perpétua supplicatióne muníri. Per Dóminum.

## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* 115. Crédidi. 85.

1. Ant. 1. f




2. Ant. 1. f




3. Ant. 8. G









4. Ant. 8.




5. Ant. 8. G




**Capitule.** *Apoc. 7.*

Ecce ego Joánnes vidi álterum Angelum ascendéntem ab ortu solis, habéntem signum Dei vivi : et clamávit voce magna quátuor Angelis quibus datum est nocére terræ et mari, dicens : Nolíte nocére terræ et mari, neque arbóribus, quoadúsque signémus servos Dei nostri in fróntibus eórum.

Hymn. 8.





2. Et vos be- á- ta, per novem Distincta gy-ros, ágmi-na,



Antíqua cum præséntibus, Futú-ra damna pélli-te. 3. A-pó-



sto-li cum Vá- tibus, Apud sevé-rum Júdi-cem, Ve-ris re-ó-



rum flé-tibus Expóscite indulgénti- am. 4. Vos purpu-rá- ti



Mártyres, Vos candidá- ti prémi- o Confessi- ónis, éxsu-



les Vocá-te nos in pátri- am. 5. Cho-ré- a casta Vírginum,



Et quos e-rémus ínco- las Transmí-sit astris, cæ-li-tum Lo-



cáte nos in sédibus. 6. Au-férte gentem pérfidam Cre-dén-



ti- um de fí-ni-bus, Ut unus omnes úni-cum Oví-le nos



pastor regat. 7. De- o Patri sit gló-ri- a, Na-tóque Patris





úni-co, Sancto simul Parácli-to, In sempi-térna sæcu-la.



Amen.

℣. Exsultábunt sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

A Magnificat Ant. 6. F



O quam glo-ri- ó-sum est regnum in quo cum



Christo gaudent omnes Sancti ! amícti sto-lis albis, se-



quúntur Agnum quocúmque í- e-rit. E u o u a e.

¶ *Après le* Benedicámus Dómino, *on chante les Vêpres des Morts en commençant par l'Ant.* Placébo Dómino, *que l'on dit en entier avant et après le Ps. On double également les autres Ant.*

*Après le* Pater, *on omet le Ps.* Lauda ánima, *et l'on dit, avec les ℣℣. ordinaires, l'Oraison* Fidélium *avec la grande conclusion.*

*Si le lendemain de la Toussaint était un Dimanche, on renverrait au Lundi l'Office des Morts dont on ne chanterait les Vêpres qu'après celles du Dimanche.*

## 2. Commémoraison de tous les Fidèles Défunts.

*Comme à l'Office des Morts.*

## 4. S. Charles Évêque et Conf. *Double.*

**Messe.** Státuit. *d'un Confesseur Pontife,* 631, *excepté :*

**Collecte.**

Ecclesiam tuam, Dómine, sancti Cároli Confessóris tui atque Pontíficis contínua protectióne custódi : ut sicut illum pastorális sollicitúdo gloriósum réddidit ; ita nos ejus intercéssio in tuo semper fáciat amóre fervéntes. Per Dóminum.

*Mémoire de l'Octave,* 1021. Credo *à cause de l'Octave.*

*Puis mémoire des* **Saints Vital et Agricola Martyrs.**

**Collecte.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut qui sanctórum Mártyrum tuórum Vitális et Agrícolæ solémnia cólimus, eórum apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

*Secrète.* Oblátis. 608. — *Postcommunion.* Hæc nos commúnio. 609.

## 8. L'Octave de la Toussaint. *Double.*

*Comme au jour de la Fête,* 1019.

*Mémoire des* **Quatre SS. Couronnés Martyrs.**

**Collecte.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

BENEDICTIO tua Dómine larga descéndat : quæ et múnera nostra, deprecántibus sanctis Martýribus tuis, tibi reddat accépta, et nobis sacraméntum redemptiónis effíciat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

**Postcommunion.**

CÆLESTIBUS refécti sacraméntis et gáudiis, súpplices te Dómine deprecámur ; ut quorum gloriámur triúmphis, protegámur auxíliis. Per Dóminum nostrum.

## 9. La Dédicace de la Basilique du Ss. Sauveur.

**Double majeur.**

*Comme au Commun de la Dédicace d'une Église,* 681.

*Mémoire de* **Saint Théodore Martyr.**

**Collecte.**

DEUS, qui nos beáti Theodóri Mártyris tui confessióne gloriósa circúmdas et prótegis : præsta nobis ex ejus imitatióne proficere, et oratióne fulciri. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

SUSCIPE Dómine fidélium preces cum oblatiónibus hostiárum : et, intercedénte beáto Theodóro Mártyre tuo, per hæc piæ devotiónis offícia ad cæléstem glóriam transeámus. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

PRÆSTA nobis, quæsumus Dómine : intercedénte beáto Theodóro Mártyre tuo ; ut quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum nostrum.



## 10. S. André Avellin Conf. *Double.*

**Messe.** Os justi. *d'un Confesseur non Pontife,* 645, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui in corde beáti Andréæ Confessóris tui, per árduum quotídie in virtútibus proficiéndi votum, admirábiles ad te ascensiónes disposuísti : concéde nobis, ipsíus méritis et intercessióne, ita ejúsdem grátiæ partícipes fíeri ; ut perfectióra semper exsequéntes, ad glóriæ tuæ fastígium felíciter perducámur. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire des* **SS. Tryphon, Respicius et Nympha Martyrs.**

**Collecte.**

FAC nos, quæsumus Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Tryphónis, Respícii et Nymphæ semper festa sectári : quorum suffrágiis protectiónis tuæ dona sentiámus. Per Dñum.

*Secrète.* Múnera tibi. 608. — *Postcommunion.* Præsta nobis. 609.

## 11. S. Martin Évêque et Conf. *Double.*

AUX I. VÊPRES

¶ *Quand on dit les Vêpres en entier, Ant. des II. Vêpres ; Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

*Capitule.* Ecce sacérdos. *Hymne.* Iste Conféssor. 625.

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.



## A LA MESSE

*Introït.* Státuit. 631.

**Collecte.**

DEUS, qui cónspicis quia ex nulla nostra virtúte subsístimus : concéde propítius ; ut intercessióne beáti Martíni Confessóris tui atque Pontíficis, contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire de* **Saint Menne Martyr.** *Oraisons de la Messe* In virtúte tua. 595.

*Épître.* Ecce sacérdos magnus. 632.

*Graduel.* Ecce sacérdos magnus. 632.




℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 11. d.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Nemo lucérnam accéndit, et in abscóndito ponit, neque sub módio : sed supra candelábrum, ut qui ingrediúntur, lumen vídeant. Lucérna córporis tui est óculus tuus. Si óculus tuus fúerit simplex, totum corpus tuum lúcidum erit ; si autem nequam fúerit, étiam corpus tuum tenebrósum erit. Vide ergo, ne lumen quod in te est, ténebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lúcidum fúerit, non habens áliquam partem tenebrárum, erit lúcidum totum, et sicut lucérna fulgóris illumináb it te.

*Offertoire.* Véritas mea. 647.



**Secrète.**

DA, misércors Deus : ut hæc salutáris oblátio, et a própriis nos reátibus indesinénter expédiat, et ab ómnibus tueátur advérsis. Per Dóminum nostrum.

*Communion.* Beátus servus. 648.

**Postcommunion.**

PRÆSTA, quæsumus Dómine Deus noster : ut quorum festivitáte votíva sunt sacraménta, eórum intercessióne salutária nobis reddántur. Per Dóminum.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Meménto. 87.





cælum semper inténtus, invíctum ab o-rati- óne spí-ri-tum



non re-laxá-bat, alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Ant. 8. G



M Artínus Abrahæ sinu lætus excí-pitur : Martí-



nus, hic pauper et módi-cus, cæ-lum dives ingrédi-tur,



hymnis cælésti-bus honorá-tur. E u o u a e.

*Capitule.* Ecce sacérdos. *Hymne.* Iste Confessor. 625.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

A Magnificat Ant. 1. J



O be- á-tum Pontí- fi-cem, qui to-tis viscéri-bus



di-li-gé-bat Christum Regem, et non formidábat impé-ri-



i princi-pátum! o sanctíssima ánima, quam etsi gládi- us



persecu-tó-ris non ábstu- lit, palmam tamen martý-ri- i non



amí-sit! E u o u a e.



## 12. Saint Martin Pape et Martyr. *Semid.*

*Oraisons de la Messe* Sacerdótes Dei. 591.

## 13. S. Didace Confesseur. *Semid.*

**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui dispositióne mirábili infírma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas : concéde propítius humilitáti nostræ ; ut piis beáti Dídaci Confessóris tui précibus, ad perénnem in cælis glóriam sublimári mereámur. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Justus. 648.

## 14. S. Josaphat Évêque et Mart. *Double.*

A LA MESSE

Intr. 1.



G Aude- ámus omnes in Dó-mi- no, di- em



festum ce-le-brántes sub honó- re be-á-ti Jó-saphat



Márty- ris : de cujus passi- ó- ne gaudent An-ge- li,



et colláu- dant Fí- li- um De- i. *Ps.* Exsultáte justi



in Dómi-no : rectos decet collaudá-ti- o. Glóri- a Patri.



E u o u a e. *ou* E u o u a e.

**Collecte.**

EXCITA, quæsumus Dómine, in Ecclésia tua Spíritum, quo replétus beátus Jósaphat Martyr et Póntifex tuus ánimam suam pro óvibus pósuit : ut, eo intercedénte, nos quoque eódem Spíritu moti ac roboráti, ánimam nostram pro frátribus pónere non vereámur. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos.** *Hebr. 5.*

FRATRES : Omnis póntifex ex homínibus assúmptus, pro homínibus constitúitur in iis quæ sunt ad Deum, ut ófferat dona et sacrifícia pro peccátis : qui condolére possit iis qui ignórant et errant : quóniam et ipse circúmdatus est infirmitáte : et proptérea debet, quemádmodum pro pópulo, ita étiam et pro semetípso offérre pro peccátis. Nec quisquam sumit sibi honórem, sed qui vocátur a Deo, tamquam Aaron. Sic et Christus non semetípsum clarificávit ut póntifex fíeret : sed qui locútus est ad eum : Fílius meus es tu, ego hódie génui te. Quemádmodum et in álio loco dicit : Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melchísedech.

*Graduel.* Invéni David. 588.

Allelúia, allelúia. ℣. Hic est sacérdos. 593.

*Évangile.* Ego sum pastor bonus. 425.




**Secrète.**

CLEMENTISSIME Deus, múnera hæc tua benedictióne perfúnde, et nos in fide confírma : quam sanctus Jósaphat Martyr et Póntifex tuus, effúso sánguine, adséruit. Per Dóminum.






**Postcommunion.**

SPIRITUM Dómine fortitúdinis hæc nobis tríbuat mensa cæléstis : quæ sancti Jósaphat Mártyris tui atque Pontíficis vitam pro Ecclésiæ honóre júgiter áluit ad victóriam. Per Dñum.

---

## 15. S. Gertrude Vierge. *Double.*

**Messe.** Dilexísti. *du Commun des Vierges,* 667, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui in corde beátæ Gertrúdis Vírginis jucúndam tibi mansiónem præparásti : ipsíus méritis et intercessióne cordis nostri máculas cleménter abstérge, et ejúsdem tríbue gaudére consórtio. Per Dóminum.

---

## 17. S. Grégoire le Thaumaturge Évêque et Conf.

**Semidouble.**

*Oraisons de la Messe* Státuit. *d'un Confesseur Pontife,* 632.

---

## 18. La Dédicace des Basiliques des Saints Apôtres Pierre et Paul.

**Double majeur.**

*Comme au Commun de la Dédicace d'une Église,* 681. Credo.

---

## 19. Sainte Élisabeth Veuve. *Double.*

**Messe.** Cognóvi. *du Commun des SS. Femmes,* 678, *excepté :*

**Collecte.**

TUORUM corda fidélium Deus miserátor illústra : et beátæ Elísabeth précibus gloriósis fac nos próspera mundi despícere; et cælésti semper consolatióne gaudére. Per Dóminum.

*Mémoire de* **S. Pontien Pape et Martyr.** *Oraisons de la Messe* Státuit. 587.

## 20. S. Félix de Valois Confesseur.

*Double.* (m. t. v.)

**Messe.** Justus. *d'un Confesseur non Pontife,* 648, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Felícem Confessórem tuum ex erémo ad munus rediméndi captívos cælitus vocáre dignátus es : præsta quæsumus ; ut per grátiam tuam ex peccatórum nostrórum captivitáte, ejus intercessióne liberáti, ad cæléstem pátriam perducámur. Per Dóminum.

## 21. La Présentation de la B. Vierge Marie.

Double majeur.

*Comme aux Fêtes de la B. V. Marie,* 689, *excepté :*

**Aux I. et II. Vêpres, A Magnificat, Ant.**

8. G




**Messe.** Salve sancta parens. 698.

**Collecte.**

DEUS, qui beátam Maríam semper Vírginem, Spíritus Sancti habitáculum, hodiérna die in templo præsentári voluísti : præsta quæsumus ; ut ejus intercessióne in templo glóriæ tuæ præsentári mereámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti.

*On dit* Credo.

*Préface de la B. V. M.* Et te in Præsentatióne. 12.



## 22. S. Cécile Vierge et Martyre. *Double.*

¶ *Quand on dit les 1. Vêpres en entier, Antiennes et Psaumes des II. Vêpres. Capitule, Hymne du Commun des Vierges,* 655.

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.




A LA MESSE

*Introït.* Loquébar. 658.

**Collecte.**

DEUS, qui nos ánnua beátæ Cæcíliæ Vírginis et Mártyris tuæ solemnitáte lætíficas : da, ut quam venerámur offício, étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

*Épître.* Dómine Deus meus. 663.






Allelúia, allelúia. ℣. Quinque prudéntes. 733.

*Évangile.* Símile erit regnum cælórum. 661.

*Offertoire.* Afferéntur Regi. 662.

**Secrète.**

HÆC hóstia Dómine placatiónis et laudis, quæsumus : ut intercedénte beáta Cæcília Vírgine et Mártyre tua, nos propitiatióne tua dignos semper efficiat. Per Dóminum.

*Communion.* Confundántur. 662.

**Postcommunion.**

SATIASTI Dómine famíliam tuam munéribus sacris : ejus quæsumus semper interventióne nos réfove, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Dixit Dñus. 63. — **2.** Laudáte púeri. 64. — **3.** Lætátus sum. 86. — **4.** Nisi Dóminus. 86. — **5.** Lauda Jerúsalem. 90.









¶ *Quand on dit les II. Vêpres en entier, Capitule, Hymne et* ℣. Diffúsa est. *du Commun,* 655. *A Magn., Ant.* Virgo. *ci-dessous.*

# 23. S. Clément Pape et Martyr. *Double.*

## AUX I. VÊPRES

¶ *Quand on dit les I. Vêpres en entier, Ant. des II. Vêpres. Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

*Capitule.* Beátus vir. *Hymne.* Deus tuórum mílitum. 585.

℣. Glória et honóre.




**Pour la mémoire de S. Cécile, Ant.**




## A LA MESSE









**Collecte.**

DEUS, qui nos ánnua beáti Cleméntis Mártyris tui atque Pontíficis solemnitáte lætíficas : concéde propítius ; ut cujus natalítia cólimus, virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire de* **Sainte Félicité Martyre.**

Collecte.

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut beátæ Felicitátis Mártyris tuæ solémnia recenséntes, méritis ipsíus protegámur, et précibus. Per Dóminum nostrum.

*Épître.* Imitatóres mei. 571.

*Graduel.* Jurávit Dóminus. 777.

Allelúia, allelúia. ℣. Hic est sacérdos. 593.

*Évangile.* Vigiláte. 637.

*Offertoire.* Véritas mea. 647.

**Secrète.**

MUNERA tibi Dómine obláta sanctífica : et, intercedénte beáto Cleménte Mártyre tuo atque Pontífice, per hæc nos a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per Dóminum.

De Sainte Félicité. Secrète.

VOTA pópuli tui Dómine propitiátus inténde : et cujus nos tríbuis solémnia celebráre, fac gaudére suffrágiis. Per Dóminum nostrum.

*Communion.* Beátus servus. 648.

**Postcommunion.**

CORPORIS sacri et pretiósi sánguinis repléti libámine, quæsumus Dómine Deus noster : ut quod pia devotióne gérimus, intercedénte beáto Cleménte Mártyre tuo atque Pontífice, certa redemptióne capiámus. Per Dóminum nostrum.

De sainte Félicité. Postcommunion.

SUPPLICES te rogámus, omnípotens Deus : ut intercedéntibus sanctis tuis, et tua in nobis dona multíplices, et témpora nostra dispónas. Per Dóminum nostrum.

AUX II. VÊPRES

*Psaumes du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Crédidi. 85.

1. Ant. 7. b



O -rán-te sancto Clemén- te, appáru- it e- i



Agnus De- i. E u o u a e.

2. Ant. 7. c



N ON me- is méri-tis



ad vos me mi- sit Dóminus, vestris corónis partí-cipem fí-



c-ri. E u o u a e.

3. Ant. 7. c



V Idi supra montem Agnum



stantem, de sub cujus pede fons vivus emánat. E u o u a e.

4. Ant. 1. f



D E sub cujus pe-de fons vivus emánat, flúminis ím-



petus læ-tí- ficat civi-tá-tem De- i. E u o u a e.

5. Ant. 8. c



O -mnes gen-tes per gyrum credidé-runt Christo





Dómino. E u o u a e.

*A partir du Capitule, on fait du suivant.*

**Pour la mémoire de S. Clément. Ant.**

1. f



D Edísti Dómi-ne habi-táculum Márty-ri tu-o Cle-



ménti in mari, in modum templi marmó-re- i, angé-



li-cis máni- bus præpa-rátum, i-ter præbens pópu-lo ter-



ræ, ut e-nárrent mi-rabí-li- a tu- a. E u o u a e.

℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

## 24. S. Jean de la Croix Confesseur

*Double.* (m. t. v.)

**Messe.** Os justi. *d'un Confesseur non Pontife,* 645, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui sanctum Joánnem Confessórem tuum perféctæ sui abnegatiónis et crucis amatórem exímium effecísti : concéde ; ut ejus imitatióni júgiter inhæréntes, glóriam assequámur ætérnam. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire de* **Saint Chrysogone Martyr.**

Collecte.

ADESTO Dómine supplicatiónibus nostris : ut qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus, beáti Chrysógoni Mártyris tui intercessióne liberémur. Per Dóminum.



cælum semper inténtus, invíctum ab o-rati- óne spí-ri-tum



non re-laxá-bat, alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Ant. 8. G



M Artínus Abrahæ sinu lætus excí-pitur : Martí-

nus, hic pauper et módi-cus, cæ-lum dives ingrédi-tur,



hymnis cælésti-bus honorá-tur. E u o u a e.

*Capitule.* Ecce sacérdos. *Hymne.* Iste Conféssor. 625.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

A Magnificat Ant. 1. J



O be- á-tum Pontí- fi-cem, qui to-tis viscéri-bus



di-li-gé-bat Christum Regem, et non formidábat impé-ri-



i princi-pátum! o sanctíssima ánima, quam etsi gládi- us



persecu-tó-ris non ábstu- lit, palmam tamen martý-ri- i non



amí-sit! E u o u a e.



## 12. Saint Martin Pape et Martyr. *Semid.*

*Oraisons de la Messe* Sacerdótes Dei. 591.

## 13. S. Didace Confesseur. *Semid.*

**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui dispositióne mirábili infírma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas : concéde propítius humilitáti nostræ ; ut piis beáti Dídaci Confessóris tui précibus, ad perénnem in cælis glóriam sublimári mereámur. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Justus. 648.

## 14. S. Josaphat Évêque et Mart. *Double.*

A LA MESSE

Intr. 1.



G Aude- ámus omnes in Dó-mi- no, di- em



festum ce-le-bántes sub honó- re be-á-ti Jó-saphat



Márty- ris : de cujus passi- ó- ne gaudent An-ge- li,



et colláu- dant Fí- li- um De- i. *Ps.* Exsultáte justi



in Dómi-no : rectos decet collaudá-ti- o. Glóri- a Patri.



E u o u a e. *ou* E u o u a e.

**Collecte.**

EXCITA, quæsumus Dómine, in Ecclésia tua Spíritum, quo replétus beátus Jósaphat Martyr et Póntifex tuus ánimam suam pro óvibus pósuit : ut, eo intercedénte, nos quoque eódem Spíritu moti ac roboráti, ánimam nostram pro frátribus pónere non vereámur. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos.** *Hebr. 5.*

FRATRES : Omnis póntifex ex homínibus assúmptus, pro homínibus constitúitur in iis quæ sunt ad Deum, ut ófferat dona et sacrifícia pro peccátis : qui condolére possit iis qui ignórant et errant : quóniam et ipse circúmdatus est infirmitáte : et proptérea debet, quemádmodum pro pópulo, ita étiam et pro semetípso offérre pro peccátis. Nec quisquam sumit sibi honórem, sed qui vocátur a Deo, tamquam Aaron. Sic et Christus non semetípsum clarificávit ut póntifex fíeret : sed qui locútus est ad eum : Fílius meus es tu, ego hódie génui te. Quemádmodum et in álio loco dicit : Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melchísedech.

*Graduel.* Invéni David. 588.

Allelúia, allelúia. ℣. Hic est sacérdos. 593.

*Évangile.* Ego sum pastor bonus. 425.




**Secrète.**

CLEMENTISSIME Deus, múnera hæc tua benedictióne perfúnde, et nos in fide confírma : quam sanctus Jósaphat Martyr et Póntifex tuus, effúso sánguine, adséruit. Per Dóminum.






**Postcommunion.**

SPIRITUM Dómine fortitúdinis hæc nobis tríbuat mensa cæléstis : quæ sancti Jósaphat Mártyris tui atque Pontíficis vitam pro Ecclésiæ honóre júgiter áluit ad victóriam. Per Dñum.

---

## 15. S. Gertrude Vierge. *Double.*

**Messe.** Dilexísti. *du Commun des Vierges,* 667, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui in corde beátæ Gertrúdis Vírginis jucúndam tibi mansiónem præparásti : ipsíus méritis et intercessióne cordis nostri máculas cleménter abstérge, et ejúsdem tríbue gaudére consórtio. Per Dóminum.

---

## 17. S. Grégoire le Thaumaturge Évêque et Conf.

**Semidouble.**

*Oraisons de la Messe* Státuit. *d'un Confesseur Pontife,* 632.

---

## 18. La Dédicace des Basiliques des Saints Apôtres Pierre et Paul.

**Double majeur.**

*Comme au Commun de la Dédicace d'une Église,* 681. Credo.

---

## 19. Sainte Élisabeth Veuve. *Double.*

**Messe.** Cognóvi. *du Commun des SS. Femmes,* 678, *excepté :*

**Collecte.**

TUORUM corda fidélium Deus miserátor illústra : et beátæ Elísabeth précibus gloriósis fac nos próspera mundi despícere; et cælésti semper consolatióne gaudére. Per Dóminum.

*Mémoire de* **S. Pontien Pape et Martyr.** *Oraisons de la Messe* Státuit. 587.

## 20. S. Félix de Valois Confesseur.

*Double.* (m. t. v.)

**Messe.** Justus. *d'un Confesseur non Pontife,* 648, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Felícem Confessórem tuum ex erémo ad munus rediméndi captívos cælitus vocáre dignátus es : præsta quæsumus ; ut per grátiam tuam ex peccatórum nostrórum captivitáte, ejus intercessióne liberáti, ad cæléstem pátriam perducámur. Per Dóminum.

## 21. La Présentation de la B. Vierge Marie.

Double majeur.

*Comme aux Fêtes de la B. V. Marie,* 689, *excepté :*

**Aux I. et II. Vêpres, A Magnificat, Ant.**




**Messe.** Salve sancta parens. 698.

**Collecte.**

DEUS, qui beátam Maríam semper Vírginem, Spíritus Sancti habitáculum, hodiérna die in templo præsentári voluísti : præsta quæsumus ; ut ejus intercessióne in templo glóriæ tuæ præsentári mereámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti.

*On dit* Credo.

*Préface de la B. V. M.* Et te in Præsentatióne. 12.



## 22. S. Cécile Vierge et Martyre. *Double.*

¶ *Quand on dit les I. Vêpres en entier, Antiennes et Psaumes des II. Vêpres. Capitule, Hymne du Commun des Vierges,* 655.

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.




### A LA MESSE

*Introït.* Loquébar. 658.

**Collecte.**

DEUS, qui nos ánnua beátæ Cæcíliæ Vírginis et Mártyris tuæ solemnitáte lætíficas : da, ut quam venerámur offício, étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

*Épître.* Dómine Deus meus. 663.






Allelúia, allelúia. ℣. Quinque prudéntes. 733.

*Évangile.* Símile erit regnum cælórum. 661.

*Offertoire.* Afferéntur Regi. 662.

**Secrète.**

HÆC hóstia Dómine placatiónis et laudis, quæsumus : ut intercedénte beáta Cæcília Vírgine et Mártyre tua, nos propitiatióne tua dignos semper efficiat. Per Dóminum.

*Communion.* Confundántur. 662.

**Postcommunion.**

SATIASTI Dómine famíliam tuam munéribus sacris : ejus quæsumus semper interventióne nos réfove, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Dixit Dñus. 63. — **2.** Laudáte púeri. 64. — **3.** Lætátus sum. 86. — **4.** Nisi Dóminus. 86. — **5.** Lauda Jerúsalem. 90.

1. Ant. 1. f









¶ *Quand on dit les II. Vêpres en entier, Capitule, Hymne et* ℣. Diffúsa est. *du Commun,* 655. *A Magn., Ant.* Virgo. *ci-dessous.*

# 23. S. Clément Pape et Martyr. *Double.*

## AUX I. VÊPRES

¶ *Quand on dit les I. Vêpres en entier, Ant. des II. Vêpres. Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

*Capitule.* Beátus vir. *Hymne.* Deus tuórum mílitum. 585.

℣. Glória et honóre.




**Pour la mémoire de S. Cécile, Ant.**




## A LA MESSE









**Collecte.**

DEUS, qui nos ánnua beáti Cleméntis Mártyris tui atque Pontíficis solemnitáte lætíficas : concéde propítius ; ut cujus natalítia cólimus, virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire de* **Sainte Félicité Martyre.**

Collecte.

PR.ESTA, quæsumus omnípotens Deus : ut beátæ Felicitátis Mártyris tuæ solémnia recenséntes, méritis ipsíus protegámur, et précibus. Per Dóminum nostrum.

*Épître.* Imitatóres mei. 571.

*Graduel.* Jurávit Dóminus. 777.

Allelúia, allelúia. ℣. Hic est sacérdos. 593.

*Évangile.* Vigiláte. 637.

*Offertoire.* Véritas mea. 647.

**Secrète.**

MUNERA tibi Dómine obláta sanctífica : et, intercedénte beáto Cleménte Mártyre tuo atque Pontífice, per hæc nos a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per Dóminum.

De Sainte Félicité. Secrète.

VOTA pópuli tui Dómine propitiátus inténde : et cujus nos tríbuis solémnia celebráre, fac gaudére suffrágiis. Per Dóminum nostrum.

*Communion.* Beátus servus. 648.

**Aux II. Vêpres, Hymne.**




## 21. Saint Hilarion Abbé.

*Oraisons de la Messe* Os justi. *du Commun des Abbés*, 645.

*Mémoire de* **Sainte Ursule et de ses Compagnes Vierges et Martyres.** *Oraisons du Commun*, 667.



## 25. SS. Chrysanthe et Darie Martyrs.

**Collecte.**

BEATORUM Mártyrum tuórum Dómine Chrysánthi et Daríæ, quæsumus, adsit nobis orátio : ut quos venerámur obséquio, córum pium júgiter experiámur auxílium. Per Dñum.

**Secrète.**

POPULI tui, quæsumus Dómine, tibi grata sit hóstia, quæ in natalítiis sanctórum Mártyrum tuórum Chrysánthi et Daríæ solémniter immolátur. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

MYSTICIS Dómine repléti sumus votis et gáudiis : præsta quæsumus ; ut intercessiónibus sanctórum Mártyrum tuórum Chrysánthi et Daríæ, quæ temporáliter ágimus, spirituáliter consequámur. Per Dóminum nostrum.

## 26. S. Évariste Pape et Martyr.

*Oraisons de la Messe* Státuit. *d'un Martyr Pontife*, 587.

## 28. SS. SIMON ET JUDE APOTRES

**Double de II. Classe.**

**A LA MESSE**

*Introït.* Mihi autem. 702.

**Collecte.**

DEUS, qui nos per beátos Apóstolos tuos Simónem et Judam ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuísti : da nobis eórum glóriam sempitérnam et proficiéndo celebráre, et celebrándo proficere. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios.** *Ephes. 4. b.*

FRATRES : Unicuíque nostrum data est grátia secúndum mensúram donatiónis Christi. Propter quod dicit : Ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem : dedit dona homínibus. Quod autem ascéndit, quid est, nisi quia et descéndit primum in inferióres partes terræ ? Qui descéndit, ipse est et qui ascéndit super omnes cælos, ut impléret ómnia. Et ipse dedit

quosdam quidem apóstolos, quosdam autem prophétas, álios vero evangelístas, álios autem pastóres et doctóres ad consummatiónem sanctórum in opus ministérii, in ædificatiónem córporis Christi; donec occurrámus omnes in unitátem fídei, et agnitiónis Fílii Dei, in virum perféctum, in mensúram ætátis plenitúdinis Christi.

*Graduel.* Constítues eos. 877.




℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 15. c.*

**In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Hæc mando vobis, ut diligátis ínvicem. Si mundus vos odit, scitóte quia me priórem vobis ódio hábuit. Si de mundo fuissétis, mundus, quod suum erat, dilígeret ; quia vero de mundo non estis, sed ego elégi vos de mundo, proptérea odit vos mundus. Mementóte sermónis mei, quem ego dixi vobis : Non est servus major dómino suo. Si me persecúti sunt, et vos persequéntur : si sermónem meum servavérunt, et vestrum servábunt. Sed hæc ómnia fácient vobis propter nomen meum : quia nésciunt eum qui misit me. Si non veníssem, et locútus fuíssem eis, peccátum non habérent : nunc autem excusatiónem non habent de peccáto suo. Qui me odit, et Patrem meum odit. Si ópera non fecíssem in eis, quæ nemo álius fecit, peccátum non habérent ; nunc autem et vidérunt, et odérunt et me et Patrem meum. Sed ut adimpleátur sermo qui in lege eórum scriptus est : Quia ódio habuérunt me gratis.** Credo.






Secrète.

Gloriam Dómine sanctórum Apostolórum tuórum Simónis et Judæ perpétuam venerántes : quæsumus ; ut eam, sacris mystériis expiáti, dígnius celebrémus. Per Dóminum.

*Préface des Apôtres,* 12.

*Communion.* Vos qui secúti estis me. 774.

Postcommunion.

Perceptis Dómine sacraméntis, supplíciter exorámus : ut, intercedéntibus beátis Apóstolis tuis Simóne et Juda, quæ pro illórum veneránda gérimus passióne, nobis proficiant ad medélam. Per Dóminum nostrum.

## FÊTES DE NOVEMBRE

# 1. LA FÊTE DE TOUS LES SAINTS

**Double de I. Classe avec Octave.**

### AUX I. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres,* 1024, *excepté :*

*Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

℣. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.






¶ A Complies, *L'Hymne se chante sur le ton de celle des Vêpres.*

## A LA MESSE









### Collecte.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári : quæsumus ; ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, multiplicátis intercessóribus, largiáris. Per Dóminum.

### Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli. *Apoc. 7.*

IN diébus illis : Ecce ego Joánnes vidi álterum Angelum ascendéntem ab ortu solis, habéntem signum Dei vivi : et clamávit voce magna quátuor Angelis, quibus datum est nocére terræ et mari, dicens : Nolíte nocére terræ et mari, neque arbóribus, quoadúsque signémus servos Dei nostri in fróntibus eórum. Et audívi númerum signatórum, centum quadragínta quátuor míllia signáti, ex omni tribu filiórum Israel. Ex tribu Juda duódecim míllia signáti. Ex tribu Ruben duódecim míllia signáti. Ex tribu Gad duódecim míllia signáti. Ex tribu Aser duódecim míllia signáti. Ex tribu Néphtali duódecim míllia signáti. Ex tribu Manásse duódecim míllia signáti. Ex tribu Símeon duódecim míllia signáti. Ex tribu Levi duódecim míllia signáti. Ex tribu Issachar duódecim míllia signáti. Ex tribu Zábulon duódecim míllia signáti. Ex tribu Joseph duódecim míllia signáti. Ex tribu Bénjamin duódecim míllia signáti. Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumeráre nemo póterat ex ómnibus géntibus, et tribubus, et pópulis, et linguis : stantes ante thronum, et in conspéctu Agni, amícti stolis albis, et palmæ in mánibus eórum : et clamábant voce magna, dicéntes : Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, et Agno. Et omnes Angeli stabant in circúitu throni, et seniórum, et quátuor animálium : et cecidérunt in conspéctu throni in fácies suas, et adoravérunt Deum, dicéntes : Amen. Benedíctio, et cláritas, et sapiéntia, et gratiárum áctio, honor, et virtus, et fortitúdo Deo nostro, in sæcula sæculórum. Amen.






**Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 5.*

IN illo témpore : Videns Jesus turbas ascéndit in montem, et cum sedísset, accessérunt ad eum discípuli ejus, et apériens os suum, docébat eos, dicens : Beáti paúperes spíritu :



quóniam ipsórum est regnum cælórum. Beáti mites : quóniam ipsi possidébunt terram. Beáti qui lugent : quóniam ipsi consolabúntur. Beáti qui esúriunt et sítiunt justítiam : quóniam ipsi saturabúntur. Beáti misericórdes : quóniam ipsi misericórdiam consequéntur. Beáti mundo corde : quóniam ipsi Deum vidébunt. Beáti pacífici : quóniam fílii Dei vocabúntur. Beáti qui persecutiónem patiúntur propter justítiam : quóniam ipsórum est regnum cælórum. Beáti estis cum maledíxerint vobis, et persecúti vos fúerint, et díxerint omne malum advérsum vos, mentiéntes, propter me : gaudéte et exsultáte, quóniam merces vestra copiósa est in cælis. Credo.




**Secrète.**

MUNERA tibi Dómine nostræ devotiónis offérimus : quæ et pro cunctórum tibi grata sint honóre justórum, et nobis salutária te miseránte reddántur. Per Dominum.





vo-ca-bún- tur : be- á- ti qui persecu-ti- ónem pa-ti- úntur



propter justí-ti- am, quóni- am ipsó- rum est re-



gnum cæ-ló- rum.

**Postcommunion.**

DA, quæsumus Dómine, fidélibus pópulis ómnium Sanctórum semper veneratióne lætári : et eórum perpétua supplicatióne muníri. Per Dóminum.

## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* 115. Crédidi. 85.

1. Ant. 1. f



VI-di turbam magnam, quam dinumerá-re nemo



póte-rat, ex ómnibus géntibus, stantes ante thronum.



Eu o u a e.

2. Ant. 1. f



ET omnes Ange-li stabant in



circú- i-tu throni, et ce-cidérunt in conspéctu thro-ni in



fá-ci- es su- as, et adoravé-runt De-um. Eu o u a e.

3. Ant. 8. G



REde-místi nos Dómine De-us in sángui-ne tu-o





ex omni tri-bu, et lingua, et pópulo, et na-ti- ó- ne,



et fecísti nos De- o nostro regnum. Eu o u a e.

4. Ant. 8.



BEnedí-ci-te Dó-minum omnes e-lécti e-jus : ági-



te di- es læ-tí-ti- æ, et confi- té- mi-ni illi. Eu o u a e.

5. Ant. 8. G



HYmnus ómnibus Sanctis e-jus : fí-li- is Isra-



el, pópulo appropinquánti sibi : gló-ri- a hæc est óm-



nibus Sanctis e-jus. Eu o u a e.

**Capitule.** *Apoc. 7.*

ECCE ego Joánnes vidi álterum Angelum ascendéntem ab ortu solis, habéntem signum Dei vivi : et clamávit voce magna quátuor Angelis quibus datum est nocére terræ et mari, dicens : Nolíte nocére terræ et mari, neque arbóribus, quoadúsque signémus servos Dei nostri in fróntibus eórum.

Hymn. 8.



PLa- cáre Christe sérvu-lis, Quibus Patris cleménti-



am Tuæ ad tribúnal grá-ti- æ Patróna Virgo póstu-lat.



2. Et vos be- á-ta, per novem Distíncta gy-ros, ágmi-na,



Antíqua cum præséntibus, itú- [illegible] pelli-te. 3. A-pó-



sto-li cum Vá- tibus, Apud [illegible]evé-r[illegible] Júdi-cem, Ve-ris re-ó-



rum flé-tibus Expóscite indulgénti- am. 4. Vos purpu-rá-ti



Mártyres, Vos candidá- ti præmi- o Confessi- ónis, éxsu-



les Vocá-te nos in pátri- am. 5. Cho-ré- a casta Vírginum,



Et quos e-rémus ínco- las Transmí- sit astris, cæ-li-tum Lo-



cáte nos in sédibus. 6. Au-férte gentem pérfidam Cre-dén-



ti- um de fí-ni-bus, Ut unus omnes úni-cum Oví-le nos



pastor regat. 7. De- o Patri sit gló-ri- a, Na-tóque Patris





úni-co, Sancto simul Parácli-to, In sempi-térna sæcu-la.



Amen.

℣. Exsultábunt sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

A Magnificat Ant. 6. F



O quam glo-ri- ó-sum est regnum in quo cum



Christo gaudent omnes Sancti! amícti sto-lis albis, se-



quúntur Agnum quocúmque í- e-rit. E u o u a e.

¶ *Après le* Benedicámus Dómino, *on chante les Vêpres des Morts en commençant par l'Ant.* Placébo Dómino, *que l'on dit en entier avant et après le Ps. On double également les autres Ant.*

*Après le* Pater, *on omet le Ps.* Lauda ánima, *et l'on dit, avec les* ℣℣. *ordinaires, l'Oraison* Fidélium *avec la grande conclusion.*

*Si le lendemain de la Toussaint était un Dimanche, on renverrait au Lundi l'Office des Morts dont on ne chanterait les Vêpres qu'après celles du Dimanche.*

---

## 2. Commémoraison de tous les Fidèles Défunts.

*Comme à l'Office des Morts.*

---

## 4. S. Charles Évêque et Conf. *Double.*

**Messe.** Státuit. *d'un Confesseur Pontife,* 631, *excepté :*

**Collecte.**

Ecclesiam tuam, Dómine, sancti Cároli Confessóris tui atque Pontíficis contínua protectióne custódi : ut sicut illum pastorális sollicitúdo gloriósum réddidit ; ita nos ejus intercéssio in tuo semper fáciat amóre fervéntes. Per Dóminum.

*Mémoire de l'Octave,* 1021. Credo *à cause de l'Octave.*

*Puis mémoire des* **Saints Vital et Agricola Martyrs.**

**Collecte.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut qui sanctórum Mártyrum tuórum Vitális et Agrícolæ solémnia cólimus, córum apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

*Secrète.* Oblátis. 608. — *Postcommunion.* Hæc nos commúnio. 609.

## 8. L'Octave de la Toussaint. *Double.*

*Comme au jour de la Fête,* 1019.

*Mémoire des* **Quatre SS. Couronnés Martyrs.**

**Collecte.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

BENEDICTIO tua Dómine larga descéndat : quæ et múnera nostra, deprecántibus sanctis Martýribus tuis, tibi reddat accépta, et nobis sacraméntum redemptiónis effíciat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

**Postcommunion.**

CÆLESTIBUS refécti sacraméntis et gáudiis, súpplices te Dómine deprecámur ; ut quorum gloriámur triúmphis, protegámur auxíliis. Per Dóminum nostrum.

## 9. La Dédicace de la Basilique du Ss. Sauveur.

**Double majeur.**

*Comme au Commun de la Dédicace d'une Église,* 681.

*Mémoire de* **Saint Théodore Martyr.**

**Collecte.**

DEUS, qui nos beáti Theodóri Mártyris tui confessióne gloriósa circúmdas et prótegis : præsta nobis ex ejus imitatióne proficere, et oratióne fulciri. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

SUSCIPE Dómine fidélium preces cum oblatiónibus hostiárum : et, intercedénte beáto Theodóro Mártyre tuo, per hæc piæ devotiónis offícia ad cæléstem glóriam transeámus. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

PRÆSTA nobis, quæsumus Dómine : intercedénte beáto Theodóro Mártyre tuo ; ut quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum nostrum.



## 10. S. André Avellin Conf. *Double.*

**Messe.** Os justi. *d'un Confesseur non Pontife,* 645, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui in corde beáti Andréæ Confessóris tui, per árduum quotídie in virtútibus proficiéndi votum, admirábiles ad te ascensiónes disposuísti : concéde nobis, ipsíus méritis et intercessióne, ita ejúsdem grátiæ partícipes fíeri ; ut perfectióra semper exsequéntes, ad glóriæ tuæ fastígium felíciter perducámur. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire des* **SS. Tryphon, Respicius et Nympha Martyrs.**

**Collecte.**

FAC nos, quæsumus Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Tryphónis, Respícii et Nymphæ semper festa sectári : quorum suffrágiis protectiónis tuæ dona sentiámus. Per Dñum.

*Secrète.* Múnera tibi. 608. — *Postcommunion.* Præsta nobis. 609.

## 11. S. Martin Évêque et Conf. *Double.*

AUX I. VÊPRES

¶ *Quand on dit les Vêpres en entier, Ant. des II. Vêpres ; Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

*Capitule.* Ecce sacérdos. *Hymne.* Iste Conféssor. 625.

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.



## A LA MESSE

*Introït.* Státuit. 631.

**Collecte.**

DEUS, qui cónspicis quia ex nulla nostra virtúte subsístimus : concéde propítius ; ut intercessióne beáti Martíni Confessóris tui atque Pontíficis, contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire de* **Saint Menne Martyr.** *Oraisons de la Messe* In virtúte tua. 595.

*Épître.* Ecce sacérdos magnus. 632.

*Graduel.* Ecce sacérdos magnus. 632.




℣. **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 11. d.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Nemo lucérnam accéndit, et in abscóndito ponit, neque sub módio : sed supra candelábrum, ut qui ingrediúntur, lumen vídeant. Lucérna córporis tui est óculus tuus. Si óculus tuus fúerit simplex, totum corpus tuum lúcidum erit ; si autem nequam fúerit, étiam corpus tuum tenebrósum erit. Vide ergo, ne lumen quod in te est, ténebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lúcidum fúerit, non habens áliquam partem tenebrárum, erit lúcidum totum, et sicut lucérna fulgóris illuminābit te.

*Offertoire.* Véritas mea. 647.



**Secrète.**

DA, misércors Deus : ut hæc salutáris oblátio, et a própriis nos reátibus indesinénter expédiat, et ab ómnibus tueátur advérsis. Per Dóminum nostrum.

*Communion.* Beátus servus. 648.

**Postcommunion.**

PRÆSTA, quæsumus Dómine Deus noster : ut quorum festivitáte votíva sunt sacraménta, córum intercessióne salutária nobis reddántur. Per Dóminum.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Meménto. 87.





cælum semper inténtus, invíctum ab o-rati- óne spí-ri-tum



non re-laxá-bat, alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Ant. 8. G



M Artínus Abrahæ sinu lætus excí-pitur : Martí-



nus, hic pauper et módi-cus, cæ-lum dives ingrédi-tur,



hymnis cælésti-bus honorá-tur. E u o u a e.

*Capitule.* Ecce sacérdos. *Hymne.* Iste Confléssor. 625.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

A Magnificat Ant. 1. J



O be- á-tum Pontí- fi-cem, qui to-tis viscéri-bus



di-li-gé-bat Christum Regem, et non formidábat impé-ri-



i princi-pátum! o sanctíssima ánima, quam etsi gládi- us



persecu-tó-ris non ábstu- lit, palmam tamen martý-ri- i non



amí-sit! E u o u a e.



## 12. Saint Martin Pape et Martyr. *Semid.*

*Oraisons de la Messe* Sacerdótes Dei. 591.

## 13. S. Didace Confesseur. *Semid.*

**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui dispositióne mirábili infírma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas : concéde propítius humilitáti nostræ ; ut piis beáti Dídaci Confessóris tui précibus, ad perénnem in cælis glóriam sublimári mereámur. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Justus. 648.

## 14. S. Josaphat Évêque et Mart. *Double.*

A LA MESSE

Intr. 1.



G Aude- ámus omnes in Dó-mi- no, di- em



festum ce-le-brántes sub honó- re be-á-ti Jó-saphat



Márty- ris : de cujus passi- ó- ne gaudent An-ge- li,



et colláu- dant Fí- li- um De- i. *Ps.* Exsultáte justi



in Dómi-no : rectos decet collaudá-ti- o. Glóri- a Patri.



E u o u a e. *ou* E u o u a e.

**Collecte.**

EXCITA, quæsumus Dómine, in Ecclésia tua Spíritum, quo replétus beátus Jósaphat Martyr et Póntifex tuus ánimam suam pro óvibus pósuit : ut, eo intercedénte, nos quoque eódem Spíritu moti ac roboráti, ánimam nostram pro frátribus pónere non vereámur. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos.** *Hebr.* 5.

FRATRES : Omnis póntifex ex homínibus assúmptus, pro homínibus constitúitur in iis quæ sunt ad Deum, ut ófferat dona et sacrifícia pro peccátis : qui condolére possit iis qui ignórant et errant : quóniam et ipse circúmdatus est infirmitáte : et proptérea debet, quemádmodum pro pópulo, ita étiam et pro semetípso offérre pro peccátis. Nec quisquam sumit sibi honórem, sed qui vocátur a Deo, tamquam Aaron. Sic et Christus non semetípsum clarificávit ut póntifex fíeret : sed qui locútus est ad eum : Fílius meus es tu, ego hódie génui te. Quemádmodum et in álio loco dicit : Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melchísedech.

*Graduel.* Invéni David. 588.

Allelúia, allelúia. ℣. Hic est sacérdos. 593.

*Évangile.* Ego sum pastor bonus. 425.

Offert. 2.




**Secrète.**

CLEMENTISSIME Deus, múnera hæc tua benedictióne perfúnde, et nos in fide confírma : quam sanctus Jósaphat Martyr et Póntifex tuus, effúso sánguine, adséruit. Per Dóminum.

Comm. 2.






**Postcommunion.**

SPIRITUM Dómine fortitúdinis hæc nobis tríbuat mensa cæléstis : quæ sancti Jósaphat Mártyris tui atque Pontíficis vitam pro Ecclésiæ honóre júgiter áluit ad victóriam. Per Dñum.

---

## 15. S. Gertrude Vierge. *Double.*

**Messe.** Dilexísti. *du Commun des Vierges,* 667, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui in corde beátæ Gertrúdis Vírginis jucúndam tibi mansiónem præparásti : ipsíus méritis et intercessióne cordis nostri máculas cleménter abstérge, et ejúsdem tríbue gaudére consórtio. Per Dóminum.

---

## 17. S. Grégoire le Thaumaturge Évêque et Conf.

**Semidouble.**

*Oraisons de la Messe* Státuit. *d'un Confesseur Pontife,* 632.

---

## 18. La Dédicace des Basiliques des Saints Apôtres Pierre et Paul.

**Double majeur.**

*Comme au Commun de la Dédicace d'une Église,* 681. Credo.

---

## 19. Sainte Élisabeth Veuve. *Double.*

**Messe.** Cognóvi. *du Commun des SS. Femmes,* 678, *excepté :*

**Collecte.**

TUORUM corda fidélium Deus miserátor illústra : et beátæ Elísabeth précibus gloriósis fac nos próspera mundi despícere; et cæléstis semper consolatióne gaudére. Per Dóminum.

*Mémoire de* **S. Pontien Pape et Martyr.** *Oraisons de la Messe* Státuit. 587.

## 20. S. Félix de Valois Confesseur.

*Double.* (m. t. v.)

**Messe.** Justus. *d'un Confesseur non Pontife,* 648, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Felícem Confessórem tuum ex erémo ad munus rediméndi captívos cælitus vocáre dignátus es : præsta quæsumus ; ut per grátiam tuam ex peccatórum nostrórum captivitáte, ejus intercessióne liberáti, ad cæléstem pátriam perducámur. Per Dóminum.

## 21. La Présentation de la B. Vierge Marie.

Double majeur.

*Comme aux Fêtes de la B. V. Marie,* 689, *excepté :*

**Aux I. et II. Vêpres, A Magnificat, Ant.**




**Messe.** Salve sancta parens. 698.

**Collecte.**

DEUS, qui beátam Maríam semper Vírginem, Spíritus Sancti habitáculum, hodiérna die in templo præsentári voluísti : præsta quæsumus ; ut ejus intercessióne in templo glóriæ tuæ præsentári mereámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti.

*On dit* Credo.

*Préface de la B. V. M.* Et te in Præsentatióne. 12.



## 22. S. Cécile Vierge et Martyre. *Double.*

¶ *Quand on dit les I. Vêpres en entier, Antiennes et Psaumes des II. Vêpres. Capitule, Hymne du Commun des Vierges,* 655.

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.




### A LA MESSE

*Introït.* Loquébar. 658.

**Collecte.**

DEUS, qui nos ánnua beátæ Cæcíliæ Vírginis et Mártyris tuæ solemnitáte lætíficas : da, ut quam venerámur offício, étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

*Épître.* Dómine Deus meus. 663.






Allelúia, allelúia. ℣. Quinque prudéntes. 733.

*Évangile.* Símile erit regnum cælórum. 661.

*Offertoire.* Afferéntur Regi. 662.

**Secrète.**

HÆC hóstia Dómine placatiónis et laudis, quæsumus : ut intercedénte beáta Cæcília Vírgine et Mártyre tua, nos propitiatióne tua dignos semper effíciat. Per Dóminum.

*Communion.* Confundántur. 662.

**Postcommunion.**

SATIASTI Dómine famíliam tuam munéribus sacris : ejus quæsumus semper interventióne nos réfove, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Dixit Dñus. 63. — **2.** Laudáte púéri. 64. — **3.** Lætátus sum. 86. — **4.** Nisi Dóminus. 86. — **5.** Lauda Jerúsalem. 90.

1. Ant. 1. f









¶ *Quand on dit les II. Vêpres en entier, Capitule, Hymne et* ℣. Diffúsa est. *du Commun,* 655. *A Magn., Ant.* Virgo. *ci-dessous.*

# 23. S. Clément Pape et Martyr. *Double.*

## AUX I. VÊPRES

¶ *Quand on dit les I. Vêpres en entier, Ant. des II. Vêpres. Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

*Capitule.* Beátus vir. *Hymne.* Deus tuórum mílitum. 585.

℣. Glória et honóre.




**Pour la mémoire de S. Cécile, Ant.**




## A LA MESSE









**Collecte.**

DEUS, qui nos ánnua beáti Cleméntis Mártyris tui atque Pontíficis solemnitáte lætíficas : concéde propítius ; ut cujus natalítia cólimus, virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire de* **Sainte Félicité Martyre.**

**Collecte.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut beátæ Felicitátis Mártyris tuæ solémnia recenséntes, méritis ipsíus protegámur, et précibus. Per Dóminum nostrum.

*Épître.* Imitatóres mei. 571.

*Graduel.* Jurávit Dóminus. 777.

Allelúia, allelúia. ℣. Hic est sacérdos. 593.

*Évangile.* Vigiláte. 637.

*Offertoire.* Véritas mea. 647.

**Secrète.**

MUNERA tibi Dómine obláta sanctífica : et, intercedénte beáto Cleménte Mártyre tuo atque Pontífice, per hæc nos a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per Dóminum.

**De Sainte Félicité. Secrète.**

VOTA pópuli tui Dómine propitiátus inténde : et cujus nos tríbuis solémnia celebráre, fac gaudére suffrágiis. Per Dóminum nostrum.

*Communion.* Beátus servus. 648.

**Postcommunion.**

CORPORIS sacri et pretiósi sánguinis repléti libámine, quæsumus Dómine Deus noster : ut quod pia devotióne gérimus, intercedénte beáto Cleménte Mártyre tuo atque Pontífice, certa redemptióne capiámus. Per Dóminum nostrum.

De sainte Félicité. Postcommunion.

SUPPLICES te rogámus, omnípotens Deus : ut intercedéntibus sanctis tuis, et tua in nobis dona multíplices, et témpora nostra dispónas. Per Dóminum nostrum.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Crédidi. 85.

1. Ant. 7. b



O -rán-te sancto Clemén- te, appáru- it e- i



Agnus De- i. E u o u a e.

2. Ant. 7. c



N ON me- is méri-tis



ad vos me mi-sit Dóminus, vestris corónis partí-cipem fí-



e-ri. E u o u a e.

3. Ant. 7. c



V Idi supra montem Agnum



stantem, de sub cujus pede fons vivus emánat. E u o u a e.

4. Ant. 1. f



D E sub cujus pe-de fons vivus emánat, flúminis ím-



petus læ-tí- ficat civi-tá-tem De- i. E u o u a e.

5. Ant. 8. c



Q -mnes gen-tes per gyrum credidé-runt Christo





Dómino. E u o u a e.

*A partir du Capitule, on fait du suivant.*

**Pour la mémoire de S. Clément. Ant.**

1. f



D Edísti Dómi-ne habi-táculum Márty-ri tu-o Cle-



ménti in mari, in modum templi marmó-re- i, angé-



li-cis máni- bus præpa-rátum, i-ter præbens pópu-lo ter-



ræ, ut e-nárrent mi-rabí-li- a tu- a. E u o u a e.

℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

## 24. S. Jean de la Croix Confesseur

*Double.* (m. t. v.)

**Messe.** Os justi. *d'un Confesseur non Pontife,* 645, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui sanctum Joánnem Confessórem tuum perféctæ sui abnegatiónis et crucis amatórem exímium effecísti : concéde ; ut ejus imitatióni júgiter inhæréntes, glóriam assequámur ætérnam. Per Dóminum nostrum.

*Mémoire de* **Saint Chrysogone Martyr.**

**Collecte.**

ADESTO Dómine supplicatiónibus nostris : ut qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus, beáti Chrysógoni Mártyris tui intercessióne liberémur. Per Dóminum.

Secrète.

OBLATIS, quæsumus Dómine, placáre munéribus : et, intercedénte beáto Chrysógono Mártyre tuo, a cunctis nos defénde perículis. Per Dóminum nostrum.

Postcommunion.

TUI Dómine perceptióne sacraménti, et a nostris mundémur occúltis, et ab hóstium liberémur insídiis. Per Dóminum.

## 25. S. Catherine Vierge et Mart. *Double.*

**Messe.** Loquébar. 658, *excepté la Collecte.*

**Collecte.**

DEUS, qui dedísti legem Móysi in summitáte montis Sínai, et in eódem loco per sanctos Angelos tuos corpus beátæ Catharínæ Vírginis et Mártyris tuæ mirabíliter collocásti : præsta quæsumus; ut ejus méritis et intercessióne, ad montem qui Christus est, perveníre valeámus : Qui tecum.

## 26. S. Silvestre Abbé. *Double.*

**Messe.** Os justi. *du Commun des Abbés,* 651.

**Collecte.**

CLEMENTISSIME Deus, qui sanctum Silvéstrum Abbátem, sæculi hujus vanitátem in apérto túmulo pie meditántem, ad erémum vocáre, et præcláris vitæ méritis decoráre dignátus es : te súpplices exorámus; ut ejus exémplo terréna despiciéntes, tui consórtio perfruámur ætérno. Per Dóminum.

*Mémoire de* **Saint Pierre d'Alexandrie Évêque et Martyr.** *Oraisons de la Messe* Státuit. 587.

**Secrète.**

QUÆSUMUS Dómine, ut dum hæc múnera divínæ majestáti tuæ reverénter offérimus; pia mentis præparatióne et cordis puritáte, beáti Silvéstri Abbátis imitatóres effécti, corpus et sánguinem Fílii tui sancte percípere mereámur : Qui tecum.

**Postcommunion.**

DIVINA dape refectis tríbue, quæsumus Dómine, sancti Silvéstri Abbátis vestígiis ita inhærére; ut copiósam mercédem in regno glóriæ tuæ cum sanctis habeámus. Per Dóminum.

# MESSES VOTIVES

## Messe de la Très Sainte Trinité.

*Comme à la Fête de la sainte Trinité,* 475, *excepté :*

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *2. Cor. 13. d.*

FRATRES : Gaudéte, perfécti estóte, exhortámini, idem sápite, pacem habéte, et Deus pacis et dilectiónis erit vobíscum. Grátia Dómini nostri Jesu Christi, et cáritas Dei, et communicátio Sancti Spíritus sit cum ómnibus vobis. Amen.

*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son ℣., on dit :*






*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :* Allelúia, allelúia. ℣. Benedíctus es. 477 ; *puis :*




*Évangile.* Cum vénerit Paráclitus. 457.



## Messe d'Action de Grâces.

*On dit la Messe de la Ss. Trinité, du S.-Esprit, ou de la B. V. M., en ajoutant sous une même conclusion les Oraisons suivantes :*

**Collecte.**

DEUS, cujus misericórdiæ non est númerus, et bonitátis infinítus est thesáurus : piíssimæ majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes ; ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad prǽmia futúra dispónas. Per Dóminum.

**Secrète.**

ODOREM Dómine sacrifícii hujus cum gratiárum actiónibus súscipe, et præsta : ut quos exaudíre, et incólumes serváre dignátus es, ab omni in pósterum adversitáte custódias ; et in tuo servítio et amóre concréscant. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

DEUS, qui néminem in te sperántem nímium afflígi permíttis, sed pium précibus præstas audítum : pro postulatiónibus nostris votísque suscéptis grátias ágimus, te piíssime deprecántes ; ut per hæc quæ súmpsimus, a cunctis éripi mereámur advérsis. Per Dóminum.

## Messe des Saints Anges.

*Introït.* Benedícite Dóminum. 986.

*Collecte.* Deus qui miro órdine. 987.

**Leotio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.** *Apoc.* 5. *c.*

IN diébus illis : Audívi vocem Angelórum multórum in circúitu throni, et animálium, et seniórum : et erat número eórum míllia míllium, dicéntium voce magna : Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, et divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem. Et omnem creatúram quæ in cælo est, et super terram, et sub terra, et quæ sunt in mari, et quæ in eo : omnes audívi dicéntes : Sedénti in throno, et Agno, benedíctio, et honor, et glória, et potéstas in sæcula sæculórum. Et quátuor animália dicébant : Amen. Et vigínti quátuor senióres cecidérunt in fácies suas : et adoravérunt vivéntem in sæcula sæculórum.

Grad. 8.









*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son ℣., on dit :*

Trait. 2.




*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :* Allelúia, allelúia. ℣. In conspéctu. *ci-dessus ; puis :* Allelúia. ℣. Angelus Dómini. 412.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 1. g.*

In illo témpore : Vidit Jesus Nathánael veniéntem ad se, et dicit de eo : Ecce vere Israelíta, in quo dolus non est. Dicit ei Nathánael : Unde me nosti ? Respóndit Jesus, et dixit ei : Priúsquam te Philíppus vocáret, cum esses sub ficu, vidi te. Respóndit ei Nathánael, et ait : Rabbi, tu es Fílius Dei, tu es rex Israel. Respóndit Jesus, et dixit ei : Quia dixi tibi : Vidi te sub ficu, credis : majus his vidébis. Et dicit ei : Amen, amen dico vobis, vidébitis cælum apértum, et Angelos Dei ascendéntes et descendéntes supra Fílium hóminis.

*Offertoire.* Stetit Angelus. 990.

*Secrète.* Hóstias tibi. 990.

Comm. 2.




**Postcommunion.**

Repleti Dómine benedictióne cælésti, supplíciter implorámus : ut quod frágili celebrámus offício, sanctórum Angelórum atque Archangelórum nobis prodésse sentiámus auxílio. Per Dóminum.

¶ *Comme Messe votive de S. Michel, on peut dire celle de la Fête de sa Dédicace, 29. Septembre,* 986.

## Messe des SS. Apôtres Pierre et Paul.

*Introït.* Mihi autem. 702.

*Oraisons comme à l'Octave des SS. Apôtres Pierre et Paul,* 898.



**Lectio Actuum Apostolorum.** *Act. 5. b.*

In diébus illis : Per manus Apostolórum fiébant signa et prodígia multa in plebe. Et erant unanímiter omnes in pórticu Salomónis. Ceterórum autem nemo audébat se conjúngere illis : sed magnificábat eos pópulus. Magis autem augebátur credéntium in Dómino multitúdo virórum ac mulíerum, ita ut in platéas ejícerent infírmos, et pónerent in léctulis ac grabátis, ut, veniénte Petro, saltem umbra illíus obumbráret quemquam illórum, et liberaréntur ab infirmitátibus suis. Concurrébat autem et multitúdo vicinárum civitátum Jerúsalem, afferéntes ægros et vexátos a spirítibus immúndis, qui curabántur omnes.

*Graduel.* Constítues eos. 877.

Allelúia, allelúia. ℣. Nimis honoráti sunt. 1018.

*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son ℣., on dit le Trait* Qui séminant. 616.

*Évangile.* Ecce nos relíquimus ómnia. 653.

*Offertoire.* In omnem terram. 721.

*Préface des Apôtres,* 12.

*Communion.* Vos qui secúti estis me. 774.

¶ *Au Temps Pascal, on dit la Messe* Protexísti. 603, *avec les Oraisons, Épître et Évangile comme ci-dessus.*

## Messe du Saint-Esprit.

Intr. 8.






**Collecte.**

DEUS, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti : da nobis in eódem Spíritu recta sápere ; et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Dñum... in unitáte ejúsdem.

**Lectio Actuum Apostolorum.** *Act. 8. c.*

IN diébus illis : Cum audíssent Apóstoli, qui erant Jerosólymis, quod recepísset Samária verbum Dei, misérunt ad eos Petrum et Joánnem. Qui cum veníssent, oravérunt pro ipsis ut accíperent Spíritum Sanctum. Nondum enim in quemquam illórum vénerat, sed baptizáti tantum erant in nómine Dómini Jesu. Tunc imponébant manus super illos, et accipiébant Spíritum Sanctum.

*Graduel.* Beáta gens. 550.

Allelúia, allelúia. ℣. Veni Sancte Spíritus. 467.

*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son ℣., on dit :*









*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :* Allelúia, allelúia. ℣. Emítte Spíritum tuum. 466 ; *ensuite :* Allelúia. ℣. Veni Sancte Spíritus. 467.

*Évangile.* Si quis díligit me. 468.




*Secrète.* Múnera. 469.

*Préface de la Pentecôte.* Qui ascéndens. 12.





tes : et replé- ti sunt omnes Spí-ri-tu Sancto, loquén-



tes magná- li- a De- i. *T. P.* Alle- lú- ia.

*Postcommunion.* Sancti Spíritus. 469.

¶ *Pour demander la grâce du Saint-Esprit, on dit la même Messe, avec les Oraisons suivantes.*

**Collecte.**

DEUS, cui omne cor patet, et ómnia volúntas lóquitur, et quem nullum latet secrétum : purífica per infusiónem Sancti Spíritus cogitatiónes cordis nostri ; ut te perfécte dilígere, et digne laudáre mereámur. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

**Secrète.**

HÆC oblátio, quæsumus Dómine, cordis nostri máculas emúndet : ut Sancti Spíritus digna efficiátur habitátio. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

**Postcommunion.**

CONCEDE, quæsumus omnípotens Deus, Sanctum nos Spíritum votis promeréri sédulis : quátenus ejus grátia, et ab ómnibus liberémur tentatiónibus, et peccatórum nostrórum indulgéntiam percípere mereámur. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

---

# Messe du Très Saint Sacrement.

Intr. 2.



C I-bá- vit e- os ex á-di- pe fruмén- ti : et



de petra, melle satu-rá- vit e- os.



*T. P.* Alle-lú- ia, alle- lú- ia. *Ps.* Exsultá-te De- o





adju-tó-ri nostro : ju-bi-lá-te De- o Ja-cob. Gló-ri- a Patri.



E u o u a e.

*Collecte.* Deus qui nobis. — *Épître.* Ego enim accépi. 483.

*Graduel.* Ocúli. 483. — Allelúia, allelúia ℣. Caro mea. 484.

*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son* ℣., *on dit :*

Trait. 8.



A B ortu so-lis usque ad occá-sum,



magnum est nomen me-



um in gén- ti-



bus. ℣. Et in omni loco sacri-fi-cá- tur et of-



fértur nómi-ni me- o oblá-ti- o mun-



da : qui- a magnum est nomen me-



um in gén- tibus. ℣. Ve-ní-



te, comé- di-te pa-nem me- um : et bí-bi-




*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :* Allelúia, allelúia. ℣. Cognovérunt. 424. Allelúia. ℣. Caro mea. 484.

*En tout temps on omet la Séquence* Lauda Sion. *Hors le T. P., on supprime l'*Allelúia *à l'Offertoire et à la Communion.*

*Le reste comme à la Fête du très saint Sacrement,* 483.

## Messe de la Sainte Croix.

*Introït.* Nos autem. 821.

**Collecte.**

DEUS, qui unigéniti Fílii tui pretióso sánguine, vivíficæ Crucis vexíllum sanctificáre voluísti : concéde quæsumus ; eos, qui ejúsdem sanctæ Crucis gaudent honóre, tua quoque ubíque protectióne gaudére. Per eúmdem Dóminum.

¶ *Au Temps Pascal, on dit la Collecte suivante :*

**Collecte.**

DEUS, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem : concéde nobis fámulis tuis ; ut resurrectiónis grátiam consequámur. Per eúmdem Dóminum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Philippenses.** *Phil. 2.*

FRATRES : Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum, et donávit illi nomen, quod est super omne nomen : (*On fléchit le genou*) ut in nómine Jesu omne genu flectátur cæléstium, terréstrium, et infernórum, et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.

*Graduel.* Christus factus est. 315.

Allelúia, allelúia. ℣. Dulce lignum. 822.

*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son ℣., on dit :*

Trait. 2.









*Au Temps Pascal, on omet le Graduel et l'on chante :* Allelúia, allelúia. ℣. Dícite. 821 ; *puis :* Allelúia. ℣. Dulce lignum. 822.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 20.*

IN illo témpore : Assúmpsit Jesus duódecim discípulos secréto, et ait illis : Ecce ascéndimus Jerosólymam, et Fílius hóminis tradétur princípibus sacerdótum, et scribis, et condemnábunt eum morte ; et tradent eum géntibus ad illudéndum, et flagellándum, et crucifigéndum, et tértia die resúrget.

*Offertoire.* Prótege. 971.

**Secrète.**

HÆC oblátio, Dómine quæsumus, ab ómnibus nos purget offénsis ; quæ in ara Crucis étiam totíus mundi tulit offénsam. Per eúmdem Dóminum.

*Préface de la Croix,* II.

*Communion.* Per signum Crucis. 823.

**Postcommunion.**

ADESTO nobis, Dómine Deus noster : et quos sanctæ Crucis lætári facis honóre, ejus quoque perpétuis deténde subsídiis. Per Dóminum.

---

# Messe de la Passion de N. S. J. C.

Intr. 3.

H Umi- li- ávit semet-ípsum Dóminus Jesus Chri- stus usque ad mortem, mortem autem Cru- cis : propter quod et De- us exaltávit il- lum, et donávit il- li nomen, quod est super o- mne no- men. *T. P.* Alle- lú- ia, alle- lú- ia. *Ps.* Mise-ri-córdi- as Dómini in ætérnum cantá-bo : in genera-ti- ónem et ge- ne- ra-ti- ónem. Gló-ri- a Patri. E u o u a e.



**Collecte.**

DOMINE Jesu Christe, qui de cælis ad terram de sinu Patris descendísti, et sánguinem tuum pretiósum in remissiónem peccatórum nostrórum fudísti : te humíliter deprecámur ; ut in die judícii, ad déxteram tuam audíre mereámur : Veníte benedícti : Qui vivis.

**Lectio Zachariæ Prophetæ.** *Zach. 12. c. et 13.*

HÆC dicit Dóminus : Effúndam super domum David, et super habitatóres Jerúsalem, spíritum grátiæ et precum : et aspícient ad me quem confixérunt : et plangent eum planctu quasi super unigénitum, et dolébunt super eum, ut doléri solet in morte primogéniti. In die illa magnus erit planctus in Jerúsalem, et dicétur : Quid sunt plagæ istæ in médio mánuum tuárum ? Et dicet : His plagátus sum in domo eórum qui diligébant me. Frámea suscitáre super pastórem meum, et super virum cohæréntem mihi, dicit Dóminus exercítuum : pércute pastórem, et dispergéntur oves : ait Dóminus omnípotens.

Grad. 2. et 1.

I Mpropéri- um exspectá- vit cor me- um, et mi-sé-ri- am : et sustí-nu- i, qui simul me- cum contrista-ré- tur, et non fu- it : conso-lántem me quæ-sí- vi, et non invé-ni.

℣. Dedé- runt in escam me- am fel. et in si- ti me- a




*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son* ℣., *on dit :*









*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :* Allelúia. ℣. Ave, Rex noster. *ci-dessus ; puis :*



✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 19. f.*

IN illo témpore : Sciens Jesus, quia ómnia consummáta sunt, ut consummarétur Scriptúra, dixit : Sítio. Vas ergo erat pósitum acéto plenum. Illi autem spóngiam plenam acéto, hyssópo circumponéntes, obtulérunt ori ejus. Cum ergo accepísset Jesus acétum, dixit : Consummátum est. Et inclináto cápite, trádidit spíritum. Judæi ergo (quóniam Parascéve erat), ut non remanérent in cruce córpora sábbato (erat enim magnus dies ille sábbati), rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura, et tolleréntur. Venérunt ergo mílites : et primi quidem fregérunt crura, et altérius qui crucifíxus est cum eo. Ad Jesum autem cum veníssent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura, sed unus mílitum láncea latus ejus apéruit, et contínuo exívit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimónium perhíbuit : et verum est testimónium ejus.

Offert. 5.




**Secrète.**

OBLATUM tibi Dómine sacrifícium, intercedénte unigéniti Fílii tui passióne, vivíficet nos semper et múniat : Qui tecum.

*Préface de la Croix*, II.



Comm. 2.




*T. P.* Al-le- lú- ia.

**Postcommunion.**

DOMINE Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui hora sexta pro redemptióne mundi crucis patíbulum ascendísti, et sánguinem tuum pretiósum in remissiónem peccatórum nostrórum fudísti : te humíliter deprecámur ; ut post óbitum nostrum, paradísi jánuas nos gaudénter introíre concédas : Qui vivis.

## Messe pour toute nécessité.

Intr. 4.




*T. P.* Alle-lú- ia, alle- lú- ia. *Ps.* Atténdi-te pópule me-




**Collecte.**

INEFFABILEM misericórdiam tuam Dómine nobis cleménter osténde : ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas; et a pœnis quas pro his merémur erípias. Per Dóminum.

**Lectio Jeremiæ Prophetæ.** *Jerem. 14.*

SI iniquitátes nostræ respónderint nobis : Dómine, fac propter nomen tuum, quóniam multæ sunt adversiónes nostræ: tibi peccávimus. Exspectátio Israel, salvátor ejus in témpore tribulatiónis. Tu autem in nobis es, Dómine, et nomen tuum invocátum est super nos, ne derelínquas nos, Dómine Deus noster.

*Graduel.* Liberásti nos. 571.




*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son ℣., on dit:*










na.

*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :* Allelúia, allelúia. ℣. Propítius esto. *ci-dessus ; puis :*




**Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum.** *Marc. 11. c.*

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Habéte fidem Dei. Amen dico vobis, quia quicúmque díxerit huic monti : Tóllere, et míttere in mare, et non hæsitáverit in corde suo, sed credíderit quia quodcúmque díxerit, fiat, fiet ei. Proptérea dico vobis : Omnia quæcúmque oántes pétitis, crédite quia accipiétis, et evénient vobis. Et cum stábitis ad orándum, dimíttite si quid habétis advérsus áliquem : ut et Pater vester, qui in cælis est, dimíttat vobis peccáta vestra. Quod si vos non dimiséritis : nec Pater vester, qui in cælis est, dimíttet vobis peccáta vestra.

*Offert.* Si ambulávero. 558. *en ajoutant à la fin, au T. P.*






**Secrète.**

Purificet nos, Dómine quæsumus, múneris præséntis oblátio : et dignos sacra participatióne perficiat. Per Dóminum.

*Comm.* Meménto verbi tui. 562. *en ajoutant à la fin, au T. P.*




**Postcommunion.**

Præsta quæsumus Dómine : ut terrénis afféctibus expiáti, ad supérni plenitúdinem sacraménti, cujus libávimus sancta, tendámus. Per Dóminum.

# Messe de Mariage.




**Collecte.**

Exaudi nos, omnípotens et misércors Deus : ut, quod nostro ministrátur offício, tua benedictióne pótius impleátur. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios.** *Ephes. 5. d.*

FRATRES : Mulíeres viris suis súbditæ sint, sicut Dómino : quóniam vir caput est mulíeris : sicut Christus caput est Ecclésiæ : ipse salvátor córporis ejus. Sed sicut Ecclésia subjécta est Christo, ita et mulíeres viris suis in ómnibus. Viri, dilígite uxóres vestras, sicut et Christus diléxit Ecclésiam, et seípsum trádidit pro ea, ut illam sanctificáret, mundans lavácro aquæ in verbo vitæ, ut exhibéret ipse sibi gloriósam Ecclésiam, non habéntem máculam, aut rugam, aut áliquid hujúsmodi, sed ut sit sancta et immaculáta. Ita et viri debent dilígere uxóres suas ut córpora sua. Qui suam uxórem díligit, seípsum díligit. Nemo enim unquam carnem suam ódio hábuit : sed nutrit et fovet eam, sicut et Christus Ecclésiam : quia membra sumus córporis ejus, de carne ejus et de óssibus ejus. Propter hoc relínquet homo patrem et matrem suam, et adhærébit uxóri suæ, et erunt duo in carne una. Sacraméntum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclésia. Verúmtamen et vos sínguli, unusquísque uxórem suam sicut seípsum díligat : uxor autem tímeat virum suum.

Grad. 2.






4.




*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son ℣., on dit :*

Trait. 8.






*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :* Allelúia, allelúia. ℣. Mittat vobis. *ci-dessus; puis :*




✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 19.*

In illo témpore : Accessérunt ad Jesum pharisæi tentántes eum, et dicéntes : Si licet hómini dimíttere uxórem suam, quacúmque ex causa? Qui respóndens, ait eis : Non legístis, quia qui fecit hóminem ab inítio, másculum et féminam fecit eos? Et dixit : Propter hoc dimíttet homo patrem et matrem, et adhærébit uxóri suæ, et erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjúnxit, homo non séparet.






**Secrète.**

Suscipe, quæsumus Dómine, pro sacra connúbii lege munus oblátum : et cujus largítor es óperis, esto dispósitor. Per Dóminum nostrum.

¶ *Après le* Pater noster, *et avant de dire* Líbera nos quæsumus Dómine, *le Prêtre, se tenant du côté de l'Épître et tourné vers les Époux, agenouillés devant l'Autel, récite sur eux les Oraisons suivantes :*

Orémus. *Oraison.*

Propitiare Dómine supplicatiónibus nostris, et institútis tuis, quibus propagatiónem humáni géneris ordinásti, benígnus assíste : ut, quod te auctóre júngitur, te auxiliánte servétur. Per Dóminum nostrum.

Orémus.

Deus, qui potestáte virtútis tuæ de níhilo cuncta fecísti : qui, dispósitis universitátis exórdiis, hómini ad imáginem Dei facto, ídeo inseparábile mulíeris adjutórium condidísti, ut femíneo córpori de viríli dares carne princípium, docens quod ex uno placuísset instítui, nunquam licére disjúngi : Deus, qui tam excellénti mystério conjugálem cópulam consecrásti, ut Christi et Ecclésiæ sacraméntum præsignáres in fœdere nuptiárum : Deus, per quem múlier júngitur viro, et societas principáliter ordináta, ea benedictióne donátur, quæ sola nec per originális peccáti pœnam, nec per dilúvii est ablàta sententiam : réspice propítius super hanc fámulam tuam, quæ maritáli jungénda consórtio, tua se éxpetit protectióne muníri : sit in ea jugum dilectiónis et pacis : fidélis et casta nubat in Christo, imitatríxque sanctárum permáneat feminárum : sit amábilis viro suo, ut Rachel : sápiens, ut Rebécca : longæva et fidélis, ut Sara : nihil in ea ex áctibus suis ille auctor prævaricatiónis usúrpet : nexa fídei, mandatísque permáneat : uni thoro juncta, contáctus illícitos fúgiat : múniat infirmitátem suam robóre disciplínæ : sit verecúndia gravis, pudóre venc-

rábilis, doctrínis cæléstibus erudíta : sit fœcúnda in sóbole, sit probáta et innocens : et ad beatórum réquiem atque ad cæléstia regna pervéniat : et vídeant ambo fílios filiórum suórum usque in tértiam et quartam generatiónem, et ad optátam pervéniant senectútem. Per eúmdem Dóminum.

Comm. 8.




**Postcommunion.**

QUÆSUMUS, omnípotens Deus : institúta providéntiæ tuæ pio favóre comitáre : ut quos legítima societáte connéctis, longæva pace custódias. Per Dóminum nostrum.

¶ *Après le* Benedicámus Dómino, *ou, si la Messe du jour le permet, l'*Ite missa est, *le Prêtre, avant de bénir le peuple, se tourne vers les Époux, et dit :*

DEUS Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob sit vobíscum : et ipse adímpleat benedictiónem suam in vobis : ut videátis fílios filiórum vestrórum usque ad tértiam et quartam generatiónem ; et póstea vitam ætérnam habeátis sine fine : adjuvánte Dómino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

# OFFICE DES MORTS

## A VÊPRES

*On commence immédiatement par l'Antienne.*




**Psaume 114.**

DILEXI, quóniam exáudiet Dóminus * vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem suam mihi : * et in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis : * et perícula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem et dolórem invéni : * et nomen Dómini invocávi.

O Dómine líbera ánimam meam : * miséricors Dóminus, et justus, et Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus : * humiliátus sum, et liberávit me.

Convértere ánima mea in réquiem tuam : * quia Dóminus benefécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de morte : * óculos meos a lácrimis, pedes meos a lapsu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum. Réquiem.




¶ *On double les Antiennes au jour de la sépulture, ainsi qu'aux troisième, septième et trentième jours, et à l'anniversaire.*

*A la fin des Psaumes, même quand l'Office n'est que pour un seul, on dit :*

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.
Et lux perpétua * lúceat eis.

P. R.



longátus est. E u o u a e.

*Ps. 119.* Ad Dóminum cum tribulárer clamávi. 85.




D Ominus custódit te ab omni ma-lo : custódi- at ánimam tu-am Dóminus. E u o u a e.

**Psaume 120.**

L EVAVI óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum a Dómino, * qui fecit cælum et terram.

Non det in commotiónem pedem tuum : * neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit neque dórmiet, * qui custódit Israel.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua, * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te : * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo : * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat intróitum tuum et éxitum tuum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum. Réquiem.




S I in-iquitá-tes observáve-ris Dómine : Dómine, quis sustinébit ? E u o u a e.

*Ps. 129.* De profúndis clamávi. 87.




O -pe-ra mánu-um tu-árum Dómi-ne ne despíci- as. E u o u a e.



**Psaume 137.**

C ONFITEBOR tibi Dómine in toto corde meo : * quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi : * adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Super misericórdia tua et veritáte tua : * quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exáudi me : * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ : * quia audiérunt ómnia verba oris tui :

Et cantent in viis Dómini : * quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excélsus Dóminus, et humília réspicit : * et alta a longe cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me : * et super iram inimícorum meórum extendísti manum tuam, et salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me : * Dómine misericórdia tua in sæculum : ópera mánuum tuárum ne despícias. Réquiem.



℣. Audívi vocem de cælo di-cén- tem mi- hi.
℟. Beáti mórtui qui in Dómino mori- úntur.




O -mne quod dat mihi Pa- ter, ad me vé-ni- et : et e-um qui venit ad me, non e-jí-ci- am foras.



*Cant.* Magní-fi-cat. E u o u a e.

*Les prières suivantes se disent à genoux.*

Pater noster. *tout bas.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.

*Le Psaume suivant* Lauda ánima mea *ne se dit pas le jour de la Commémoraison de tous les Fidèles Défunts, ni le jour de la mort ou de l'enterrement.*




L Auda ánima me-a Dóminum, laudábo Dóminum in



vi-ta me-a : * psallam De-o me-o quámdi-u fú-ero.

Nolíte confídere in princípibus : * in fíliis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, et revertétur in terram suam : * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjútor ejus, spes ejus in Dómino Deo ipsíus : * qui fecit cælum et terram, mare, et ómnia quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in sæculum, facit judícium injúriam patiéntibus : * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compedítos: * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elísos, * Dóminus díligit justos.

Dóminus custódit ádvenas, pupíllum et víduam suscípiet: * et vias peccatórum dispérdet.

Regnábit Dóminus in sæcula, Deus tuus Sion, * in generatiónem et generatiónem.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

*Puis :* ℣. A porta ínferi.
℟. Erue Dómine ánimam ejus. [ánimas eórum.]
℣. Requiéscat in pace. [Requiéscant in pace.] ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

*On dit l'Oraison convenable; et on termine comme ci-dessous,* 1078.

¶ *On termine par la petite conclusion* Per Christum, *les Oraisons suivantes, quand on les dit immédiatement avant l'enterrement, la Messe ou l'Absoute ; et dans ce cas, après l'Oraison on ne dit pas les* ℣℣. Réquiem ætérnam *et* Requiéscat.

**Le jour de l'Enterrement. Oraison.**

Absolve, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui *N.*, ut defúnctus sæculo tibi vivat : et quæ per fragilitátem carnis humána conversatióne commísit, tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Dóminum nostrum.

*Pour une femme, on dit :* ánimam fámulæ tuæ *N.*, ut defúncta.

*Autre Oraison.*

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere : te súpplices exorámus pro ánima fámuli tui *N.* (*ou* fámulæ tuæ *N.*), quam hódie de hoc sæculo migráre jussísti, ut non tradas eam in manus inimíci, neque obliviscáris in finem, sed júbeas eam a sanctis Angelis súscipi, et ad pátriam paradísi perdúci; ut quia in te sperávit et crédidit, non pœnas inférni sustíneat, sed gáudia ætérna possídeat. Per Dóminum nostrum.



**Les 3., 7. et 30. jours. Oraison.**

Quæsumus Dómine, ut ánimæ fámuli tui (*ou* fámulæ tuæ), cujus depositiónis diem tértium (*ou* séptimum, *ou* trigésimum) commemorámus, sanctórum atque electórum tuórum largíri dignéris consórtium ; et rorem misericórdiæ tuæ perénnem infúndas. Per Dóminum nostrum.

**Le jour Anniversaire. Oraison.**

Deus indulgentiárum Dómine : da ánimæ fámuli tui (*ou* fámulæ tuæ), (*ou* animábus famulórum famularúmque tuárum), cujus (*ou* quorum) anniversárium depositiónis diem commemorámus, refrigérii sedem, quiétis beatitúdinem, et lúminis claritátem. Per Dóminum nostrum.

**Pour le Souverain Pontife. Oraison.**

Deus, qui inter summos sacerdótes fámulum tuum *N.* ineffábili tua dispositióne connumerári voluísti : præsta quæsumus ; ut qui unigéniti Fílii tui vices in terris gerébat, sanctórum tuórum Pontíficum consórtio perpétuo aggregétur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

**Pour un Évêque. Oraison.**

Deus, qui inter apostólicos sacerdótes fámulum tuum *N.* pontificáli fecísti dignitáte vigére : præsta quæsumus ; ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Dóminum.

**Pour un Prêtre.** *Oraison.* Deus qui inter Apostólicos. *ci-dessus ; mais au lieu de* pontificáli *on dit* sacerdótali fecísti.

*Autre Oraison.*

Præsta, quæsumus Dómine : ut ánima fámuli tui *N.* Sacerdótis, quem in hoc sæculo commorántem sacris munéribus decorásti, in cælésti sede gloriósa semper exsúltet. Per Dóminum nostrum.

**Pour le père et la mère. Oraison.**

Deus, qui nos patrem et matrem honoráre præcepísti : miserére cleménter animábus patris et matris meæ, eorúmque peccáta dimítte ; meque eos in ætérnæ claritátis gáudio fac vidére. Per Dóminum nostrum.

**Pour un Défunt. Oraison.**

Inclina Dómine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur : ut ánimam fámuli tui, quam de hoc sæculo migráre jussísti, in pacis ac lucis regióne constítuas, et sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Dóminum nostrum.

**Pour une Défunte. Oraison.**

Quæsumus Dómine, pro tua pietáte miserére ánimæ fámulæ tuæ : et a contágiis mortalitátis exútam, in ætérnæ salvatiónis partem restítue. Per Dóminum nostrum.

**Pour les parents et les bienfaiteurs défunts.**

**Oraison.**

DEUS, véniæ largítor et humánæ salútis amátor : quæsumus cleméntiam tuam ; ut nostræ congregatiónis fratres, propínquos et benefactóres qui ex hoc sæculo transiérunt, beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium perveníre concédas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

**Le jour de la Commémoraison de tous les Fidèles Défunts.**

**Oraison.**

FIDELIUM Deus ómnium cónditor et redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum : ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatiónibus consequántur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

*Après l'Oraison, on dit :*

℣. Réquiem ætérnam dona ei [eis] Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat ei [eis].



*Puis les Chantres :* ℣. Requi- éscat in pa-ce. ℟. Amen.
[Requi- éscant]

## A MATINES

**Invitatoire.**



℟. Egem cu-i ómni- a vivunt, * Vení-te adorémus.

*Le Chœur répète :* Regem cui ómnia vivunt, * Veníte adorémus.



℣. Ení-te, exsultémus Dómino, jubi-lémus De- o salutá-ri nostro : præ-occupémus fá-ci- em e-jus in confessi- ó-





ne, et in psalmis jubi-lémus e- i. Regem.

Quóni- am De-us magnus Dóminus, et Rex magnus super omnes de- os : quóni- am non repéllet Dóminus plebem suam, qui- a in manu e-jus sunt omnes fines terræ, et altitúdines mónti- um ipse cónspi-cit. * Veni-te.

Quóni- am ipsí- us est mare, et ipse fe-cit illud, et áridam fundavérunt manus e-jus : veni-te, adorémus, et pro-cidámus ante De- um : plorémus coram Dómino, qui fecit nos, qui- a ipse est Dóminus De-us noster : nos autem pópu-lus e-jus, et oves páscu-æ e-jus. Regem.

Hódi- e si vocem e-jus audi- é-ri-tis, no-lí-te obdurá-re



corda vestra, sic-ut in exacerba-ti- óne secúndum di-em



tenta-ti- ónis in desérto : ubi tentavérunt me patres ve-



stri, probavérunt et vidé-runt ópera me- a. * Veni-te.



Quadragínta annis próximus fu- i genera-ti- óni hu-ic,



et dixi : Semper hi errant corde : ipsi vero non cognové-



runt vi- as me- as, quibus jurávi in i-ra me- a, si intro-



íbunt in réqui- em me-am. Regem.



Réqui- em ætérnam dona e- is Dómi-ne : et lux perpé-



tu- a lúce- at e- is. * Veni-te. Regem.

*On ne chante l'Invitatoire qu'aux jours de la Commémoraison de tous les Fidèles Défunts et de l'enterrement. On dit alors les trois Nocturnes, en doublant les Antiennes. En dehors de ces jours, on ne dit qu'un seul Nocturne et les Laudes. Ce Nocturne varie selon le jour de la semaine où se célèbre la Messe de l'Office des Morts, et on ne double les Antiennes qu'aux 3, 7, 30 jours et à l'anniversaire.*



## AU PREMIER NOCTURNE

### POUR LE LUNDI ET LE JEUDI

1. Ant. 7. c



D I- ri-ge Dómine De- us me- us in conspé-



ctu tu-o vi- am me-am. E u o u a e.

**Psaume 5.**

VERBA mea áuribus pércipe Dómine, * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ, * rex meus et Deus meus.

Quóniam ad te orábo : * Dómine mane exáudies vocem meam.

Mane adstábo tibi et vidébo : * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malígnus : * neque permanébunt injústi ante óculos tuos.

Odísti omnes qui operántur iniquitátem : * perdes omnes qui loquúntur mendácium.

Virum sánguinum et dolósum abominábitur Dóminus : * ego autem in multitúdine misericórdiæ tuæ.

Introíbo in domum tuam : * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in justítia tua : * propter inimícos meos dírige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore eórum véritas : * cor eórum vanum est.

Sepúlcrum patens est guttur eórum, linguis suis dolóse agébant : * júdica illos Deus.

Décidant a cogitatiónibus suis, secúndum multitúdinem impietátum eórum expélle eos : * quóniam irritavérunt te Dómine.

Et læténtur omnes qui sperant in te : * in ætérnum exsultábunt, et habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomen tuum, * quóniam tu benedíces justo.

Dómine, ut scuto bonæ voluntátis tuæ coronásti nos.

Réquiem ætérnam.

2. Ant. 8. G



C Onvértere Dómine, et é-ripe ánimam me-am,



quóni- am non est in morte qui memor sit tu- i. E u o u a e.

### Psaume 6.

DOMINE ne in furóre tuo árguas me : * neque in ira tua corrípias me.

Miserére mei Dómine quóniam infírmus sum : * sana me Dómine quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde : * sed tu Dómine úsquequo ?

Convértere Dómine, et éripe ánimam meam : * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui : * in inférno autem quis confitébitur tibi ?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per síngulas noctes lectum meum : * lácrimis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est a furóre óculus meus : * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite a me omnes qui operámini iniquitátem : * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam, * Dóminus oratiónem meam suscépit.

Erubéscant et conturbéntur veheménter omnes inimíci mei : * convertántur et erubéscant valde velóciter.

Réquiem ætérnam.

8. Ant.
8. G




### Psaume 7.

DOMINE Deus meus in te spe.rávi : * salvum me fac ex ómnibus persequéntibus me, et líbera me.

Nequándo rápiat ut leo ánimam meam, * dum non est qui rédimat, neque qui salvum fáciat.

Dómine Deus meus, si feci istud, * si est iníquitas in mánibus meis :

Si réddidi retribuéntibus mihi mala, * décidam mérito ab inimícis meis inánis.

Persequátur inimícus ánimam meam, et comprehéndat, et concúlcet in terra vitam meam : * et glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exsúrge Dómine in ira tua : * et exaltáre in fínibus inimicórum meórum.

Et exsúrge Dómine Deus meus in præcépto quod mandásti : * et synagóga populórum circúmdabit te.

Et propter hanc in altum regrédere : * Dóminus júdicat pópulos.

Júdica me Dómine secúndum justítiam meam, * et secúndum innocéntiam meam super me.

Consumétur nequítia peccatórum, et díriges justum, * scrutans corda et renes Deus.

Justum adjutórium meum a Dómino, * qui salvos facit rectos corde.



Deus judex justus, fortis, et pátiens : * numquid irascitur per síngulos dies ?

Nisi convérsi fuéritis, gládium suum vibrábit : * arcum suum teténdit, et parávit illum.

Et in eo parávit vasa mortis : * sagíttas suas ardéntibus effécit.

Ecce partúriit injustítiam : * concépit dolórem, et péperit iniquitátem.

Lacum ápéruit, et effódit eum : * et incidit in fóveam quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus : * et in vérticem ipsíus iníquitas ejus descéndet.

Confitébor Dómino secúndum justítiam ejus : * et psallam nómini Dómini altíssimi.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.



℣. A porta ínfe-ri. ℟. Eru-e Dómine ánimas e-ó-rum.

Pater noster. *tout entier en silence.*

*On lit les Leçons sans Bénédiction et sans Titre.*

**Leçon I.** *Job 7. d.*

PARCE mihi Dómine : nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magníficas eum ? aut quid appónis erga eum cor tuum ? Vísitas eum dilúculo, et súbito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimíttis me, ut glútiam salívam meam ? Peccávi, quid fáciam tibi, o custos hóminum ? Quare posuísti me contrárium tibi, et factus sum mihimetípsi grávis ? Cur non tollis peccátum meum, et quare non aufers iniquitátem meam ? Ecce nunc in púlvere dórmiam : et si mane me quæsíeris, non subsístam.

*A la fin des Leçons, on ne dit pas* Tu autem.

Rép. 8.






**Leçon II.** *Job 10.*

TÆDET ánimam meam vitæ meæ, dimíttam advérsum me elóquium meum, loquar in amaritúdine ánimæ meæ. Dicam Deo : Noli me condemnáre : índica mihi cur me ita júdices. Numquid bonum tibi vidétur, si calumniéris me et ópprimas me, opus mánuum tuárum, et consílium impiórum ádjuves ? Numquid óculi cárnei tibi sunt : aut sicut videt homo, et tu vidébis ? Numquid sicut dies hóminis dies tui, et anni tui sicut humána sunt témpora, ut quæras iniquitátem meam, et peccátum meum scrutéris ? Et scias quia nihil ímpium fécerim, cum sit nemo qui de manu tua possit erúere.




**Leçon III.** *Job 10. b.*

MANUS tuæ fecérunt me, et plasmavérunt me totum in circúitu : et sic repénte præcípitas me ? Meménto, quæso, quod sicut lutum féceris me, et in púlverem redúces me. Nonne sicut lac mulsísti me, et sicut cáseum me coagulásti ? Pelle et cárnibus vestísti me : óssibus et nervis compegísti me. Vitam et misericórdiam tribuísti mihi, et visitátio tua custodívit spíritum meum.






*On chante ensuite les Laudes, comme ci-après, 1094, lorsqu'on ne dit qu'un Nocturne.*

¶ *Si on ne dit qu'un Nocturne sans les Laudes, on doit néanmoins réciter les Prières (avec le Ps.* De profúndis *quand on doit le dire) et l'Oraison convenable, même quand auraient lieu immédiatement après l'enterrement, la Messe ou l'Absoute.*

## AU DEUXIÈME NOCTURNE

### POUR LE MARDI ET LE VENDREDI



### Psaume 22.

DOMINUS regit me, et nihil mihi déerit : * in loco páscuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me : * ánimam meam convértit.

Dedúxit me super sémitas justítiæ, * propter nomen suum.

Nam et si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala : * quóniam tu mecum es.

Virga tua et báculus tuus : * ipsa me consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam, * advérsus eos qui tríbulant me.

Impinguásti in óleo caput meum : * et calix meus inébrians quam præclárus est!

Et misericórdia tua subsequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ :

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum. Réquiem.

2. Ant. 8. G

D E-lícta juventútis me-æ et ignoránti- as me-as ne memíne-ris Dómine. E u o u a e.

### Psaume 24.

AD te Dómine levávi ánimam meam : * Deus meus in te confído, non erubéscam.

Neque irrídeant me inimíci mei : * étenim univérsi qui sústinent te non confundéntur.

Confundántur omnes iníqua agéntes * supervácue.

Vias tuas Dómine demónstra mihi : * et sémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua, et doce me : * quia tu es Deus salvátor meus, et te sustínui tota die.

Reminíscere miseratiónum tuárum Dómine, * et misericordiárum tuárum, quæ a sæculo sunt.

Delícta juventútis meæ, * et ignoránti as meas ne memíneris.

Secúndum misericórdiam tuam meménto mei tu : * propter bonitátem tuam Dómine.

Dulcis et rectus Dóminus : * propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

Díriget mansuétos in judício : * docébit mites vias suas.

Univérsæ viæ Dómini misericórdia et véritas, * requiréntibus testaméntum ejus et testimónia ejus.

Propter nomen tuum Dómine propitiáberis peccáto meo : * multum est enim.

Quis est homo qui timet Dóminum ? * legem státuit ei in via quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur : * et semen ejus hæreditábit terram.

Firmaméntum est Dóminus timéntibus eum : * et testaméntum ipsíus ut manifestétur illis.

Oculi mei semper ad Dóminum : * quóniam ipse evéllet de láqueo pedes meos.

Réspice in me, et miserére mei : * quia únicus et pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ sunt : * de necessitátibus meis érue me.

Vide humilitátem meam et labórem meum : * et dimitte univérsa delícta mea.

Réspice inimícos meos quóniam multiplicáti sunt, * et ódio iníquo odérunt me.

Custódi ánimam meam, et érue me : * non erubéscam, quóniam sperávi in te.

Innocéntes et recti adhæsérunt mihi : * quia sustínui te.

Líbera Deus Israel * ex ómnibus tribulatiónibus suis.

Réquiem ætérnam.



8. Ant. 4. E

C Redo vi-dé-re bona Dómini in terra vi-vénti- um.

E u o u a e.

*Ps. 26.* Dóminus illuminátio mea et salus mea. 325.

℣. Cóllocet e-os Dóminus cum princí-pi-bus.

℟. Cum princípibus pó- pu- li su- i.

Pater noster. *tout entier en silence.*

**Leçon IV.** *Job 13. d.*

RESPONDE mihi : Quantas hábeo iniquitátes et peccáta, scélera mea et delícta osténde mihi. Cur fáciem tuam abscóndis, et arbitráris me inimícum tuum ? Contra fólium, quod vento rápitur, osténdis poténtiam tuam, et stípulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritúdines, et consúmere me vis peccátis adolescéntiæ meæ. Posuísti in nervo pedem meum, et observásti omnes sémitas meas, et vestígia pedum meórum considerásti : qui quasi putrédo consuméndus sum, et quasi vestiméntum quod coméditur a tínea.

Rép. 2.

M Eménto me- i De- us, qui- a ventus est vi- ta me- a : * Nec adspí- ci- at me vi-sus hó-




**Leçon V.** *Job 14.*

HOMO, natus de muliere, brevi vivens témpore, replétur multis misériis. Qui quasi flos egréditur et contéritur, et fugit velut umbra, et nunquam in eódem statu pérmanet. Et dignum ducis super hujuscémodi aperíre óculos tuos, et addúcere eum tecum in judícium? Quis potest fácere mundum de immúndo concéptum sémine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hóminis sunt, númerus ménsium ejus apud te est : constituísti términos ejus, qui prætériri non póterunt. Recéde páululum ab eo, ut quiéscat, donec optáta véniat, sicut mercenárii, dies ejus.






**Leçon VI.** *Job 14. c.*

QUIS mihi hoc tríbuat, ut in inférno prótegas me et abscóndas me, donec pertránseat furor tuus, et constítuas mihi tempus in quo recordéris mei? Putásne mórtuus homo rursum vivat? Cunctis diébus quibus nunc mílito, exspécto donec véniat immutátio mea. Vocábis me, et ego respondébo tibi : óperi mánuum tuárum pórriges déxteram. Tu quidem gressus meos dinumerásti, sed parce peccátis meis.




*Puis les Laudes, comme ci-dessous,* 1094, *quand on ne doit dire qu'un seul Nocturne.*

## AU TROISIÈME NOCTURNE

### POUR LE MERCREDI ET LE SAMEDI





Dómine ad adjuvándum me réspice. E u o u a e.

*Ps. 39.* Exspéctans exspectávi Dóminum. 33a.




S Ana Dómine ánimam me- am, qui- a peccávi



tibi. E u o u a e.

**Psaume 40.**

BEATUS qui intélligit super egénum et páuperem : * in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus consérvet eum et vivíficet eum, et beátum fáciat eum in terra : * et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum dolóris ejus : * univérsum stratum ejus versásti in infirmitáte ejus.

Ego dixi : Dómine miserére mei : * sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi : * quando moriétur, et períbit nomen ejus ?

Et si ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur, * cor ejus congregávit iniquitátem sibi.

Egrediebátur foras, * et loquebátur in idípsum.

Advérsum me susurrábant omnes inimíci mei : * advérsum me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum constituérunt advérsum me : Numquid qui dormit non adjíciet ut resúrgat ?

Etenim homo pacis meæ, in quo sperávi : * qui edébat panes meos, magnificávit super me supplantatiónem.

Tu autem Dómine miserére mei et resúscita me : * et retríbuam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluísti me : * quóniam non gaudébit inimícus meus super me.

Me autem propter innocéntiam suscepísti : * et confirmásti me in conspéctu tuo in ætérnum.

Benedíctus Dóminus Deus Israel a sæculo et usque in sæculum : * fiat, fiat.

Réquiem ætérnam.




S I-tívit ánima me- a ad De- um vivum : quando



véni- am, et appa-ré- bo ante fá-ci- em Dómini ?





E u o u a e.

**Psaume 41.**

QUEMADMODUM desíderat cervus ad fontes aquárum : * ita desíderat ánima mea ad te Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum : * quando véniam, et apparébo ante fáciem Dei ?

Fuérunt mihi lácrimæ meæ panes die ac nocte : * dum dícitur mihi quotídie : Ubi est Deus tuus ?

Hæc recordátus sum, et effúdi in me ánimam meam : * quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei.

In voce exsultatiónis et confessiónis : * sonus epulántis.

Quare tristis es ánima mea ? * et quare contúrbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * salutáre vultus mei, et Deus meus.

Ad meípsum ánima mea conturbáta est : * propterea memor ero tui de terra Jordánis et Hermóniim a monte módico.

Abýssus abýssum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélsa tua et fluctus tui * super me transiérunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam : * et nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ, * dicam Deo : Suscéptor meus es.

Quare oblítus es mei ? * et quare contristátus incédo, dum afflígit me inimícus ?

Dum confringúntur ossa mea, * exprobravérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei.

Dum dicunt mihi per síngulos dies : Ubi est Deus tuus ? * quare tristis es ánima mea, et quare contúrbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * salutáre vultus mei, et Deus meus.

Réquiem ætérnam.



℣. Ne tradas bésti- is ánimas confi-tén- tes ti-bi.

℟. Et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in fi-nem.

Pater noster. *tout bas.*

*Job 17.*

**Leçon VII.**

SPIRITUS meus attenuábitur, dies mei breviabúntur, et solum mihi súperest sepúlcrum. Non peccávi, et in amaritudínibus morátur óculus meus. Líbera me Dómine, et pone me juxta te, et cujúsvis manus pugnet contra me. Dies mei transiérunt, cogitatiónes meæ dissipátæ sunt, torquéntes cor meum. Noctem vertérunt in diem, et rursum post ténebras spero lucem. Si sustinúero, inférnus domus mea est, et in ténebris stravi léctulum meum. Putrédini dixi : Pater meus es ; mater mea, et soror mea, vérmibus. Ubi est ergo nunc præstolátio mea, et patiéntiam meam quis considerat ?

Rép. 1.




**Leçon VIII.** *Job 19. c.*

PELLI meæ, consúmptis cárnibus, adhæsit os meum, et derelícta sunt tantúmmodo lábia circa dentes meos. Miserémini mei, miserémini mei, saltem vos amíci mei, quia manus Dómini tétigit me. Quare persequímini me sicut Deus, et cárnibus meis saturámini? Quis mihi tríbuat ut scribántur sermónes mei? quis mihi det ut exaréntur in libro stylo férreo, et plumbi lámina, vel celte sculpántur in sílice? Scio enim quod redémptor meus vivit, et in novíssimo de die terra surrectúrus sum : et rursum circúmdabor pelle mea, et in carne mea vidébo Deum meum. Quem visúrus sum ego ipse, et óculi mei conspectúri sunt, et non álius : repósita est hæc spes mea in sinu meo.

Rép. 8.









**Leçon IX.** *Job 10. d.*

QUARE de vulva eduxísti me? qui útinam consúmptus essem, ne óculus me vidéret! Fuíssem quasi non essem, de útero translátus ad túmulum. Numquid non páucitas diérum meórum finiétur brevi? Dimítte ergo me, ut plangam páululum dolórem meum : ántequam vadam, et non revértar, ad terram tenebrósam et opértam mortis calígine : terram miséria et tenebrárum, ubi umbra mortis et nullus ordo, sed sempitérnus horror inhábitat.

Rép. 1.






*Le jour de la Commémoration de tous les fidèles trépassés, et lorsqu'on chante les trois Nocturnes, au lieu du ℟. précédent, on dit le ℟.* Líbera me. IIII.

## A LAUDES

*On commence immédiatement par l'Antienne.*




*Ps. 50.* Miserére mei Deus. 309.




**Psaume 64.**

TE decet hymnus Deus in Sion : * et tibi reddétur votum in Jerúsalem.

Exáudi oratiónem meam : * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt super nos : * et impietátibus nostris tu propitiáberis.

Beátus quem elegísti et assumpsísti : * inhabitábit in átriis tuis.



Replébimur in bonis domus tuæ : * sanctum est templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exáudi nos Deus salutáris noster, * spes ómnium finium terræ, et in mari longe.

Præparans montes in virtúte tua, accínctus poténtia : * qui contúrbas profúndum maris sonum flúctuum ejus.

Turbabúntur gentes, et timébunt qui hábitant términos a signis tuis : * éxitus matutíni et véspere delectábis.

Visitásti terram et inebriásti eam : * multiplicásti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis, parásti cibum illórum ; * quóniam ita est præparátio ejus.

Rivos ejus inébria, multíplica genímina ejus : * in stillicídiis ejus lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ : * et campi tui replebúntur ubertáte.

Pinguéscent speciósa desérti : * et exsultatióne colles accingéntur.

Indúti sunt aríetes óvium, et valles abundábunt fruménto : * clamábunt, étenim hymnum dicent.

Réquiem ætérnam.




*Ps. 62.* Deus Deus meus. *et* Deus misereátur nostri. 146.




*Cant.* Ego dixi : In dimídio diérum meórum. 379.




*Ps.* Laudáte Dóminum de cælis. 148, *avec les deux suivants.*



℣. Audí-vi vocem de cælo di-céntem mi- hi.
℟. Beáti mórtui qui in Dómino mori- úntur.

A Benedictus Ant. 2. D




*Cant.* Benedíctus Dóminus Deus Israel. 151.

*Puis on dit à genoux :* Pater noster. *tout bas.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.

**Psaume 129.**

(*Qui se dit seulement quand aux Vêpres on a dit le Ps.* Lauda ánima, *d'après la rubrique placée plus haut,* 1075.)




Fiant aures tuæ intendéntes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obsérváveris Dómine : * Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est: * et propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus : * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem, * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : * et copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

*On dit ensuite les Prières et les Oraisons conformes à l'Office, comme ci-dessus aux Vêpres,* 1076.

*Le jour de l'enterrement, en présence du corps du défunt, on dit à la fin des Laudes les Prières et l'Oraison ci-dessous,* IIII.



# A LA MESSE

## LE JOUR DE LA COMMÉMORAISON DES MORTS

*Comme à la Messe suivante,* 1098, *excepté :*

**Collecte.**

FIDELIUM Deus ómnium cónditor et redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum; ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatiónibus consequántur : Qui vivis.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *1. Cor. 15. g.*

FRATRES : Ecce mystérium vobis dico : Omnes quidem resurgémus, sed non omnes immutábimur. In moménto, in ictu óculi, in novíssima tuba : canet enim tuba, et mórtui resúrgent incorrúpti : et nos immutábimur. Opórtet enim corruptíbile hoc indúere incorruptiónem : et mortále hoc indúere immortalitátem. Cum autem mortále hoc indúerit immortalitátem, tunc fiet sermo qui scriptus est : Absórpta est mors in victória. Ubi est mors victória tua? ubi est mors stímulus tuus? Stímulus autem mortis peccátum est : virtus vero peccáti lex. Deo autem grátias, qui dedit nobis victóriam per Dóminum nostrum Jesum Christum.

**℣. Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 5. d.*

IN illo témpore : Dixit Jesus turbis Judæórum : Amen, amen dico vobis, quia venit hora, et nunc est, quando mórtui áudient vocem Fílii Dei : et qui audíerint, vivent. Sicut enim Pater habet vitam in semetípso, sic dedit et Fílio habére vitam in semetípso : et potestátem dedit ei judícium fácere, quia fílius hóminis est. Nolíte mirári hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monuméntis sunt, áudient vocem Fílii Dei : et procédent, qui bona fecérunt, in resurrectiónem vitæ : qui vero mala egérunt, in resurrectiónem judícii.

**Secrète.**

HOSTIAS, quæsumus Dómine, quas tibi pro animábus famulórum famularúmque tuárum offérimus, propitiátus intende : ut quibus fidei christiánæ méritum contulísti, dones et prǽmium. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

ANIMABUS, quæsumus Dómine, famulórum famularúmque tuárum orátio proficiat supplicántium : ut eas et a peccátis ómnibus éxuas, et tuæ redemptiónis fácias esse partícipes : Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

## LE JOUR DE LA MORT OU DE L'ENTERREMENT

Intr. 6.




6.




### Collecte.

DEUS, cui próprium est miseréri semper et párcere, te súpplices exorámus pro ánima fámuli tui *N.*, quam hódie de hoc sæculo migráre jussísti : ut non tradas eam in manus inimíci, neque obliviscáris in finem, sed júbeas eam a sanctis Angelis súscipi, et ad pátriam paradísi perdúci, ut, quia in te sperávit et crédidit, non pœnas inférni sustíneat, sed gáudia ætérna possídeat. Per Dóminum.



### Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

FRATRES : Nólumus vos ignoráre de dormiéntibus, ut non contristémini, sicut et céteri, qui spem non habent. Si enim crédimus quod Jesus mórtuus est et resurréxit ; ita et Deus eos qui dormiérunt per Jesum, addúcet cum eo. Hoc enim vobis dícimus in verbo Dómini, quia nos, qui vívimus, qui resídui sumus in advéntum Dómini, non præveniémus eos qui dormiérunt. Quóniam ipse Dóminus in jussu, et in voce Archángeli, et in tuba Dei descéndet de cælo : et mórtui qui in Christo sunt, resúrgent primi. Deinde nos, qui vívimus, qui relínquimur, simul rapiémur cum illis in núbibus óbviam Christo in áera, et sic semper cum Dómino érimus. Itaque consolámini ínvicem in verbis istis.

Grad. 2.




Trait. 8.


dé-li- um defunctó- rum ab omni vín-
cu-lo de-li- ctó- rum. ℣. Et grá-ti- a tu- a illis suc-
currén- te, mere- ántur e-vádere judí-
ci- um ulti- ó- nis. ℣. Et lu-cis ætér-næ
be- a-ti-tú- di- ne pérfru- i.
Séq. 1. et 2.
D I- es iræ, di- es illa, Solvet sæclum in favíl-la :
Teste David cum Sibýlla. Quantus tremor est futúrus, Quan-
do ju-dex est ventúrus, Cuncta stricte discussúrus ! Tuba
mi- rum spar-gens sonum Per sepúlcra regi- ónum, Coget




omnes ante thronum. Mors stupé-bit et natú-ra,
Cum resúrget cre- a-túra, Judi-cán- ti responsúra. Li-ber
scriptus pro-fe-ré-tur, In quo totum continé- tur, Unde
mundus judi-cé-tur. Judex ergo cum sedébit, Quidquid
latet apparé-bit : Nil inúltum remané-bit. Quid sum mi-
ser tunc dictúrus ? Quem patró-num rogatúrus ? Cum vix
justus sit secúrus. Rex treméndæ ma-jestá-tis, Qui salván-
dos salvas gra-tis, Salva me, fons pi- e-tá-tis. Recordá-re
Je- su pi- e, Quod sum causa tu-æ vi-æ : Ne me per-das
illa di- e. Quærens me, se- dí- sti lassus : Redemísti cru-









℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 11. c.*

In illo témpore : Dixit Martha ad Jesum : Dómine, si fuísses hic, frater meus non fuísset mórtuus : sed et nunc scio, quia quæcúmque popósceris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Jesus : Resúrget frater tuus. Dicit ei Martha : Scio quia resúrget in resurrectióne in novíssimo die. Dixit ei Jesus : Ego sum resurréctio et vita : qui credit in me, étiam si mórtuus fúerit, vivet : et omnis, qui vivit et credit in me, non moriétur in ætérnum. Credis hoc? Ait illi : Utique, Dómine, ego crédidi, quia tu es Christus Fílius Dei vivi, qui in hunc mundum venísti.





ne cadant in obscú- rum : sed sígni-fer sanctus Mí-cha-



el repræséntet e- as in lu- cem sanctam : * Quam



o-lim Abrahæ promi- sísti, et sé-



mi- ni e- jus. ℣. Hósti- as et pre-ces ti-bi Dómine



lau- dis offérimus : tu súscipe pro animábus illis,



qua-rum hódi- e memó- ri- am fá-cimus : fac e- as Dómine



de morte transí- re ad vi-tam. * Quam o-lim.

**Secrète.**

PROPITIARE, quæsumus Dómine, ánimæ fámuli tui *N.*, pro qua hóstiam laudis tibi immolámus, majestátem tuam supplíciter deprecántes : ut per hæc piæ placatiónis offícia, pervenire mereátur ad réquiem sempitérnam. Per Dóminum.



S Anctus, Sanctus, Sanctus Dóminus De-us Sába-oth



Ple-ni sunt cæli et terra gló-ri-a tu-a. Hosánna in excél-



sis. Benedíctus qui venit in nómine Dómini. Hosánna





in excél-sis.



A -gnus De- i, qui tollis peccáta mundi, dona e-



is réqui- em. *ij.* Agnus De- i, qui tollis peccáta mundi,



dona e- is réqui- em sempitérnam.

Comm. 8.



L UX æ-térna lúcc- at e- is Dómine, * Cum Sanctis



tu- is in ætérnum, qui- a pi- us es. ℣. Réqui- em ætérnam



dona e- is Dómine, et lux perpétu- a lúce- at e- is.
* Cum Sanctis.

**Postcommunion.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut ánima fámuli tui *N.*, quæ hódie de hoc sæculo migrávit, his sacrifíciis purgáta, et a peccátis expedíta, indulgéntiam páriter et réquiem cápiat sempitérnam. Per Dóminum.



R Equi- éscant in pa-ce. Amen.

*Après la Messe, le Célébrant fait l'Absoute. Aux enterrements, comme ci-dessous,* 1111. — *Aux services, ainsi qu'aux 3, 7, 30 jours et à l'anniversaire, comme ci-dessous,* 1114. — *Aux autres jours, ci-dessous,* 1115.

¶ *Aux 3., 7., et 30. jours, on dit la Messe ci-dessus, avec les Oraisons suivantes.*

**Collecte.**

QÆSUMUS Dómine, ut ánimæ fámuli tui *N.*, cujus depositiónis diem tértium (*ou* séptimum, *ou* trigésimum) commemorámus, sanctórum atque electórum tuórum largíri dignéris consórtium : et rorem misericórdiæ tuæ perénnem infúndas. Per Dóminum.

**Secrète.**

MUNERA, quæsumus Dómine, quæ tibi pro ánima fámuli tui *N.* offérimus, placátus inténde : ut remédiis purgáta cæléstibus, in tua pietáte requiéscat. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

SUSCIPE Dómine preces nostras pro ánima fámuli tui *N.* : ut, si quæ ei máculæ de terrénis contágiis adhæsérunt, remissiónis tuæ misericórdia deleántur. Per Dóminum.

## AU JOUR ANNIVERSAIRE

*Comme au jour de l'enterrement,* 1098, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS indulgentiárum Dómine, da animábus famulórum famularúmque tuárum, quorum anniversárium depositiónis diem commemorámus, refrigérii sedem, quiétis beatitúdinem, et lúminis claritátem. Per Dóminum nostrum.

**Lectio libri Machabæorum.** *2. Mach. 12. g.*

IN diébus illis : Vir fortíssimus Judas, facta collatióne, duódecim míllia drachmas argénti misit Jerosólymam offérri pro peccátis mortuórum sacrifícium, bene et religióse de resurrectióne cógitans (nisi enim eos qui cecíderant, resurrectúros speráret, supérfluum viderétur, et vanum oráre pro mórtuis) : et quia considerábat quod hi, qui cum pietáte dormitiónem acéperant, óptimam habérent repósitam grátiam. Sancta ergo et salúbris est cogitátio pro defúnctis exoráre, ut a peccátis solvántur.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 6. d.*

IN illo témpore : Dixit Jesus turbis Judæórum : Omne quod dat mihi Pater, ad me véniet : et eum qui venit ad me non ejíciam foras : quia descéndi de cælo, non ut fáciam voluntátem meam, sed voluntátem ejus qui misit me. Hæc est autem volúntas ejus qui misit me, Patris : ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo, sed resúscitem illud in novíssimo die. Hæc est autem volúntas Patris mei qui misit me : ut omnis qui videt Fílium et credit in eum, hábeat vitam ætérnam : et ego resuscitábo eum in novíssimo die.



**Secrète.**

PROPITIARE Dómine supplicatiónibus nostris, pro animábus famulórum famularúmque tuárum, quorum hódie ánnua dies ágitur, pro quibus tibi offérimus sacrifícium laudis : ut eas sanctórum tuórum consórtio sociáre dignéris. Per Dñum.

**Postcommunion.**

PRÆSTA, quæsumus Dómine : ut ánimæ famulórum famularúmque tuárum, quorum anniversárium depositiónis diem commemorámus ; his purgátæ sacrifíciis, indulgéntiam páriter et réquiem cápiant sempitérnam. Per Dóminum.

¶ *Quand on célèbre pour un seul, on dit les Or. au singulier.*

## AUX MESSES QUOTIDIENNES

*Comme au jour de l'enterrement,* 1098, *excepté :*

**Pour les Évêques et les Prêtres. Collecte.**

DEUS, qui inter apostólicos Sacerdótes, fámulos tuos pontificáli seu sacerdotáli fecísti dignitáte vigére : præsta quæsumus ; ut eórum quoque perpétuo aggregéntur consórtio. Per Dóminum nostrum.

**Pour les parents et les bienfaiteurs défunts. Collecte.**

DEUS, véniæ largítor et humánæ salútis amátor : quæsumus cleméntiam tuam ; ut nostræ congregatiónis fratres, propínquos et benefactóres, qui ex hoc sæculo transiérunt, beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium pervenire concédas.

*Pour tous les fidèles défunts. Collecte.* Fidélium. 1097.

**Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.** *Apoc. 14. c.*

IN diébus illis : Audívi vocem de cælo dicéntem mihi : Scribe : Beáti mórtui qui in Dómino moriúntur. Amodo jam dicit Spíritus, ut requiéscant a labóribus suis : ópera enim illórum sequúntur illos.

*Séquence* Dies iræ. *au choix du Prêtre.*

¶ *D'après les rubriques générales, on doit chanter la Prose quand on ne dit qu'une seule Oraison à la Messe ; on peut l'omettre à volonté quand on y a dit plusieurs Oraisons. Mais comme on ne doit dire, dans les Messes quotidiennes, qu'une seule Oraison, lorsqu'on les célèbre solennellement pour les défunts, (ce qui s'entend des simples Messes chantées,) il s'ensuit que dans ce cas, la Séquence ne peut être omise.*

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ.6.f.*

In illo témpore : Dixit Jesus turbis Judæórum : Ego sum panis vivus qui de cælo descéndi. Si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum : et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigábant ergo Judæi ad ínvicem, dicéntes : Quómodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducándum? Dixit ergo eis Jesus : Amen, amen dico vobis : nisi manducavéritis carnem Fílii hóminis, et bibéritis ejus sánguinem, non habébitis vitam in vobis. Qui mandúcat meam carnem et bibit meum sánguinem, habet vitam ætérnam : et ego resuscitábo eum in novíssimo die.

**Pour les Évêques et les Prêtres.** **Secrète.**

Suscipe, Dómine quæsumus, pro animábus famulórum tuórum Pontíficum seu Sacerdótum, quas offérimus héstias : ut quibus in hoc sæculo pontificále seu sacerdotále donásti méritum, in cælésti regno sanctórum tuórum júbeas jungi consórtio. Per Dóminum.

**Pour les parents et les bienfaiteurs défunts.**
**Secrète.**

Deus, cujus misericórdiæ non est númerus, súscipe propítius preces humilitátis nostræ : et animábus fratrum, propinquórum et benefactórum nostrórum, quibus tui nóminis dedísti confessiónem per hæc sacraménta salútis nostræ, cunctórum remissiónem tríbue peccatórum.

*Pour tous les fidèles défunts. Secrète.* Héstias. 1097.

**Pour les Évêques et les Prêtres.** **Postcommunion.**

Prosit, quæsumus Dómine, animábus famulórum tuórum Pontíficum seu Sacerdótum, misericórdiæ tuæ imploráta cleméntia : ut ejus in quo speravérunt et credidérunt, ætérnum cápiant, te miseránte, consórtium. Per Dóminum.

**Pour les parents et les bienfaiteurs défunts.**
**Postcommunion.**

Præsta, quæsumus omnípotens et misércors Deus : ut ánimæ fratrum, propinquórum et benefactórum nostrórum, pro quibus hoc sacrifícium laudis, tuæ obtúlimus majestáti ; per hujus virtútem sacraménti a peccátis ómnibus expiátæ, lucis perpétuæ, te miseránte, recípiant beatitúdinem.

*Pour tous les fidèles défunts. Postcomm.* Animábus. 1097.

¶ *Les Épîtres et les Évangiles qui sont marqués comme propres à une Messe des Morts, peuvent se dire dans n'importe quelle autre Messe des Morts.*



## ORAISONS DIVERSES POUR LES DÉFUNTS

**Pour un Défunt.** **Collecte.**

Inclina Dómine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur : ut ánimam fámuli tui, quam de hoc sæculo migráre jussísti, in pacis ac lucis regióne constítuas ; et sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Dóminum nostrum.

Secrète.

Annue nobis, quæsumus Dómine, ut ánimæ fámuli tui hæc prosit oblátio : quam immolándo totíus mundi tribuísti relaxári delícta. Per Dóminum.

Postcommunion.

Absolve, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui ab omni vínculo delictórum : ut in resurrectiónis glória inter sanctos et eléctos tuos resuscitátus respíret. Per Dóminum.

**Pour une Défunte.** **Collecte.**

Quæsumus Dómine pro tua pietáte miserére ánimæ fámulæ tuæ : et a contágiis mortalitátis exútam, in ætérnæ salvatiónis partem restítue. Per Dóminum nostrum.

Secrète.

His sacrifíciis, quæsumus Dómine, ánima fámulæ tuæ a peccátis ómnibus exuátur, sine quibus a culpa nemo liber éxstitit : ut per hæc piæ placatiónis offícia, perpétuam misericórdiam consequátur. Per Dóminum nostrum.

Postcommunion.

Inveniat, quæsumus Dómine, ánima fámulæ tuæ lucis ætérnæ consórtium : cujus perpétuæ misericórdiæ consecúta est sacraméntum. Per Dóminum nostrum.

¶ *On trouvera dans le Missel les autres Oraisons.*

# AUX ENTERREMENTS

*Le Curé revêtu d'un surplis et d'une étole noire, ou même de la chappe de même couleur, se rend à la maison du défunt, précédé d'un Clerc portant la croix et d'un autre portant l'eau bénite.*

*Avant qu'on enlève le corps, il l'asperge d'eau bénite et commence l'Ant.* Si iniquitátes, *puis récite avec les chantres à voix médiocre le Ps.* De profúndis. 87, *avec le ℣.* Réquiem ætérnam dona ei... *à la fin ; le Prêtre et les chantres disent ensuite l'Ant.* Si iniquitátes observáveris Dómine : Dómine, quis sustinébit?

*On transporte alors le corps à l'église, et le curé avant de sortir de la maison entonne :*

Ant. 1. F



E Xsultábunt Dómino. E u o u a e.

*Les Chantres entonnent le Ps.* Miserére. 309, *à la fin duquel on dit* Réquiem ætérnam * dona ei Dñe. Et lux perpétua * lúceat ei.

*Si la longueur du chemin le demande, on dit les Ps. Graduels,* Ad Dñum cum tribulárer, &c. *ou bien d'autres Psaumes de l'Office des Morts; à la fin desquels, on dit toujours :* Réquiem ætérnam dona ei Dómine...

*En entrant dans l'église, on dit l'Antienne en entier.*

1.



E Xsultábunt Dómino ossa humi-li- á-ta.

*Lorsqu'on y est entré, on chante le Répons suivant.*

Rép. 4.



S Ubve-ní-te Sancti De- i, occúr- ri-te



Ange- li Dómi- ni : * Susci-pi-éntes ánimam e- jus :



† Offeréntes e- am in conspé-ctu Al- tíssi- mi.



℣. Suscí-pi- at te Christus, qui vo-cá-vit te : et



in sinum Abrahæ Ange-li dedú- cant te. * Susci-



pi-éntes... Altíssimi. ℣. Réqui- em ætérnam dona





e- i Dómi- ne : et lux perpétu- a lú- ce- at e- i.

† Offeréntes.

*On dépose le corps du Défunt au milieu de l'église, les pieds tournés vers le grand autel si le Défunt était laïque, la tête tournée vers le même autel s'il était Prêtre; on commence immédiatement, à moins d'empêchement, l'Office des Morts avec l'Invitatoire, les trois Nocturnes et les Laudes, en doublant les Ant.*

*A la fin de l'Office, après l'Antienne du Benedictus,* Ego sum resurréctio. &c. *(après le Nocturne ou les Nocturnes si on n'avait pas chanté les Laudes,) on dit :*

Pater noster. *tout bas jusqu'à*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.
℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimam ejus.
℣. Requiéscat in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

*Oraison.*

Orémus.

Absolve, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui (fámulæ tuæ) ab omni vínculo delictórum : ut in resurrectiónis glória inter sanctos et eléctos tuos resuscitátus (resuscitáta) respíret. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

*Après la Messe le Prêtre se rend près du cercueil; le clerc portant la croix se place à la tête du défunt entre deux acolytes avec des cierges allumés, l'Officiant se tient aux pieds du défunt en face de la croix et dit d'abord l'Oraison suivante :*

Non intres in judícium cum servo tuo Dómine, quia nullus apud te justificábitur homo, nisi per te ómnium peccatórum ei tribuátur remíssio. Non ergo eum, quæsumus, tua judiciális sententia premat, quem tibi vera supplicátio fídei christiánæ comméndat : sed grátia tua illi succurrénte, mereátur evádere judícium ultiónis, qui dum víveret, insignítus est signáculo sanctæ Trinitátis : Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

*On chante ensuite le Répons suivant.*

Rép. 1.



L Ibe-ra me Dó- mine de morte ætér- na



in di- e illa tremén- da : * Quando cæ- li mo- véndi sunt




*Le Prêtre chante* Pater noster. *et pendant qu'on l'achève en silence, il asperge et encense le corps du défunt. Puis il dit :*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.
℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimam ejus.
℣. Requiéscat in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oraison.*

DEUS, cui próprium est miseréri semper et párcere : te súpplices exorámus pro ánima fámuli tui *N.* (fámulæ tuæ *N.*), quam hódie de hoc sæculo migráre jussísti, ut non tradas eam



in manus inimíci, neque obliviscáris in finem, sed júbeas eam a sanctis Angelis súscipi, et ad pátriam paradísi perdúci : ut quia in te sperávit et crédidit, non pœnas inférni sustíneat, sed gáudia ætérna possídeat. Per Christum Dóminum nostrum.

*En se rendant au cimetière, on chante l'Ant. suivante.*




*Arrivé près de la fosse, le Prêtre la bénit, si elle ne l'était pas déjà, en disant cette Oraison.*

Orémus.

DEUS, cujus miseratióne ánimæ fidélium requiéscunt, hunc túmulum benedícere dignáre, eíque Angelum tuum sanctum députa custódem : et quorum quarúmque córpora hic sepeliúntur, ánimas eórum ab ómnibus absólve vínculis delictórum, ut in te semper cum sanctis tuis sine fine læténtur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

*Après l'Oraison, le Prêtre asperge d'eau bénite et encense le corps du défunt et la fosse.*

*Si le corps n'est pas alors porté au cimetière, on omet l'Ant.* In paradísum. *et la bénédiction de la fosse, si déjà elle était bénite ; on achève l'office comme ci-dessous, ce qu'il ne faut jamais omettre. Après l'intonation de l'Ant.* Ego sum. 1096, *on chante le Cant.* Benedictus. 151, *et l'on dit ensuite l'Antienne en entier.*

*Puis :* Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.

Pater noster. *Pendant ce temps, il asperge le corps.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.

℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimam ejus.
℣. Requiéscat in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

FAC, quæsumus Dómine, hanc cum servo tuo defúncto (*ou* fámula tua defúncta) misericórdiam, ut factórum suórum in pœnis non recípiat vicem, qui (*ou* quæ) tuam in votis ténuit voluntátem : ut sicut hic eum (*ou* eam) vera fides junxit fidélium turmis; ita illic eum (*ou* eam) tua miserátio sóciet angélicis choris. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

℣. Réquiem ætérnam dona ei Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat ei.
℣. Requiéscat in pace. ℟. Amen.
℣. Anima ejus, et ánimæ ómnium fidélium defunctórum per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

*En retournant à l'église, on récite sans chanter l'Ant.* Si iniquitátes *et le Ps.* De profúndis. *comme plus haut,* 1109. *en disant à la fin* Réquiem ætérnam dona eis. *&c.*

## AUX FUNÉRAILLES EN L'ABSENCE DU CORPS

AUX III., VII., XXX. JOURS ET A L'ANNIVERSAIRE

*Quand on doit faire des Funérailles en l'absence du corps, on dit l'Office des Morts avec les trois Nocturnes et les Laudes en doublant les Ant.; ou au moins un Nocturne avec les Laudes et la Messe. Après la Messe le Prêtre se rend près du catafalque et on chante le* ℟. Líbera. IIII. Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison. 1112.

Pater noster. *Le Prêtre asperge et encense le catafalque.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.
℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimam ejus.
℣. Requiéscat in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

ABSOLVE, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui *N.* (*ou* fámulæ tuæ *N.*), ut defúnctus (*ou* defúncta) sæculo tibi vivat : et quæ per fragilitátem carnis humána conversatióne commísit, tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Christum.

*On peut dire la Collecte de la Messe ou une autre Oraison.*

℣. Réquiem ætérnam dona ei Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat ei.
*Les Chantres :* ℣. Requiéscat in pace. ℟. Amen.



¶ *Hors le jour de l'enterrement, les 3., 7., 30. jours, et l'Anniversaire, tout se dit comme plus haut avec l'Oraison suivante.*

Orémus.

ABSOLVE, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui *N.* ab omni vínculo delictórum : ut in resurrectiónis glória inter sanctos et eléctos tuos resuscitátus respíret. Per Christum.

*On peut dire une autre Oraison convenable.*

## AUX ENTERREMENTS DES PETITS ENFANTS

*Le Curé revêtu du surplis et de l'étole blanche se rend à la maison mortuaire précédé d'un clerc portant la croix sans hampe, et d'un autre portant l'eau bénite.*

*Le Prêtre asperge le corps; et après qu'il a entonné l'Ant.* Sit nomen Dómini, *on chante le Ps.* Laudáte púeri. 64, *avec* Glória Patri *à la fin. Ensuite on dit en entier :*




*En se rendant à l'église, on dit :*

**Psaume 118.**

BEATI immaculáti in via : * qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti qui scrutántur testimónia ejus : * in toto corde exquírunt eum.

Non enim qui operántur iniquitátem, * in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandásti * mandáta tua custodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ, * ad custodiéndas justificatiónes tuas!

Tunc non confúndar, * cum perspéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directióne cordis : * in eo quod dídici judícia justítiæ tuæ.

Justificatiónes tuas custódiam : * non me derelínquas usquequáque.

In quo córrigit adolescéntior viam suam? * in custodiéndo sermónes tuos.

In toto corde meo exquisívi te : * ne repéllas me a mandátis tuis.

In corde meo abscóndi elóquia tua : * ut non peccem tibi.
Benedíctus es Dómine : * doce me justificatiónes tuas.
In lábiis meis, * pronuntiávi ómnia judícia oris tui.
In via testimoniórum tuórum delectátus sum, * sicut in ómnibus divítiis.
In mandátis tuis exercébor : * et considerábo vias tuas.
In justificatiónibus tuis meditábor : * non oblivíscar sermónes tuos. Glória.

*S'il reste du temps, on peut dire le Ps.* Laudáte Dóminum de cælis. 148, *avec les deux suivants, et le* Glória *à la fin.*

*Quand on est arrivé à l'église, le Prêtre entonne l'Ant.* Hic accípiet. *On chante le Ps.* Dómini est terra. 371, *avec* Glória Patri. *Puis on dit en entier :*




*Puis :* Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.

Pater noster. *durant lequel le Prêtre asperge le corps.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Me autem propter innocéntiam suscepísti.
℟. Et confirmásti me in conspéctu tuo in ætérnum.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

OMNIPOTENS et mitíssime Deus, qui ómnibus párvulis renátis fonte baptísmatis, dum migrant a sæculo, sine ullis eórum méritis vitam íllico largíris ætérnam, sicut ánimæ hujus párvuli hódie crédimus te fecísse : fac nos, quæsumus Dómine, per intercessiónem beátæ Maríæ semper Vírginis et ómnium sanctórum tuórum, hic purificátis tibi méntibus famulári, et in paradíso cum beátis párvulis perénniter sociári. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

*En se rendant au cimetière, et même dans le cas où la sépulture aurait lieu plus tard, on entonne l'Ant.* Júvenes, *et l'on chante le Ps.* Laudáte Dñum 148, *avec* Glória. *Puis on dit en entier :*








dent nomen Dómini. E u o u a e.

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.

Pater noster. *tout bas.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Sínite párvulos veníre ad me.
℟. Tálium est enim regnum cælórum.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, sanctæ puritátis amátor, qui ánimam hujus párvuli ad cælórum regnum hódie misericórditer vocáre dignátus es : dignéris étiam Dómine ita nobíscum misericórditer ágere ; ut méritis tuæ sanctíssimæ passiónis, et intercessióne beátæ Maríæ semper Vírginis, et ómnium sanctórum tuórum, in códem regno nos cum ómnibus sanctis et eléctis tuis semper fácias congaudére : Qui vivis et regnas.

*Ensuite le Prêtre asperge le corps d'eau bénite et l'encense ainsi que la fosse, et l'on procède à l'enterrement.*

*En retournant à l'église, après l'imposition de l'Ant.* Benedícite, *on dit le Cant.* Benedícite. 147, *puis l'Ant. en entier.*




*Le Prêtre dit devant l'Autel :*

℣. Dóminus vobíscum. ℣. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DEUS, qui miro órdine Angelórum ministéria hominúmque dispénsas : concéde propítius ; ut a quibus tibi ministrántibus in cælo semper assístitur, ab his in terra vita nostra muniátur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

# SUPPLÉMENT POUR DIVERS LIEUX

## FÊTES DE DÉCEMBRE

## 10. Translation de la S. Maison de Lorette.

Double majeur.

### AUX I. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres,* 1120, *excepté :*

*A Magnificat, Ant.* Sanctificávit. 683.

¶ A Complies, *Ton et doxologie de la B. V. M.,* 76.

### A LA MESSE

*Introït.* Terríbilis. 685.

**Collecte.**

DEUS, qui beátæ Maríæ Vírginis domum per incarnáti Verbi mystérium misericórditer consecrásti, eámque in sinu Eclésiæ tuæ mirabíliter collocásti : concéde ; ut segregáti a tabernáculis peccatórum, digni efficiámur habitatóres domus sanctæ tuæ. Per eúmdem Dóminum.

*Mémoire de* **Saint Melchiade Pape et Martyr.** *Oraisons de la Messe* Státuit. 587.

*Épître.* In ómnibus réquiem quæsívi. 944.












*Évangile.* Missus est. 694. Credo.





nó-mi- ni tu- o.

**Secrète.**

ACCIPE, quæsumus Dómine, múnera in hac sacra domo dignánter obláta : et beátæ Maríæ Vírginis suffragántibus méritis, ad nostræ salútis auxílium provenire concéde. Per Dóminum

*Préface de la B. V. M.* Et te in Festivitáte. 12.

Comm. 2.



BE-á-tus qui au- dit me, et qui ví-gi-lat ad fores me- as quo-tí- di- e, et obsérvat ad po-stes ósti- i me- i. Qui me invéne-rit, invéni- et vi- tam, et háu- ri- et sa-lú-tem a Dó- mino.

**Postcommunion.**

QUÆSUMUS, Dómine Deus noster : ut sacrosáncta mystéria, quæ pro reparatiónis nostræ munímine contulísti, intercedénte beáta María semper Vírgine, et præsens nobis remédium esse fácias, et futúrum. Per Dóminum nostrum.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Dixit Dñus. 63. — **2.** Laudáte púeri. 64. — **3.** Lætátus sum. 86. — **4.** Nisi Dñus. 86. — **5.** Lauda Jerúsalem. 90.

1. Ant. 7. a



DOmum tu-am Dómine decet sancti-túdo in longi-túdinem di- érum. E u o u a e.

2. Ant. 8. G



DOmus me- a domus ora-ti- ó-nis vocábi-tur : in





e- a omnis qui pe-tit, áccipit; et qui quæ-rit, ínvenit; et pulsán-ti ape-ri- é-tur. E u o u a e.

8. Ant. 1. f



PRopter domum Dómini De- i nostri quæsí-vi bona ti-bi. E u o u a e.

4. Ant. 8. c



DOmine De- us, exaltásti super terram habi- ta-ti- ónem me- am. E u o u a e.

5. Ant. 8. c



DOmum majestá-tis me-æ, et lo-cum pedum me- órum glo- ri- fi- cábo. E u o u a e.

*Capitule.* In ómnibus réquiem quæsívi. 948.

*Hymne.* Ave maris stella. 690.

℣. Hæc est domus Dómini fírmiter ædificáta.

℟. Bene fundáta est supra firmam petram.

*A Magnificat, Ant.* O quam metuéndus est. 684.

---

# 18. L'Expectation de l'Enfantement de la B. V. M.

**Double majeur.**

## AUX I. VÊPRES

*Psaumes et Ant. des II. Vêpres de l'Annonciation de la B. V. M.*, 786, *en ajoutant* Allelúia *à la 2. et à la 3. Ant. Le reste comme aux II. Vêpres*, 1122, *excepté :*

A Magnificat Ant. 8. G




¶ **A Complies,** *on chante l'Hymne sur le ton de l'Avent,* 97, *avec la Doxologie :* Virtus, honor laus, glória, *de l'Hymne* Creátor alme síderum. 96.

## A LA MESSE

*Comme aux Messes de la B. V. M. durant l'Avent,* 692, *excepté :*

*Introït.* Roráte cæli. 110.




*Préface de la B. V. M.* Et te in Exspectatióne, 12.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Dixit Dñus. 63. — **2.** Laudáte púeri. 64. — **3.** Lætátus sum. 86. — **4.** Nisi Dóminus. 86. — **5.** Meménto. 87.

*Ant. des II. Vêpres de l'Annonciation,* 786, *en ajoutant* Allelúia *à la 2. et à la 3. Ant. ; au lieu de la dernière, on dit la suivante :*






*Is. 11.*

**Capitule.**

EGREDIETUR virga de radíce Jesse, et flos de radíce ejus ascéndet : Et requiéscet super eum Spíritus Dómini.

*Hymne.* Creátor alme síderum. 96.

℣. Ave María grátia plena. ℟. Dóminus tecum.

A Magnificat Ant. 2. D




## 26. Mémoire de tous les SS. Martyrs.

### AUX I. VÊPRES

Ant. 8.




℣. Justi epulántur et exsúltent in conspéctu Dei.
℟. Et delectántur in lætítia.

### A LA MESSE

**Collecte.**

DEUS, qui glorificáris in concílio sanctórum Mártyrum tuórum : réspice ad preces humilitátis nostræ ; ut quorum solémnia celebrámus, eórum précibus adjuvári mereámur. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

SUSCIPE, quæsumus Dómine, et sanctífica hoc sacrifícium pópuli tui : ut quod in honórem beatórum Mártyrum tuórum offértur ad glóriam, nobis prosit ad véniam. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut non désinant sancti tui pro nostris tibi supplicáre peccátis, a quibus voluísti pro peccatóribus exorári. Per Dóminum.

AUX II. VÊPRES

Ant. 5.




℣. Justi autem in perpétuum vivent.
℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

¶ *Quand les mémoires propres ci-dessus ne sont pas concédées, on prend tout au Commun de Plusieurs Martyrs aux I. et II. Vêpres,* 612, *avec l'Oraison* Deus qui nos ánnua. 607.

## FÊTES DE JANVIER

LE III. DIMANCHE APRÈS L'ÉPIPHANIE

# La Sainte Famille de Jésus, Marie, Joseph.

**Double majeur.**

AUX I. VÊPRES

*Psaumes, Capitule et Hymne comme aux II. Vêpres,* 1130.

1. Ant. 1. g








℣. Verbum caro factum est, allelúia.
℟. Et habitávit in nobis, allelúia.

A Magnificat Ant. 1. g




## A LA MESSE

Intr. 7.




### Collecte.

DOMINE Jesu Christe, qui Maríæ et Joseph súbditus, domésticam vitam ineffabílibus virtútibus consecrásti : fac nos, utriúsque auxílio, Famíliæ sanctæ tuæ exémplis ínstrui ; et consórtium cónsequi sempitérnum : Qui vivis et regnas.

*Mémoire du III. Dimanche après l'Épiphanie,* 210.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Colossenses.** *Col. 3.*

INDUITE vos ergo sicut elécti Dei, sancti et dilécti, víscera misericórdiæ, benignitátem, humilitátem, modéstiam, patiéntiam : supportántes ínvicem, et donántes vobismetípsis, si quis



adversus áliquem habet querélam : sicut et Dóminus donávit vobis, ita et vos. Super ómnia autem hæc, caritátem habéte, quod est vínculum perfectiónis : et pax Christi exsúltet in córdibus vestris, in qua et vocáti estis in uno córpore : et grati estóte. Verbum Christi hábitet in vobis abundánter in omni sapiéntia, docéntes, et commonéntes vosmetípsos psalmis, hymnis, et cánticis spirituálibus, in grátia cantántes in córdibus vestris Deo. Omne quodcúmque fácitis in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jesu Christi, grátias agéntes Deo et Patri per ipsum.

Grad. 5.




8.

*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son ỳ., on dit :*

Trait. 2.




*Au Temps Pascal, on omet le Graduel, et l'on chante :*

1.









8.




*Évangile.* Cum factus esset. 198. Credo.

Offert. 4.




**Secrète.**

PLACATIONIS hóstiam offérimus tibi Dómine, supplíciter deprecántes : ut per intercessiónem Deíparæ Vírginis cum beáto Joseph, famílias nostras in pace et grátia tua firmiter constítuas. Per Dóminum nostrum.

*Préface de la Nativité,* 11.

Comm. 1.



**Postcommunion.**

Quos cæléstibus réficis sacraméntis, fac Dómine Jesu, sanctæ Famíliæ tuæ exémpla júgiter imitári : ut in hora mortis nostræ, occurrénte gloriósa Vírgine Matre tua cum beáto Joseph ; per te in ætérna tabernácula récipi mereámur : Qui vivis.

*On lit à la fin l'Évangile du Dimanche,* 212.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Dixit Dñus. 63. — **2.** Laudáte púeri .64. — **3.** Lætátus sum. 86. — **4.** Nisi Dóminus. 86. — **5.** Lauda Jerúsalem. 90.

1. Ant. 3. à



P Ost trídu- um invené-runt Jesum in templo sedéntem in médi- o doctórum, audi- éntem illos et interrogántem e- os. Eu o u a e.

2. Ant. 4. E



D Ixit mater Jesu ad illum : Fi- li, quid fe- císti nobis sic ? Ecce pater tuus et ego do-lén-tes quærebámus te. Eu o u a e.

3. Ant. 8. G



D Escéndit Jesus cum e- is, et venit Náza-reth, et e- rat súbdi-tus illis. Eu o u a e.

4. Ant. 6. F



E T Jesus pro-fi-ci- ébat sapi- énti- a, et ætá-te,





et grá-ti- a, apud De- um et hómines. E u o u a e.

5. Ant. 8. G



E T di-cébant : Unde hu- ic sapi- énti- a hæc, et virtútes ? Nonne hic est fabri fí-li- us ? E u o u a e.

**Capitule.** *Luc 2.*

Descendit Jesus cum María et Joseph, et venit Názareth, et erat súbditus illis.

Hymn. 1.



O lux be- á-ta cæ-li-tum Et summa spes mortá-lium, Jesu, o cui domésti-ca Arrí-sit or-to cá-ri-tas.



2. Ma-rí- a, dives grá-ti- a, O sola quæ casto po-tes Fovére Je-sum péctore, Cum lacte do- nans óscu-la : 3. Tuque ex vetústis pátri-bus, De-lécte custos Vírgi-nis, Dulci patris quem nómine Di-vína pro- les ínvo-cat : 4. De stirpe Jesse nóbi- li Nati in sa-lú-tem génti- um, Audí-te nos qui súp-



pli-ces Vestras ad a- ras sístimus. 5. Dum sol redux ad vé-



spe-rum Rebus ni- tó-rem détra-hit, Nos hic manéntes ín-



timo Ex corde vo- ta fúndimus. 6. Qua vestra se-des fló-



ru- it Virtú-tis omnis grá-ti- a, Hanc detur in domésti-cis



Re-férre pos-se mó-ri-bus. 7. Je-su, ti-bi sit gló-ri- a, Qui



na-tus es de Vírgi-ne, Cum Patre et almo Spí-ri-tu, In sem-



pi-tér-na sæ-cu-la. A-men.

℣. Ponam univérsos fílios tuos doctos a Dómino.
℟. Et multitúdinem pacis fíliis tuis.

A Magnificat Ant. 8. G



M Arí- a autem conservábat ómni- a verba hæc



cónfe-rens in corde su- o. E u o u a e.



# 23. Le Mariage de la B. V. M. et de S. Joseph.

Double majeur.

## AUX I. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres*, 1134, *excepté :*

A Magnificat Ant. 1. J



G Lori- ó- sæ Vírgi-nis Ma-rí- æ Desponsa-ti-ónem dignissimam re-co- lámus, quæ et Genitrí- cis digni-tá-tem obtí-nu- it, et virginá-lem pudi-ci-ti- am non amí-sit.

E u o u a e.

*On fait ensuite la mémoire de S. Joseph, où elle est concédée, avant toute autre, quelle qu'elle soit. Ant.* Exsúrgens Joseph. 781.
℣. Constítuit eum. *Oraison.* Sanctíssimæ.

¶ **A Complies,** *Ton et Doxologie de la B. V. M.*, 76.

**Messe.** Salve sancta parens. 698, *excepté ce qui suit.*

**Collecte.**

FAMULIS tuis, quæsumus Dómine, cæléstis grátiæ munus impértire : ut quibus beátæ Vírginis partus éxstitit salútis exórdium, Desponsatiónis ejus votíva solémnitas pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum.

*Mémoire de* **Saint Joseph,** *où elle est concédée. Oraisons de la Fête, au 19 Mars,* 781.

*De* **Sainte Émérentienne Vierge et Martyre.** *Oraisons de la Messe* Me exspectavérunt. 663.

*Épître.* Dóminus possédit me. 712.

*Évangile.* Cum esset desponsáta. 117.

Credo.

### Secrète.

UNIGENITI tui Dómine nobis succúrrat humánitas : ut qui natus de Vírgine, Matris integritátem non mínuit sed sacrávit; in Desponsatiónis ejus solémniis, nostris nos piáculis éxuens, oblatiónem nostram tibi fáciat accéptam Jesus Christus Dóminus noster : Qui tecum vivit.

*Préface de la B. V. M.* Et te in Desponsatióne. 12.

### Postcommunion.

SUMPSIMUS Dómine celebritátis ánnuæ votíva sacraménta : præsta quæsumus; ut et temporális vitæ nobis remédia præbeant, et ætérnæ. Per Dóminum.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* 1. Dixit Dñus. 63. — 2. Laudáte púeri. 64. — 3. Lætátus sum. 86. — 4. Nisi Dñus. 86. — 5. Lauda Jerúsalem. 90.

1. Ant. 8. G

D Esponsá-ti- o glori- ósæ Vírgi-nis Ma-rí- æ, ex sémine Abrahæ, ortæ de tri-bu Juda, cla-ra ex

2. Ant. 7. c

stirpe David. E u o u a e. D Esponsá-ti- o est hódi- e sanctæ Ma-rí- æ Vírgi-nis, cujus vi-ta ínclyta cunctas illústrat ecclési- as. E u o u a e.

3. Ant. 6. F

R Egá-li ex progéni- e Ma-rí- a exór- ta re-fúlget : cu-jus précibus nos adjuvá-ri mente et spí-ri-tu



4. Ant. 8. G

devo-tíssime póscimus. E u o u a e. C Or-de et ánimo Christo canámus gló-ri- am in hac sacra so-lemni-tá-te præcél- sæ Genitrí-cis De- i Marí- æ. E u o u a e.

5. Ant. 7. c

C UM jucundi-tá-te Desponsa-ti-ónem be- á-tæ Marí- æ ce- lebrémus, ut ipsa pro nobis intercédat ad Dóminum Jesum Christum. E u o u a e.

*Capitule.* Ab inítio. *Hymne.* Ave maris stella. 690.

℣. Desponsátio est hódie sanctæ Maríæ Vírginis.
℟. Cujus vita ínclyta cunctas illústrat ecclésias.

A Magnificat Ant. 1. f

D Esponsá-ti- o tu- a, De- i Génitrix Virgo, gáudi- um annunti- á-vit univérso mundo : ex te enim ortus est sol justí-ti- æ, Christus De- us noster : qui solvens ma-le-dicti- ó-nem, dedit benedicti- ónem, et con-




*Mémoire de S. Joseph. Ant.* Ecce fidélis. 785. ℣. Glória et divítiæ. *Oraison.* Sanctíssimæ. 781.

## FÊTES DE FÉVRIER.

## 4. B. Jeanne de Valois Veuve. *Double.*

**Messe.** Cognóvi. 678, *excepté les Oraisons suivantes.*

**Collecte.**

DEUS, qui ad imitándum beátæ Vírginis Fílii tui Genitrícis virtútes, novum per beátam Joánnam sacrárum vírginum cœtum instítui voluísti : ejus méritis precibúsque concéde ; ut per éadem gradiámur virtútum exémpla. Per eúmdem Dóminum.

**Secrète.**

DA nobis, quæsumus Dómine, per hæc sancta sacrifícia, regnum tuum justitiámque ejus semper inquírere : pro cujus adeptióne beáta regína Joánna falláces regni terréni pompas et illécebras incunctánter abjécit. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

INFUNDE nobis Dómine hujus virtúte sacraménti, sanctam amóris tui suavitátem : ut beátæ Joánnæ intercessióne, superátis ómnibus mundi impediméntis, tibi uni cum illa adhærére mereámur. Per Dóminum.

## 11. Apparition de N.-Dame de Lourdes.

**Double majeur.**

### AUX I. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres,* 1141, *excepté :*

*Hymne.* Ave maris stella. 690.








macu-láta me- a *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

¶ **A Complies,** *Ton et Doxologie de la B. V. M.,* 76.

### A LA MESSE




**Collecte.**

DEUS, qui per immaculátam Vírginis Conceptiónem dignum Fílio tuo habitáculum præparásti : súpplices a te quæsumus : ut ejúsdem Vírginis apparitiónem celebrántes, salútem mentis et córporis consequámur. Per eúmdem Dóminum.

**Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.** *Apoc. 11. 12.*

APERTUM est templum Dei in cælo : et visa est arca testaménti ejus in templo ejus : et facta sunt fúlgura, et voces, et terræmótus, et grando magna. Et signum magnum appáruit in cælo : Múlier amícta sole, et luna sub pédibus ejus, et in cápite ejus coróna stellárum duódecim. Et audívi vocem magnam in cælo dicéntem : Nunc facta est salus, et virtus, et regnum Dei nostri, et potéstas Christi ejus.

Grad. 5.

F Lo-res apparu- é- runt in terra no-

stra, tempus puta-ti- ó- nis advé- nit, vox túrturis audí-

ta est in terra nostra.

℣. Surge, amí- ca me-

a, spe-ci- ó- sa me- a, et ve-

ni : co-lúm-ba me- a in foramíni-bus pe-

træ, in cavér- na ma-cé- ri- æ.

8.

A L-le- lú- ia. *ij.*

℣. Ostén- de mi- hi fá- ci- em tu- am, so-

net vox tu- a in áuribus me- is : vox e-nim

tu- a dul- cis, et fá-ci- es tu- a de- có-ra.



*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son ℣., on dit :*

Trait. 8.

T U gló-ri- a Jerúsa-lem, tu læ-tí-ti- a

Isra- el, tu honori-fi-cénti- a pó-

pu- li nostri. ℣. To-

ta pulchra es, Marí- a,

et má- cu-la o-ri- gi-ná-

lis non est in te. ℣. Fe-

lix es, sacra Virgo Ma-rí- a, et om-

ni laude digníssima, quæ ser-pén- tis

ca- put virgíne- o pe- de contri-ví-

sti.

*Au Temps Pascal.*




*Évangile.* Missus est. *des Messes votives de la B. V. M., 694, en terminant à ces mots :* nomen ejus Jesum. Credo.






**Secrète.**

HOSTIA laudis, quam tibi Dómine per mérita gloriósæ et Immaculátæ Vírginis offérimus, sit tibi in odórem suavitátis, et nobis optátam cónferat córporis et ánimæ sanitátem. Per Dóminum nostrum.

*Préface de la B. V. M.* Et te in Conceptióne immaculáta. 12.




**Postcommunion.**

QUOS cælésti Dómine aliménto satiásti, súblevet déxtera Genitrícis tuæ Immaculátæ : ut ad ætérnam pátriam, ipsa adjuvánte, pervenire mereámur : Qui vivis.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* 1. Dixit Dñus. 63. — 2. Laudáte púeri. 64. — 3. Lætátus sum. 86. — 4. Nisi Dñus. 86. — 5. Lauda Jerúsalem. 90.





sa-lem, tu læ-tí-ti- a Isra- el, tu hono-ri-fi-cénti- a pó-



pu-li nostri. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

4. Ant. 7. a



B Ene-dícta es tu, Virgo Ma-rí- a, a Dómino



De- o excélso, præ ómnibus mu-li- é-ribus super terram.



5. Ant. 8. G



*T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e. H Odi- e nomen



tu- um i-ta magni-fi-cá- vit Dóminus, ut non recédat laus



tu- a de o- re hóminum. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

Capitule. *Cant. 2. c.*

SURGE amíca mea, speciósa mea, et veni : colúmba mea in foramínibus petræ, in cavérna macériæ, osténde mihi fáciem tuam, sonet vox tua in áuribus meis.

Hymn. 4.



O -mnis expértem máculæ Ma-rí- am Edocet sum-



mus fíde- i ma-gíster ; Vírgi-nis gaudens célebrat fidé-lis



Terra tri- úmphum. 2. Ipsa se præbens húmi-li pu-éllæ





Virgo spectándam, récre- at pavéntem, Seque concéptam



sine labe sancto Prædi-cat ore. 3. O specus fe-lix, decorá-



te divæ Matris adspéctu ! vene-ránda ru-pes, Unde vi-tá-



les scatu- ére pleno Gúrgi-te lymphæ ! 4. Huc catervá-tim



pi- a turba nostris, Huc ab extérnis peregrína terris Af-



flu- it supplex, et opem poténtis Vírgi-nis orat. 5. Exci-



pit Mater lácrimas precántum, Donat optá-tam mí-seris



sa-lú-tem ; Compos hinc vo- ti pátri- as ad oras Turba re-



vértit. 6. Súpplicum, Virgo, mi-será-ta casus, Semper o



nostros réfove labó-res, Impetrans mæstis bona sempi-



térnæ Gáudi- a vitæ. 7. Sit decus Patri, geni-tæque Pro-




## FÊTES DE MARS

# 18. Saint Gabriel Archange.

**Double majeur.**

### AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.
*Le reste comme aux II. Vêpres* 1147, *excepté :*



℣. Stetit Angelus juxta aram templi.
℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.




A Complies, *Ton de l'Hymne,* 580. — *T. P.,* 75.

### A LA MESSE

*Introït.* Benedícite Dóminum. 986.

**Collecte.**

DEUS, qui inter céteros Angelos, ad annuntiándum Incarnatiónis tuæ mystérium, Gabriélem Archángelum elegísti : concéde propítius; ut qui festum ejus celebrámus in terris, ipsíus patrocínium sentiámus in cælis : Qui vivis.

**Lectio Danielis Prophetæ.** *Dan. 9. f.*

IN diébus illis : Ecce vir Gábriel, quem víderam in visióne a princípio, cito volans tétigit me in témpore sacrifícii vespertíni. Et dócuit me, et locútus est mihi, dixítque : Dániel, nunc egréssus sum ut docérem te, et intellígeres. Ab exórdio precum tuárum egréssus est sermo : ego autem veni ut indicárem tibi, quia vir desideriórum es : tu ergo animadvérte sermónem, et intéllige visiónem. Septuagínta hebdómades abbreviátæ sunt super pópulum tuum et super urbem sanctam tuam, ut consummétur prævaricátio, et finem accípiat peccátum, et deleátur iníquitas, et adducátur justítia sempitérna, et impleátur vísio et prophetía, et ungátur Sanctus sanctórum. Scito ergo et animadvérte : ab éxitu sermónis ut íterum ædificétur Jerúsalem usque ad Christum ducem, hebdómades septem, et hebdómades sexagínta duæ erunt, et rursum ædificábitur platéa et muri in angústia témporum. Et post hebdómades sexagínta duas occidétur Christus : et non erit ejus pópulus qui eum negatúrus est. Et civitátem et sanctuárium dissipábit pópulus cum duce ventúro : et finis ejus vástitas, et post finem belli statúta desolátio.

*Graduel.* Benedícite. 987.

Trait. 2.









*Au Temps Pascal, au lieu du Graduel et du Trait, on dit :*




Allelúia. ℣. Ave María. 694. Credo.
*Évangile.* Missus est. 694.
*Offertoire.* Stetit Angelus. 990.

**Secrète.**

ACCEPTUM fiat in conspéctu tuo, Dómine, nostræ servitútis munus, et beáti Archángeli Gabriélis orátio : ut qui a nobis venerátur in terris : sit apud te pro nobis advocátus in cælis. Per Dóminum nostrum.

*Communion.* Benedícite. 990.

**Postcommunion.**

CORPORIS tui et sánguinis sumptis mystériis tuam, Dómine Deus noster, deprecámur cleméntiam : ut, sicut Gabriéle nuntiánte, Incarnatiónem tuam cognóvimus ; ita ipso adjuvánte, Incarnatiónis ejúsdem beneficia consequámur : Qui vivis.

## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Confitébor. 88.

1. Ant. 8. G



INgrésso Zacha-rí- a templum Dómini, appá-



ru- it e- i Gábri- el Ange-lus, stans a dextris altá-



ris incénsi. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

2. Ant. 1. f



A - it autem Ange-lus : Ne tíme- as Zacha-rí- a,



quóni- am exaudí-ta est deprecá-ti- o tu- a. *T. P.* Alle-lú-ia.

3. Ant. 6. F



E u o u a e. E - go sum Gábri- el Ange-lus,



qui adsto ante De- um, et missus sum loqui ad te.

4. Ant. 7. d



*T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e. G Abri- el Ange-lus



locútus est Ma- rí- æ, di-cens: Ecce concípi- es in úte-ro,



et pá-ri- es fí-li- um, et vocá-bis nomen e-jus Je-sum.

5. Ant. 4. E



*T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e. D Ixit autem Ma-



rí- a ad Ange-lum : Quómodo fi- et i- stud, quóni- am





vi- rum non cognósco? Et respóndens Gábri- el Ange-lus,



di-xit e- i: Spí-ri-tus Sanctus supervéni- et in te, et



vir-tus Altís- simi obumbrábit tibi. *T. P.* Alle-lú-ia.



E u o u a e.

**Capitule.** *Dan. 9. f.*

Ecce vir Gábriel, quem víderam in visióne a princípio, cito volans tétigit me in témpore sacrifícii vespertíni. Et dócuit me, et locútus est mihi, dixítque : Dániel, nunc egréssus sum ut docérem te, et intellígeres.

Hymn. 4.



C Hriste, sanctó-rum decus Ange-lórum, Géntis húmá-



næ sator et redémptor, Cæ-li-tum nobis tríbu- as be-á-



tas Scándere sedes. 2. Ange-lus pa-cis Mícha- el in ædes



Cæli-tus nostras véni- at, se-rénæ Auctor ut pa-cis lacri-



mósa in orcum Bel-la re-léget. 3. Ange-lus fortis Gábri- el,



ut hostes Pellat antíquos, et amí-ca cæ-lo, Quæ tri- um-









## FÊTES D'AVRIL

### 16. S. Benoît-Joseph Labre Confesseur.

Double.

A LA MESSE



**Collecte.**

DEUS, qui sanctum Benedíctum Joséphum Confessórem tuum humilitátis stúdio et paupertátis amóre tibi uni adhærére fecísti : da nobis ejus suffragántibus méritis, terréna cuncta despícere, et cæléstia semper inquírere. Per Dóminum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Timotheum.** *1. Tim. 6.*

CARISSIME : Est quæstus magnus píetas cum sufficiéntia. Nihil enim intúlimus in hunc mundum : haud dúbium quod nec auférre quid póssumus. Habéntes autem aliménta, et quibus tegámur, his conténti simus. Nam qui volunt dívites fieri íncidunt in tentatiónem, et in láqueum diáboli, et desidéria multa inutília et nocíva, quæ mergunt hómines in intéritum et perditiónem. Radix enim ómnium malórum est cupíditas : quam quidam appeténtes, erravérunt a fide, et inseruérunt se dolóribus multis. Tu autem, o homo Dei, hæc fuge : sectáre vero justítiam, pietátem, fidem, caritátem, patiéntiam, mansuetúdinem. Certa bonum certámen fídei, apprehénde vitam ætérnam.

8.

A L-le- lú- ia. *ij.*

℣. Quis sic-ut Dó- mi-nus De- us noster, qui in al- tis há- bi- tat, et humí- li- a réspi-cit in cæ- lo et in ter- ra?

1.

A Lle-lú- ia. *ij.*

℣. Súsci-tans a ter- ra ín- opem, et de stérco-re éri-gens páu- perem : ut cóllocet e- um cum princí-pi-bus, cum princí-pibus pópu- li su- i.



*Hors le Temps Pascal.*

Grad. 5.

B E- á- tus vir, cu-jus est nomen Dómini spes e- jus, et non respé- xit in vanitá- tes, et insá-ni- as falsas.

℣. E-go au- tem mendí- cus sum et pauper : Dóminus sollí-ci-tus est me- i. Adjú-tor me- us, et pro-téctor me- us tu es.

7.

A Lle-lú- ia. *ij.*




*Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et de son ℣., on dit:*









*Évangile.* Si quis vult post me veníre. 594.




**Secrète.**

OBLATA múnera, clementíssime Deus, propítius réspice : et sancti Benedícti Joséphi Confessóris tui interveniénte suffrágio, in salútem nobis provenire concéde. Per Dóminum.




**Postcommunion.**

SACRIS Dómine refécti munéribus : quæsumus; ut sancti Benedícti Joséphi Confessóris tui virtútes imitémur, cujus póscimus méritis adjuvári. Per Dóminum nostrum.

## FÊTES DE MAI

## 15. S. Isidore le Laboureur Conf. *Double.*

**Messe.** Justus ut palma. *d'un Conf. non Pontife*, 648, *excepté :*

**Collecte.**

DA nobis, quæsumus miséricors Deus : beáto Isidóro agrícola Confessóre tuo intercedénte, supérbe non sápere ; sed ejus méritis et exémplis, plácita tibi semper humilitáte deservíre. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Epistolæ beati Jacobi Apostoli.** *Jac. 5.*

FRATRES : Patiéntes estóte usque ad advéntum Dómini. Ecce agrícola exspéctat pretiósum fructum terræ, patiénter ferens, donec accípiat temporáneum et serótinum. Patiéntes ígitur estóte et vos, et confirmáte corda vestra, quóniam advéntus Dómini appropinquávit. Ecce beatificámus eos qui sustinuérunt. Sufferéntiam Job audístis, et finem Dómini vidístis, quóniam miséricors Dóminus est et miserátor. Confitémini ergo altérutrum peccáta vestra, et oráte pro ínvicem ut salvémini :



multum enim valet deprecátio justi assídua. Elías homo erat símilis nobis passíbilis : et oratióne orávit, ut non plúeret super terram, et non pluit annos tres et menses sex. Et rursum orávit, et cælum dedit plúviam, et terra dedit fructum suum.

*Evangile.* Ego sum vitis vera. 605.

**Secrète.**

PROPITIARE Dómine supplicatiónibus nostris, et has pópuli tui oblatiónes benígnus assúme : ut, intercedénte beáto Isidóro Confessóre tuo, quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

SIT nobis Dómine reparátio mentis et córporis cæléste mystérium : et præsta ; ut sancti Isidóri Confessóris tui, cujus exséquimur cultum, sentiámus efféctum. Per Dóminum.

## 16. S. Jean Népomucène Mart. *Double.*

**Messe.** Lætábitur. *d'un Martyr non Pontife*, 598, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui ob invíctum beáti Joánnis sacraméntale siléntium, nova Ecclésiam tuam martýrii coróna decorásti : da nobis ejus intercessióne et exémplo, linguam caute custodíre ; ac ómnia pótius mala, quam ánimæ detriméntum in hoc sæculo toleráre. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

PER hæc tua Dómine sacra mystéria, illo nos caritátis igne accendámur, quo ínclytus Martyr Joánnes éadem peragéndo flagrábat. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

SPIRITUM Dómine fortitúdinis hæc nobis tríbuat mensa cæléstis : quæ beáti Mártyris tui Joánnis pro sacraménti honóre tentátam constántiam júgiter áluit ad victóriam. Per Dñum.

¶ *Au Temps Pascal, on dit la Messe* Protexísti. 603, *avec les Oraisons ci-dessus et l'Évangile* Nihil est opértum. 600.

## 24. Notre-Dame Auxiliatrice.

**Double majeur.**

**Aux I. Vêpres,** *Comme aux Fêtes de la B. V. M.*, 689, *excepté :*

*Hymne des II. Vêpres*, 1158.

A Magnificat Ant. 5. a




¶ A Complies, *Ton et Doxologie de la B. V. M.*, 76.

**Messe.** Salve sancta parens. 697, *excepté :*

**Collecte.**

OMMIPOTENS et miséricors Deus, qui ad defensiónem pópuli christiáni in beatíssima Vírgine María perpétuum auxílium mirabíliter constituísti : concéde propítius; ut tali præsídio muníti, certántes in vita, victóriam de hoste malígno cónsequi valeámus in morte. Per Dóminum nostrum.

*Hors le T. P. Graduel.* Benedícta. 698.

Allelúia, allelúia. ℣. Post partum. 699.

*Évangile.* Loquénte Jesu. 700.

*Offertoire.* Ave María. 700. Credo.

**Secrète.**

PRO religiónis christiánæ triúmpho hóstias placatiónis tibi Dómine immolámus : quæ, ut nobis proficiant, opem auxiliátrix Virgo præstet, per quam talis perfécta est victória. Per Dóminum nostrum.

*Préface de la B. V. M.* Et te in Festivitáte. 12.

**Postcommunion.**

ADESTO Dómine pópulis, qui participatióne córporis et sánguinis tui reficiúntur : ut, sanctíssima tua Genitríce auxiliánte, ab omni malo et perículo liberéntur, et in omni ópere bono custodiántur : Qui vivis.

## AUX II. VÊPRES

*Comme aux Fêtes de la B. V. M.*, 689, *excepté :*

Hymn. 1.








# 24. Saint Raphael Archange.

Double majeur.

## AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63, *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.
*Le reste comme aux II. Vêpres,* 1202, *excepté :*

A Magnificat Ant. 1. f




¶ A Complies, *Ton de l'Hymne,* 580.

## A LA MESSE

*Introït.* Benedícite. 986.

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Raphaélem Archángelum Tobíæ fámulo tuo cómitem dedísti in via : concéde nobis fámulis tuis; ut ejúsdem semper protegámur custódia, et muniámur auxílio. Per Dóminum nostrum.

**Lectio libri Tobiæ.** *Tob. 12. b.*

IN diébus illis : Dixit Angelus Ráphael ad Tobíam : Etenim sacraméntum regis abscóndere bonum est : ópera autem Dei reveláre et confitéri honorificum est. Bona est orátio cum jejúnio, et eleemósyna magis quam thesáuros auri recóndere : quóniam eleemósyna a morte líberat, et ipsa est quæ purgat peccáta, et facit invenire misericórdiam et vitam ætérnam. Qui autem fáciunt peccátum et iniquitátem, hostes sunt ánimæ suæ. Manifésto ergo vobis veritátem, et non abscóndam a vobis occúltum sermónem. Quando orábas cum lácrimis, et sepeliébas mórtuos, et derelinquébas prándium tuum, et mórtuos abscondébas per diem in domo tua, et nocte sepeliébas eos, ego óbtuli oratiónem tuam Dómino : et quia accéptus eras



Deo, necésse fuit ut tentátio probáret te. Et nunc misit me Dóminus, ut curárem te, et Saram uxórem fílii tui a dæmónio liberárem. Ego enim sum Ráphael Angelus, unus ex septem qui astámus ante Dómirum.






℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ.* 5.

In illo témpore : Erat dies festus Judæórum, et ascéndit Jesus Jerosólymam. Est autem Jerosólymis probática piscína, quæ cognominátur hebráice Bethsáida, quinque pórticus habens. In his jacébat multitúdo magna languéntium, cæcórum, claudórum, aridórum, exspectántium aquæ motum. Angelus autem Dómini descendébat secúndum tempus in piscínam, et movebátur aqua. Et qui prior descendísset in piscínam post motiónem aquæ, sanus fiébat a quacúmque detinebátur infirmitáte. Credo.

*Offertoire.* Stetit Angelus. 990.

**Secrète.**

Hostias tibi Dómine laudis offérimus, supplíciter deprecántes : ut eásdem, angélico pro nobis interveniénte suffrágio, et placátus accípias, et ad salútem nostram provenire concédas. Per Dóminum nostrum.

*Communion.* Benedícite. 990.

**Postcommunion.**

Dirigere dignáre, Dómine Deus, in adjutórium nostrum sanctum Raphaélem Archángelum : et quem tuæ majestáti semper assístere crédimus, tibi nostras exíguas preces benedicéndas assígnet. Per Dóminum.

## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Confitébor. 98.


















**Capitule.** *Tob.* 12. c.

Quando orábas cum lácrimis, et sepeliébas mórtuos, et derelinquébas prándium tuum, et mórtuos abscondébas per diem in domo tua, et nocte sepeliébas eos, ego óbtuli oratiónem tuam Dómino.






℣. Stetit Angelus juxta aram templi.
℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.






IV. DIMANCHE D'OCTOBRE

## Fête des Saintes Reliques. *Double.*

**Aux I. et II. Vêpres**, *Comme au Commun de Plusieurs Martyrs*, 609.

### A LA MESSE

*Introït.* Multæ tribulatiónes. 870.

**Collecte.**

PROPITIARE, quæsumus Dómine, nobis fámulis tuis, per sanctórum tuórum, quorum hic habéntur relíquiæ, et patrocínia venerámur, mérita gloriósa : ut eórum pia intercessióne, ab ómnibus semper protegámur advérsis. Per Dóminum.

*Épître.* Justórum ánimæ. 615. — *Grad.* Gloriósus Deus. 615.
Allelúia, allelúia. ℣. Córpora sanctórum. 616.
*Évangile.* Videns Jesus turbas. 1022.
*Offertoire.* Mirábilis Deus. 617. — *Secrète.* Adésto Dñe. 608.
*Communion.* Justórum ánimæ. 899.
*Postcommunion.* Quæsumus Dómine. 609.
¶ *Ailleurs, on dit la même Messe avec l'Évangile suivant.*

℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 20. c.*

IN illo témpore : Accessérunt quidam sadducæórum, qui negant esse resurrectiónem, et interrogavérunt Jesum, dicéntes : Magíster, Móyses scripsit nobis : Si frater alicújus mórtuus fúerit habens uxórem, et hic sine líberis fúerit, ut accípiat eam frater ejus uxórem, et súscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant : et primus accépit uxórem, et mórtuus est sine fíliis. Et sequens accépit illam, et ipse mórtuus

est sine fílio. Et tértius accépit illam. Simíliter et omnes septem, et non reliquérunt semen et mórtui sunt. Novíssime ómnium mórtua est et múlier. In resurrectióne ergo, cujus eórum erit uxor? síquidem septem habuérunt eam uxórem. Et ait illis Jesus : Fílii hujus sæculi nubunt, et tradúntur ad núptias : illi vero, qui digni habebúntur sæculo illo et resurrectióne ex mórtuis, neque nubent, neque ducent uxóres : neque enim ultra mori póterunt : æquáles enim Angelis sunt, et fílii sunt Dei, cum sint fílii resurrectiónis. Quia vero resúrgant mórtui, et Móyses osténdit secus rubum, sicut dicit Dóminum. Deum Abraham, et Deum Isaac, et Deum Jacob. Deus autem non est mortuórum, sed vivórum : omnes enim vivunt ei.

## Messe en l'honneur des Saints dont les Reliques sont conservées dans les églises.

*Introït.* Multæ tribulatiónes. 870.

**Collecte.**

AUGE in nobis Dómine resurrectiónis fidem, qui in sanctórum tuórum relíquiis mirabília operáris : et fac nos immortális glóriæ partícipes, cujus in eórum cinéribus pígnora venerámur. Per Dóminum nostrum.

*Épître.* Hi viri misericórdiæ sunt. 871.

Grad. 2.









Allelúia, allelúia. ỳ. Justi epuléntur. 620.

*Évangile.* Descéndens Jesus de monte. 620.

*Offertoire.* Mirábilis. 617.

**Secrète.**

IMPLORAMUS Dómine cleméntiam tuam : ut sanctórum tuórum, quorum relíquias venerámur, suffragántibus méritis, hóstia quam offérimus nostrórum sit expiátio delictórum. Per Dóminum nostrum.

Comm. 1.




**Postcommunion.**

MULTIPLICA super nos, quæsumus Dómine, per hæc sancta quæ súmpsimus, misericórdiam tuam : ut sicut in tuórum solemnitáte sanctórum, quorum relíquias cólimus, pia devotióne lætámur; ita eórum perpétua societáte, te largiénte, fruámur. Per Dóminum nostrum.

## FÊTES DE NOVEMBRE

II. DIMANCHE DE NOVEMBRE

## Le Patronage de la B. Vierge Marie.

**Double majeur.**

**Aux I. et II. Vêpres,** *Comme aux Fêtes de la B. V. M.*, 689.

**Messe.** Salve sancta parens. 698.

*Mémoire du Dimanche, dont on lit l'Évangile à la fin.*

*Préface de la B. V. M.* Et te in Festivitáte. 12.

# 13. S. Stanislas Kostka Conf. *Double.*

℣. LA MESSE

Intr. 1.




**Collecte.**

DEUS, qui inter cétera sapiéntiæ tuæ mirácula étiam in ténera ætáte matúræ sanctitátis grátiam contulísti : da quæsumus; ut, beáti Stanislái exémplo, tempus instánter operándo redimméntes, in ætérnam íngredi réquiem festinémus. Per Dñum.

**Lectio libri Sapientiæ.** *Sap. 4. b.*

JUSTUS, si morte præoccupátus fúerit, in refrigério erit. Senéctus enim venerábilis est non diutúrna, neque annórum número computáta : cani autem sunt sensus hóminis, et ætas senectútis vita immaculáta. Placens Deo factus est diléctus, et vivens inter peccatóres translátus est. Raptus est, ne malítia mutáret intelléctum ejus, aut ne fíctio decíperet ánimam illíus. Fascinátio enim nugacitátis obscúrat bona, et inconstántia concupiscéntiæ transvértit sensum sine malítia. Consummátus in



brevi explévit témpora multa : plácita enim erat Deo ánima illíus : propter hoc properávit edúcere illum de médio iniquitátum : pópuli autem vidéntes, et non intelligéntes, nec ponéntes in præcórdiis tália : quóniam grátia Dei et misericórdia est in sanctos ejus, et respéctus in eléctos illíus. Condémnat autem justus mórtuus vivos ímpios, et juvéntus celérius consummáta longam vitam injústi.

Grad. 1.




2.




*Évangile.* Obláti sunt Jesu. 909.




**Secrète.**

ANGELORUM pane, quæsumus Dómine, beáti Stanislái nos intercéssio dignos efficiat, qui eo méruit angélica manu recreári. Per Dóminum nostrum.




**Postcommunion.**

UT nobis Dómine cæléstis, quem súmpsimus, panis sit vitæ, beáto Stanisláo Confessóre tuo intercedénte, quæsumus; ut panis sit intelléctus, et potus aqua sapiéntiæ salutáris. Per Dóminum nostrum.



## 27. Manifestation

## de l'Immaculée Vierge de la Médaille Miraculeuse.

### AUX I. VÊPRES

*Comme à la Fête de l'Immaculée Conception,* 714, *excepté :*

℣. Signum magnum appáruit in cælo.
℟. Múlier amícta sole et luna sub pédibus ejus.




### A LA MESSE



**Colleote.**

DOMINE Jesu Christe, qui beatíssimam Vírginem Maríam matrem tuam ab orígine immaculátam innúmeris miráculis claréscere voluísti : concéde ; ut ejúsdem patrocínium semper implorántes, gáudia consequámur ætérna : Qui vivis.

**Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.** *Apoc. 12.*

SIGNUM magnum appáruit in cælo. Múlier amícta sole et luna sub pédibus ejus, et in cápite ejus coróna stellárum duodecim. Et péperit fílium másculum, qui rectúrus erat omnes gentes in virga férrea : et raptus est fílius ejus ad Deum et ad thronum ejus. Et datæ sunt mulíeri alæ duæ áquilæ magnæ ut voláret in desértum in locum suum. Et misit serpens de ore suo post mulíerem aquam tamquam flumen, ut eam fáceret trahi a flúmine. Et adjúvit terra mulíerem, et apéruit terra os suum, et absórbuit flumen, quod misit draco de ore suo.









℣. **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 2.*

IN illo témpore : Núptiæ factæ sunt in Cana Galilææ : et erat mater Jesu ibi. Vocátus est autem et Jesus, et discípuli ejus ad núptias. Et deficiénte vino, dicit mater Jesu ad eum : Vinum non habent. Et dicit ei Jesus : Quid mihi et tibi est, múlier? nondum venit hora mea. Dicit mater ejus minístris : Quodcúmque díxerit vobis, fácite. Erant autem ibi lapídeæ hýdriæ sex pósitæ secúndum purificatiónem Judæórum, capiéntes síngulæ metrétas binas vel ternas. Dicit eis Jesus : Impléte hýdrias aqua. Et implevérunt eas usque ad summum. Et dicit eis Jesus : Hauríte nunc, et ferte architriclíno. Et tulérunt. Ut autem gustávit architriclínus aquam vinum factam, et non sciébat unde esset, minístri autem sciébant qui háuserant aquam : vocat sponsum architriclínus, et dicit ei : Omnis homo primum bonum vinum ponit, et cum inebriáti fúerint, tunc id quod detérius est : tu autem servásti bonum vinum usque adhuc. Hoc fecit inítium signórum Jesus in Cana Galilææ : et manifestávit glóriam suam, et credidérunt in eum discípuli ejus. Credo.






**Secrète.**

BEATA Vírgine María intercedénte, cujus précibus exorátus Jesus Christus Fílius tuus fecit inítium signórum; da nobis, Dómine Deus, sacraméntum córporis et sánguinis ejúsdem Fílii tui pura mente confícere, ut ætérni convívii mereámur esse partícipes. Per cúmdem Dóminum.

*Préface de la B. V. M.* Et te in Conceptióne immaculáta. 12.




**Postcommunion.**

DOMINE Deus omnípotens, qui per Immaculátam Genitrícem Fílii tui ómnia nos habére voluísti : da nobis tantæ matris auxílio, præséntis témporis perícula devitáre ; ut vitam consequámur ætérnam. Per eúmdem Dóminum.

## AUX II. VÊPRES

*Comme à la Fête de l'Immaculée Conception, 714, excepté :*

℣. Signum magnum appáruit in cælo.
℟. Múlier amícta sole et luna sub pédibus ejus.

*A Magnificat, Ant.* Sancta María. 691. *que l'on termine comme à la Fête du Patronage :* tuum sanctum Patrocínium.

# APPENDICE

## A LA BÉNÉDICTION DU S. SACREMENT

### 1. Chant moderne.




### 2. Autre Chant.





Et antíquum documéntum Novo cedat rítu- i : Præstet



fides suppleméntum Sénsu-um de-féctu- i.



Geni-tóri Geni-tóque Laus et jubi-lá-ti- o, Salus, honor,



virtus quoque, Sit et benedícti- o : Procedénti ab utró-



que Compar sit laudá-ti- o. Amen.

**3. Autre chant.** 481.

℣. Panem de cælo præstitísti eis. (Allelúia.)
℟. Omne delectaméntum in se habéntem. (Allelúia.)

Orémus.

DEUS, qui nobis sub sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti : tríbue, quæsumus, ita nos córporis et sánguinis tui sacra mystéria venerári ; ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus : Qui vivis et regnas.

## Après la Bénédiction.



L Audáte Dóminum omnes gentes : * laudáte e- um



omnes pópu-li.

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus : * et véritas Dómini manet in ætérnum. Glória Patri.



## Invocation au Sacré-Cœur.



C OR Jesu sacra-tíssimum, mise-ré-re no-bis.

## Supplication.



P Arce Dómine, parce pópulo tu- o : ne in ætér-



num irascá-ris no-bis.

## EN L'HONNEUR DU S. SACREMENT

O salutáris Hóstia. 491. — Uni trinóque Dómino. 492.
Panis angélicus. 490. — Te trina Déitas. 491.
Ecce Panis Angelórum. — Tu qui cuncta scis et vales. 487.

## Hymne de S. Thomas d'Aquin.



A D-ó-ro te devóte, la-tens Dé- i-tas, Quæ sub his



figú-ris vere lá-ti-tas : Tibi se cor me- um totum súbji-



cit, Qui- a te contémplans totum dé-fi-cit.

**2.** Visus, tactus, gustus in te fállitur,
Sed audítu solo tuto créditur :
Credo quidquid dixit Dei Fílius :
Nil hoc verbo veritátis vérius.

**3.** In cruce latébat sola Déitas,
At hic latet simul et humánitas :
Ambo tamen credens atque cónfitens,
Peto quod petívit latro pœnitens.

4. Plagas, sicut Thomas, non intúeor :
Deum tamen meum te confíteor :
Fac me tibi semper magis crédere,
In te spem habére, te dilígere.

5. O memoriále mortis Dómini,
Panis vivus vitam præstans hómini,
Præsta meæ menti de te vívere,
Et te illi semper dulce sápere.

6. Pie pellicáne Jesu Dómine,
Me immúndum munda tuo sánguine,
Cujus una stilla salvum fácere
Totum mundum quit ab omni scélere.

7. Jesu, quem velátum nunc aspício,
Oro fiat illud quod tam sítio :
Ut te reveláta cernens fácie,
Visu sim beátus tuæ glóriæ. Amen.

## Prose.




*Antienne.* O quam suávis est. 482.

*Antienne.* O sacrum convívium. 494.

## Répons de l'Office Romain.









## EN L'HONNEUR DE LA B. VIERGE MARIE

### Litanies de Lorette de la B. V. M.




Pa- ter de cæ- lis De- us, mi-seré-re nobis.
Fili Redémptor mun-di De- us, mi-seré-re nobis.
Spí- ri- tus Sancte De- us, mi-seré-re nobis.
Sancta Trínitas u- nus De- us, mi-seré-re nobis.



Sancta Marí- a, ora pro nobis.



Sancta De- i Gé-nitrix, ora pro nobis.
Sancta Virgo vírginum, ora pro nobis.



Ma-ter Christi, ora pro nobis.

Mater divínæ grátiæ, ora.
Mater puríssima, ora.
Mater castíssima, ora.
Mater invioláta, ora.
Mater intemeráta, ora.
Mater amábilis, ora.
Mater admirábilis, ora.
Mater Creatóris, ora.
Mater Salvatóris, ora.
Virgo prudentíssima, ora.
Virgo veneránda, ora.
Virgo prædicánda, ora.
Virgo potens, ora.
Virgo clemens, ora.
Virgo fidélis, ora.
Spéculum justítiæ, ora.
Sedes sapiéntiæ, ora.
Causa nostræ lætítiæ, ora.
Vas spirituále, ora.
Vas honorábile, ora.
Vas insígne devotiónis, ora.
Rosa mýstica, ora.

Turris Davídica, ora.
Turris ebúrnea, ora.
Domus áurea, ora.
Fœderis arca, ora.
Jánua cæli, ora.
Stella matutína, ora.
Salus infirmórum, ora.
Refúgium peccatórum, ora.
Consolátrix afflictórum, ora.
Auxílium Christianórum, ora.
Regína Angelórum, ora.
Regína Patriarchárum, ora.
Regína Prophetárum, ora.
Regína Apostolórum, ora.
Regína Mártyrum, ora.
Regína Confessórum, ora.
Regína Vírginum, ora.
Regína Sanctórum ómnium, ora.
Regína sine labe originá-li concépta, ora.
Regína sacratíssimi Rosárii, ora.



Agnus De- i, qui tollis peccáta mundi, parce nobis Dómine.



Agnus De- i, qui tollis peccá-ta mundi, exáudi nos Dómine. Agnus De- i, qui tollis peccá-ta mundi mi-seré-re nobis.



℣. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus.

CONCEDE nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére : et gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia. Per Christum.

## Autre chant.



K Yri- e e-lé- i-son. Christe e-lé- i-son. Kýri- e e-



lé- i-son. Christe audi nos. Christe exáudi nos.



Pa- ter de cæ- lis De- us, mise-ré-re nobis.
Fili Redémptor mundi De- us, mise-ré-re nobis.
Spí- ri- tus Sancte De- us, mise-ré-re nobis.
Sancta Trí-nitas u- nus De- us, mise-ré-re nobis.



Sancta Ma-rí- a, o-ra pro nobis. Sancta De- i Gé-nitrix. etc.



Agnus De- i, qui tol-lis peccá-ta mundi, parce nobis Dómine. Agnus De- i, qui tollis peccá-ta mundi, exáudi



nos Dómine. Agnus De- i, qui tollis peccá-ta mundi, mi-



seré-re nobis.

## Antienne.

7.

S UB tu-um præsí-di- um confúgimus, sancta De- i

Génitrix: nostras depre-cati- ónes ne despí- ci- as in ne- ces-

si-tá-tibus; sed a per-ícu-lis cunctis líbe-ra nos semper,

Virgo glori- ó- sa et be- ne-dícta. *T. P.* Alle-lú- ia.

## Prose.

6.

I Nvi- o-láta, íntegra, et casta es Marí- a : Quæ

es effécta fúlgida cæ-li porta. O Ma-ter alma Christi

ca-ríssima : Súscipe pi- a laudum præcóni- a. Te nunc flá-

gi-tant devóta corda et ora : Nostra ut pura péctora sint

et córpora. Tu- a per precáta dulcí-sona : Nobis concédas

véni- am per sæcu-la. O benígna ! O Regína ! O Ma-



rí- a ! Quæ so-la invi- o-lá- ta perman-sí- sti.

## Répons.

6.

V Irgo parens Chri- sti be-nedícta, De- um ge-nu-

í- sti : fúlgida stella ma-ris, nos pró- tege, nos tu-e- á-

ris : * Dum tibi solémnes cantant cæ-li ágmi-na

lau- des. ℣. Intercé- de

pi- a pro no-bis, Virgo Ma- rí- a. * Dum. Gló-ri- a

Pa- tri, et Fí- li- o, et Spi-rí- tu- i San- cto.

* Dum tibi.

## Hymne ancienne.

2.

O quam glo-rí- fica luce corúscas, Stirpis Davídicæ ré-gi- a proles ! Sublímis ré-sidens, Virgo Ma-rí- a,

Supra cæ-lígenas æthe-ris omnes.

2. Tu cum virgíneo mater honóre,
Angelórum Dómino péctoris aulam,
Sacris viscéribus casta parásti;
Natus hinc Deus est córpore Christus.

3. Quem cunctus vénerans orbis adórat, omne :
Cui nunc rite genu fléctitur
A quo te, pétimus, subveniénte,
Abjéctis ténebris gáudia lucis.

4. Hoc largíre Pater lúminis omnis,
Natum per próprium, Flámine sacro :
Qui tecum nítida vivit in æthra
Regnans, ac móderans sæcula cuncta. Amen.

## Pour le Pape.




℣. Fiat manus tua super virum déxteræ tuæ.
℟. Et super fílium hóminis quem confirmásti tibi.

### Orémus.

DEUS, ómnium fidélium pastor et rector, fámulum tuum N. quem pastórem Ecclésiæ tuæ præésse voluísti, propítius réspice : da ei, quæsumus, verbo et exémplo, quibus præest proficere; ut ad vitam, una cum grege sibi crédito, pervéniat sempitérnam. Per Christum.

## AU TEMPS DE L'AVENT




*On répète* Roráte.








## AU TEMPS DE NOEL








## AU TEMPS DU CARÊME









## Hymne de la Compassion de la B. V. M.




Cujus ánimam geméntem,
Contristátam et doléntem
Pertransívit gládius.

O quam tristis et afflícta
Fuit illa benedícta
Mater Unigéniti !

Quæ mærébat, et dolébat,
Pia Mater, dum vidébat
Nati pœnas ínclyti.

Quis est homo qui non fleret,
Matrem Christi si vidéret
In tanto supplício ?

Quis non posset contristári,
Christi Matrem contemplári
Doléntem cum Fílio ?

Pro peccátis suæ gentis,
Vidit Jesum in torméntis,
Et flagéllis súbditum.

Vidit suum dulcem natum
Moriéndo desolátum,
Dum emísit spíritum.

Eia Mater, fons amóris,
Me sentíre vim dolóris
Fac, ut tecum lúgeam.

Fac ut árdeat cor meum
In amándo Christum Deum,
Ut sibi compláceam.

Sancta Mater, istud agas,
Crucifíxi fige plagas
Cordi meo válide.

Tui nati vulneráti,
Tam dignáti pro me pati,
Pœnas mecum divide.

Fac me tecum pie flere,
Crucifíxo condolére,
Donec ego víxero.

Juxta crucem tecum stare,
Et me tibi sociáre
In planctu desídero.

Virgo vírginum præclára,
Mihi jam non sis amára,
Fac me tecum plángere.

Fac ut portem Christi mortem,
Passiónis fac consórtem,
Et plagas recólere.

Fac me plagis vulnerári,
Fac me cruce inebriári,
Et cruóre Fílii.

Flammis ne urar succénsus,
Per te, Virgo, sim defénsus
In die judícii.

Christe, cum sit hinc exíre,
Da per Matrem me veníre
Ad palmam victóriæ.

Quando corpus moriétur,
Fac ut ánimæ donétur
Paradísi glória. Amen.

## AU TEMPS DE PAQUES

### Chant de joie.




Et mane prima sábbati,
Ad óstium monuménti
Accessérunt discípuli, allelúia. ℟. Allelúia.

Et María Magdaléne,
Et Jacóbi, et Salóme,
Venérunt corpus úngere, allelúia. ℟. Allelúia.

In albis sedens Angelus
Prædíxit muliéribus :
In Gallilæa est Dóminus, allelúia. ℟. Allelúia.

Et Joánnes Apóstolus
Cucúrrit Petro cítius,
Monuménto venit prius, allelúia. ℟. Allelúia.

Discípulis adstántibus,
In médio stetit Christus,
Dicens : Pax vobis ómnibus, allelúia. ℟. Allelúia.

Ut intelléxit Dídymus
Quia surréxerat Jesus,
Remánsit fere dúbius, allelúia. ℟. Allelúia.

Vide Thoma, vide latus,
Vide pedes, vide manus.
Noli esse incrédulus, allelúia. ℟. Allelúia.



Quando Thomas Christi latus,
Pedes vidit atque manus,
Dixit : Tu es Deus meus, allelúia. ℟. Allelúia.

Beáti qui non vidérunt,
Et firmiter credidérunt,
Vitam ætérnam habébunt, allelúia. ℟. Allelúia.

In hoc festo sanctíssimo
Sit laus et jubilátio,
Benedicamus Domino, allelúia. ℟. Allelúia.

De quibus nos humíllimas
Devótas atque débitas
Deo dicámus Gratias, allelúia. ℟. Allelúia.

## Procession pour demander de la pluie.

*Tout se fait comme aux Litanies majeures*, 441, *jusqu'à la fin les Litanies ; et après le* ℣. Ut ómnibus fidélibus defunctis... *on dit deux fois :* Ut congruéntem plúviam fidélibus tuis concédere dignéris : Te rogámus audi nos.

*On dit à la fin* Pater noster. *en silence.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.

### Psaume 146.

Laudate Dóminum quóniam bonus est psalmus : * Deo nostro sit jucúnda decoráque laudátio.

Ædíficans Jerúsalem Dóminus : * dispersiónes Israélis congregábit.

Qui sanat contrítos corde : * et álligat contritiónes eórum.

Qui númerat multitúdinem stellárum : * et ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster, et magna virtus ejus : * et sapiéntiæ ejus non est número.

Suscípiens mansuétos Dóminus : * humíllians autem peccatóres usque ad terram.

Præcínite Dómino in confessióne : * psállite Deo nostro in cíthara.

Qui óperit cælum núbibus : * et parat terræ plúviam.

Qui prodúcit in móntibus fœnum : * et herbam servitúti hóminum.

Qui dat juméntis escam ipsórum : * et pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit : * nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum est Dómino super timéntes eum, * et in eis qui sperant super misericórdia ejus.

Glória Patri.

℣. Operi Dómine cælum núbibus. ℟. Et para terræ plúviam.
℣. Ut prodúcat in móntibus fœnum.
℟. Et herbam servitúti hóminum.

℣. Riga montes de superióribus tuis.
℟. Et de fructu óperum tuórum satiábitur terra.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DEUS, in quo vívimus, movémur et sumus : plúviam nobis tríbue congruéntem ; ut præséntibus auxíliis sufficiénter adjúti, sempitérna fiduciáliter appetámus.

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut qui in afflictióne nostra de tua pietáte confídimus, contra advérsa ómnia tua semper protectióne muniámur.

DA nobis, quæsumus Dómine, plúviam salutárem : et áridam terræ fáciem fluéntis cæléstibus dignánter infúnde. Per Dóminum nostrum.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.
℣. Exáudiat nos omnípotens et miséricors Dñus. ℟. Amen.
℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.
℟. Amen.

## Procession pour demander du beau temps.

*Tout se fait comme aux Litanies majeures,* 441 ; *et après le* ℣. Ut ómnibus fidélibus defunctis..., *on dit deux fois :* Ut fidélibus tuis áeris serenitátem concédere dignéris : Te rogámus audi nos.

*A la fin des Litanies, on dit :* Pater noster. *tout bas.*
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.

*Ps. 66.* Deus misereátur nostri. 147. Glória Patri.

℣. Adduxísti Dómine spíritum tuum super terram.
℟. Et prohíbitæ sunt plúviæ de cælo.
℣. Cum obdúxero núbibus cælum.
℟. Apparébit arcus meus, et recordábor fœderis mei.
℣. Illústra fáciem tuam Dómine super servos tuos.
℟. Et bénedic sperántes in te.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DEUS, qui culpa offénderis, pæniténtia placáris : preces pópuli tui supplicantis propítius réspice; et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.



AD te nos Dómine clamántes exáudi : et áeris serenitátem nobis tríbue supplicántibus ; ut qui juste pro peccátis nostris afflígimur, misericórdia tua præveniénte, cleméntiam sentiámus.

QUÆSUMUS omnípotens Deus cleméntiam tuam : ut inundántiam coérceas ímbrium ; et hilaritátem vultus tui nobis impertíri dignéris. Per Dóminum nostrum.

## Psaumes de la Pénitence.

Ant. 4. E



N E remi-niscá-ris. E u o u a e.

*Psaume 6.* Dómine ne in furóre tuo árguas me. 1082.

### Psaume 31.

BEATI quorum remíssæ sunt iniquitátes : * et quorum tecta sunt peccáta.

Beátus vir cui non imputávit Dóminus peccátum, * nec est in spíritu ejus dolus.

Quóniam tácui, inveteravérunt ossa mea, * dum clamárem tota die.

Quóniam die ac nocte graváta est super me manus tua : * convérsus sum in ærúmna mea, dum confígitur spina.

Delíctum meum cógnitum tibi feci : * et injustítiam meam non abscóndi.

Dixi : Confitébor advérsum me injustítiam meam Dómino : * et tu remisísti impietátem peccáti mei.

Pro hac orábit ad te omnis sanctus, * in témpore opportúno.

Verúmtamen in dilúvio aquárum multárum, * ad eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum a tribulatióne, quæ circúmdedit me : * exsultátio mea, érue me a circumdántibus me.

Intelléctum tibi dabo, et ínstruam te in via hac qua gradiéris : * firmábo super te óculos meos.

Nolíte fíeri sicut equus et mulus, * quibus non est intelléctus.

In camo et fræno maxíllas eórum constringe : * qui non appróximant ad te.

Multa flagélla peccatóris : * sperántem autem in Dómino misericórdia circúmdabit.

Lætámini in Dómino, et exsultáte justi : * et gloriámini omnes recti corde.

*Psaume 37.* Dómine ne in furóre tuo árguas me. 331.

*Psaume 50.* Miserére mei Deus. 309.

### Psaume 101.

DOMINE exáudi oratiónem meam : * et clamor meus ad te véniat.

Non avértas fáciem tuam a me : * in quacúmque die tríbulor, inclína ad me aurem tuam.

In quacúmque die invocávero te, * velóciter exáudi me :

Quia defecérunt sicut fumus dies mei : * et ossa mea sicut crémium aruérunt.

Percússus sum ut fœnum, et áruit cor meum, * quia oblítus sum comédere panem meum.

A voce gémitus mei * adhæsit os meum carni meæ.

Símilis factus sum pellicáno solitúdinis : * factus sum sicut nyctícorax in domicílio.

Vigilávi, * et factus sum sicut passer solitárius in tecto.

Tota die exprobrábant mihi inimíci mei : * et qui laudábant me, advérsum me jurábant.

Quia cínerem tamquam panem manducábam : * et potum meum cum fletu miscébam.

A fácie iræ et indignatiónis tuæ : * quia élevans allisísti me.

Dies mei sicut umbra declinavérunt : * et ego sicut fœnum árui.

Tu autem Dómine in ætérnum pérmanes : * et memoriále tuum in generatiónem et generatiónem.

Tu exsúrgens miseréberis Sion : * quia tempus miseréndi ejus, quia venit tempus.

Quóniam placuérunt servis tuis lápides ejus : * et terræ ejus miserebúntur.

Et timébunt gentes nomen tuum Dómine, * et omnes reges terræ glóriam tuam.

Quia ædificávit Dóminus Sion, * et vidébitur in glória sua.

Respéxit in oratiónem humílium : * et non sprevit precem eórum.

Scribántur hæc in generatióne áltera : * et pópulus qui creábitur, laudábit Dóminum:

Quia prospéxit de excélso sancto suo : * Dóminus de cælo in terram adspéxit :

Ut audíret gémitus compeditórum : * ut sólveret fílios interemptórum :

Ut annúntient in Sion nomen Dómini, * et laudem ejus in Jerúsalem.

In conveniéndo pópulos in unum, * et reges, ut sérviant Dómino.

Respóndit ei in via virtútis suæ : * Paucitátem diérum meórum núntia mihi.

Ne révoces me in dimídio diérum meórum : * in generatiónem et generatiónem anni tui.

Inítio tu Dómine terram fundásti : * et ópera mánuum tuárum sunt cæli.

Ipsi períbunt, tu autem pérmanes : * et omnes sicut vestiméntum veteráscent.

Et sicut opertórium mutábis eos, et mutabúntur : * tu autem idem ipse es, et anni tui non defícient.

Fílii servórum tuórum habitábunt : * et semen eórum in sæculum dirigétur.

*Psaume 129.* De profúndis clamávi ad te Dómine. 87.

*Psaume 142.* Dómine exáudi oratiónem meam. 343.






*Litanies avec les ℣℣. et Oraisons,* 441.

---

## Manière de chanter « Alleluia » au Temps Pascal dans les 8 modes, à la fin des Antiennes.




## Manière de chanter « Amen » à la fin des Hymnes.



# INDEX GÉNÉRAL


A l'Aspersion de l'eau bénite . . . . . 1
Ordinaire de la Messe . . . . . 3
Kyrie, Gloria, &c. . . . . 16
Tons Communs . . . . . 50
Dimanche a Vêpres . . . . . 62
A Complies . . . . . 71
Psaumes de certaines Fêtes . . . . . 85
Propre du Temps . . . . . 91-576
Commun des Saints . . . . . 577-700
Propre des Saints. . . . . 701-1044
Messes Votives . . . . . 1045-1072
Office et Messes des Morts . . . . . 1073-1109
Enterrement et Absoute . . . . . 1109
Supplément pour divers lieux . . . . . 1118-1214
Appendice . . . . . 1215

## INDEX SPÉCIAL

### de l'Ordinaire de la Messe, des Tons Communs, &c.


Aspersion . . . . . 1
Ordinaire de la Messe . 3
Préfaces propres . . 11
Ton du ℣. *Gloria Patri* pour les Introïts . . 12
Réponses du Chœur pendant la Messe . . 15
Kyrie, &c. au T. Pascal 16
Aux Fêtes solennelles. I. 19
Aux Fêtes solennelles. II. 19
Aux Fêtes doubles. I. . 22
Aux Fêtes doubles. II. . 25
Aux Messes de la S. Vierge 27
Aux Dimanches ordinaires 30
Aux Fêtes semidoubles 32
Aux Fêtes simples . . 35
Dim. d'Avent et Carême 37
Féries d'Avent et Car. 38
Credo . . . . . 39, 41, 43
Messe Royale . . . . 45
℣. Deus in adjutorium . 50
Les 8 tons des Psaumes 51
Ton du Capitule . . . 55
Tons des Versets . . . 56
℣. Benedicamus Dño . 57
Te Deum . . . . . 59
Psaumes du Dimanche 63
Mémoires communes . 68
A Complies . . . . . 71
Antiennes à la S. Vierge 80
— Chant simple . . 83
Psaumes des Vêpres . 85


## INDEX SPÉCIAL DU PROPRE DU TEMPS


Dimanches de l'Avent . 91
Vigile de Noël . . . . 115
NOEL . . . . . 118
S. Étienne Protomartyr 160
S. Jean Apotre . . . 165
SS. Innocents . . . . 170
Dim. dans l'Octave . . 175
S. Silvestre Pape . . . 179
Circoncision . . . . . 180
Octave de S. Étienne . 184
— de S. Jean . . . . 185
— des SS. Innocents . 187
Vigile de l'Épiphanie . 188
ÉPIPHANIE . . . . . 189
Dim. dans l'Octave . . 196
Octave de l'Épiphanie . 200
S. Nom de Jésus . . . 201
III-VI Dim. après l'Épiph. 210
Septuagésime . . . . 217
Sexagésime . . . . . 222
Quinquagésime . . . . 227
Mercredi des Cendres . 233
Dimanches de Carême . 240
Dimanche de la Passion 262
— des Rameaux . . . 268
Jeudi Saint . . . . . 289
Vendredi Saint . . . 323
Samedi Saint . . . . 364
PAQUES . . . . . 405
Lundi de Paques . . . 411
Mardi de Paques . . . 414
Dim. de Quasimodo . . 418
II. Dim. après Pâques . 423
Patronage de S. Joseph 426
IV-V Dim. après Pâques 433
Rogations . . . . . 441
ASCENSION . . . . . 449
Dim. dans l'Octave . . 455
Vigile de la Pentecôte . 459
PENTECOTE . . . . . 462
Lundi de la Pentecote 470
Sainte Trinité . . . . 473
FÊTE DIEU . . . . . 479
Dim. dans l'Octave . . 494
Dim. après la Pentecôte 498




## INDEX SPÉCIAL DU COMMUN DES SAINTS


Des Apôtres et Évang. 577
— au Temps Pascal . . 581
D'un Martyr. *A Vêpres* 584
— D'un Martyr Pontife
— *Messe* Statuit . . . 587
— *Messe* Sacerdotes Dei 591
— D'un Mart. non Pont.
— *Messe* In virtute . . 595
— *Messe* Lætabitur . . 598
Des Mart. au T. Pascal
— D'un Mart. *Messe* Protexisti me . . . . . 603
— De plusieurs Martyrs
— *Messe* Sancti tui . . 606
De plusieurs Mart. *A Vêp.* 609
— *Messe* Intret . . . . 614
— *Messe* Sapientiam . 618
— *Messe* Salus autem . 621
Des Conf. Pont. *A Vêpres* 624
— *Messe* Statuit . . . 631
— *Messe* Sacerdotes tui 634
Des Docteurs . . . . 639
— *Messe* In medio . . 637
Des Conf. non Pont. *A Vêp.* 640
— *Messe* Os justi . . . 645
— *Messe* Justus . . . 648
Des Abbés. *Messe* Os justi . . . . . 651
Des Vierges. *A Vêpres* 654
— D'une Vierge Martyre
— *Messe* Loquebar . . 658
— *Messe* Me exspectaverunt 663
— D'une Vierge non Mart.
— *Messe* Dilexisti . . 667
— *Messe* Vultum tuum 671
Des SS. Femmes. *A Vêp.* 673
— Mart. *Messe* Me exspectavérunt . . . . 676
— non Mart. *Messe* Cognovi . . . . . 678
De la Dédicace . . . . 681
Des Fêtes de la B. V. M. 689


## INDEX SPÉCIAL DES FÊTES

*dans lequel les Fêtes du Supplément sont marquées d'un astérisque.*

### JANVIER


11. S. Hygin Pape M. . 722
14. S. Hilaire Év. Doct. 722
15. S. Paul 1er Ermite C. 722
16. S. Marcel I. Pape M. 723
17. S. Antoine Abbé . 724
18. Chaire de S. Pierre à Rome . . . . 724
19. S. Canut Roi M. . . 730
20. SS. Fabien et Sébastien MM. . . . . 730
21. S. Agnès Vierge M. 732
22. SS. Vincent et Anastase MM. . . . 735
23. S. Raymond de Pennafort Conf. . . . 736
*23 Mariage de la B. V. M. 1133
24. S. Timothée Év. M. 736
25. Conversion de S. Paul 737
26. S. Polycarpe Év. M. 743
27. S. Jean Chrysostome Év. Doct. . . . . 744
28. S. Agnès Vierge. M. 2e 744

29. S. François de Sales Év. Doct. . . . . 745
30. S. Martine Vierge M. 745
31. S. Pierre Nolasque C. 745
* Sainte Famille. . . 1124

FÉVRIER

1. S. Ignace Év. M. . 746
2. PURIFICATION . . . 748
3. S. Blaise Év. M. . . 759
4. S. André Corsini Év. 759
*4. B. Jeanne de Valois Veuve . . . . . 1136
5. S. Agathe Vierge M. 759
6. S. Tite Évêque . . 764
7. S. Romuald Abbé . 764
8. S. Jean de Matha C. 764
9. S. Cyrille d'Alex. Év. D. 765
10. S. Scholastique Vierge 765
11. VII. Fondateurs des Servites Conf. . . 766
*11. N.-D. de Lourdes . 1136
14. S. Valentin Prêtre M. 772
15. SS. Faustin et Jovite Mart . . . . . 772
18. S. Siméon Év. M. . 772
22. Chaire de S. Pierre à Antioche . . . 772
23. S. Pierre Damien Év. D. 772
24. S. MATHIAS APOTRE 773

MARS

4. S. Casimir Conf. . 774
7. S. Thomas d'Aquin Conf. Doct. . . . 774
8. S. Jean de Dieu C. . 776
9. S. Françoise Veuve 776
10. Les 40 Martyrs . . 776
12. S. Grégoire I. Pape D. 776
17. S. Patrice Év. . . . 778
18. S. Cyrille de Jérusalem Ev. Doct. . . 778
*18. S. Gabriel Archange 1144
19. S. JOSEPH . . . 779
21. S. Benoît Abbé . . 785
25. ANNONCIATION . . . 785
27. S. Jean Damascène Conf. Doct. . . . 788
28. S. Jean de Capistran C. 793
VII. Douleurs . . 973

AVRIL

2. S. François de Paule C. 802
4. S. Isidore Év. Doct. 803
5. S. Vincent Ferrier C. 803
11. S. Léon I. Pape D. . 803
13. S. Herménégilde M. 804
14. S. Justin Mart. . . 804
*16. S. Benoît Labre C. . 1151
17. S. Anicet Pape M. . 808
21. S. Anselme Év. D. . 808
22. SS. Sotère et Caius Papes MM. . . . 808
23. S. Georges Mart. . 808
24. S. Fidèle de Sigmaringen Mart. . . 808
25. S. MARC ÉVANGÉLISTE 809
26. SS. Clet et Marcellin Papes MM. . . . 810
28. S. Paul de la Croix C. 810
29. S. Pierre Mart. . . 813
30. S. Catherine de Sienne Vierge . . . . . 814

MAI

1. SS. PHILIPPE ET JACQUES APOTRES . . 814
2. S. Athanase Év. D. 819
3. INVENT. DE LA S. CROIX 820
4. S. Monique Veuve . 825
5. S. Pie V. Pape C. . 826
6. S. Jean devant la Porte Latine . . 826
7. S. Stanislas Év. M. . 827
8. App. de S. Michel Arch. 827
9. S. Grégoire de Naz. Év. Doct. . . . . 828
10. S. Antonin Év. C. . 829
12. SS. Nérée, Achillée MM. 829
14. S. Boniface Mart. . 830
*15. S. Isidore Labour. C. 1156
16. S. Ubald Év. . . . 830
*16. S. Jean Népom. M. 1157
17. S. Pascal Baylon C. 830
18. S. Venant Mart. . . 830
19. S. Pierre Célestin Pape 832
20. S. Bernardin de Sienne Conf. . . . . 832
*24. N.-D. Auxiliatrice . 1157
25. S. Grégoire VII. Pape 832



26. S. Philippe Néri C. 833
27. S. Marie Madeleine de Pazzis Vierge . . 835
28. S. Augustin Ev. . . 836
30. S. Félix I. Pape M. 836
31. S. Angèle Mérici Vierge 837
SS. CŒUR DE JESUS 837
* SS. CŒUR DE JÉSUS 1160

JUIN

2. SS. Marcellin, Pierre Mart. . . . . 844
4. S. François Caracciolo Conf. . . . 845
5. S. Boniface Ev. M. . 848
6. S. Norbert Ev. . . 852
9. SS. Prime et Félicien 853
10. S. Marguerite Veuve 853
11. S. Barnabé Apôtre . 853
12. S. Jean de S.-Facond Conf. . . . . 856
13. S. Antoine de Padoue C. 856
14. S. Basile Ev. Doct. 857
15. SS. Guy, Modeste MM. 858
18. SS. Marc et Marcellien Mart. . . . . 858
19. S. Julienne de Falconiéri Vierge . . . 858
20 S. Silvère Pape M. . 860
21. S. Louis de Gonzague Conf. . . . . 860
22. S. Paulin Évêque . 862
24. NATIVITÉ DE S. JEAN BAPTISTE . . . 863
25. S. Guillaume Abbé . 870
26. SS. Jean et Paul MM.. 870
28. S. Léon II. Pape C. 874
29. SS. APOTRES PIERRE ET PAUL . . . . 875
*29. Mémoire de tous les SS. Apôtres . . . 1171
30. Comm. de S. Paul Ap. 882
* N.-D. du Perpétuel Secours . . . . 1167
* Cœur de Marie . . 1172

JUILLET

PRÉCIEUX SANG. . . 884
1. Oct. de S. Jean-Bapt. 891
2. VISITATION. . . . . 891
*4. S. Irénée Év. Mart. 1181
5. SS. Cyrille et Méthode Evêques . . 895
6. Octave des SS. Pierre et Paul . . . . 897
* Comm. des S. Papes 1177
8. S. Élisabeth de Portugal Veuve . . . 900
10. Les VII. Frères MM. 901
11. S. Pie I. Pape Mart. 901
12. S. Jean Gualbert Abbé 901
13. S. Anaclet Pape M. 902
14. S. Bonaventure Év. D. 902
15. S. Henri Conf. . . . 902
16. N.-D. du Mont Carmel 902
17. S. Alexis Conf. . . 905
18. S. Camille de Lellis C. 905
19. S. Vincent de Paul C. 907
20. S. Jérôme Émilien Conf. . . . . 908
21. S. Praxède Vierge . 911
22. S. Marie Madeleine 911
23. S. Apollinaire Ev. M. 915
24. S. Christine Vierge M. 916
25. S. JACQUES APOTRE . 916
26. SAINTE ANNE . . . 917
27. S. Pantaléon Mart. . 919
28. SS. Nazaire et Celse M. 919
29. S. Marthe Vierge . 919
30. SS. Abdon et Sennen Mart. . . . . 920
31. S. Ignace Conf. . . 920

AOUT

1. S. Pierre-aux-Liens . 922
2. S. Alphonse de Liguori Evêq. Doct. 925
3. Invention du Corps de S. Étienne . . 929
4. S. Dominique Conf. 929
5. N.-D. des Neiges . . 930
6. Transfiguration . . 930
7. S. Gaëtan Conf. . . 936
8. SS. Cyriaque, Large M. 937
9. S. Romain Mart. . . 937
10. S. LAURENT MART. . 938
11. *Mém. des* SS. Tiburce et Suzanne Mart. . 942
12. S. Claire Vierge . . 943

13. *Mém. des* SS. Hippolyte et Cassien MM. 943
15. ASSOMPTION . . 943
S. JOACHIM PÈRE de la B. V. M. . . . 948
16. S. Hyacinthe Conf. . 952
*16. S. Roch Conf. . . . 1184
17. Oct. de S. Laurent . 952
18. S. Agapit Mart. . . 953
20. S. Bernard Abbé Doct. 953
21. S. Jeanne de Chantal Veuve . . . . . 954
22. Oct. de l'Assomption 954
23. S. Philippe Bénizzi C. 955
24. S. BARTHÉLEMI APOTRE 955
25. S. Louis Roi Conf. . 956
26. S. Zéphyrin Pape C. 957
27. S. Joseph Calazanz C. 958
28. S. Augustin Év. D. . 959
29. Décoll. de S. Jean-B. 960
30. S. Rose de Lima Vierge 964
31. S. Raymond Nonnat C. 964

## SEPTEMBRE

1. S. Gilles Abbé . . 965
2. S. Étienne de Hongrie 965
5. S. Laurent Justinien Évêque . . . . . 965
8. NATIVITÉ de la B. V. M. 966
Très saint Nom de M. 969
9. *Mém. de* S. Gorgon M. 970
10. S. Nicolas de Tolentino Conf. . . . . 970
11. *Mém. des* SS. Prote et Hyacinthe MM. 970
14. Exalt. de la S. Croix 970
15. Oct. de la Nativ. de la B. V. M. . . . 973
VII. Douleurs . . . 973
16. SS. Corneille et Cyprien Pont. MM. . 977
17. Stigmates de S. François Conf. . . . . 977
18. S. Joseph de Cupertino Conf. . . . 979
19. SS. Janvier et ses Comp. Mart. . . . 982
20. SS. Eustache et ses Comp. Mart. . . . 982
21. S. MATTHIEU APOTRE ET ÉVANG. . . . . 984
22. S. Thomas de Villeneuve Évêque . . 985
23. S. Lin Pape Mart. . 985
24. N.-D. de la Merci . 985
26. SS. Cyprien et Justine Mart. . . . . 985
27. SS. Côme et Damien Mart. . . . . 985
28. S. Wenceslas Mart. . 985
29. DEDIC. DE S. MICHEL 986
30. S. Jérôme Conf. Doct. 993

## OCTOBRE

LE SAINT ROSAIRE . 994
1. S. Remi Évêq. Conf. 1000
2. SS. Anges Gardiens 1001
4. S. François d'Assise Confesseur . . . 1005
5. SS. Placide et ses Comp. Mart. . . . 1005
6. S. Bruno Conf. . . 1006
7. S. Marc Pape Conf. . 1006
8. S. Brigitte Veuve . 1007
9. S. Denys Év. et ses Comp. Mart. . . . 1007
10. S. François de Borg. C. 1007
13. S. Édouard Conf. . 1008
14. S. Callixte I. Pape M. 1008
15. S. Thérèse Vierge . 1009
17. S. Hedwige Veuve . 1010
18. S. LUC ÉVANGÉLISTE 1010
19. S. Pierre d'Alcant. C. 1011
20. S. Jean de Kenty C. 1011
21. S. Hilarion Abbé . . 1016
*23. T. S. Rédempteur . 1193
*24. S. Raphael Arch. . 1200
25. SS. Chrysanthe et Darie Mart. . . . 1017
26. S. Évariste Pape M. 1017
28. SS. SIMON ET JUDDE APOTRES . . . . 1017
* Maternité de la B. V. Marie . . . . . 1187
* Pureté de la B. V. M. 1188
* Saintes Reliques . . 1205
* — Autre Messe . . 1206



## NOVEMBRE

1. LA TOUSSAINT . . 1019
2. Comm. de tous les Défunts . . . . . 1027
3. S. Charles Évêque . 1027
4. Octave de la Toussaint . . . . . 1028
5. Dédicace de la Basil. du S. Sauveur . . 1028
9. S. André Avellin . . 1029
11. S. Martin Évêque . 1029
12. S. Martin Pape Mart. 1033
13. S. Didace Conf. . . 1033
*13. S. Stanislas Kostka C. 1208
14. S. Josaphat Év. M. . 1033
15. S. Gertrude Vierge . 1035
17. S. Grégoire le Thaumaturge Évêque . 1035
18. Dédic. des Basil. des SS. Pierre et Paul 1035
19. S. Élisabeth Veuve . 1035
20. S. Félix de Valois C. 1036
21. Présentat. de la B. M. 1036
22. S. Cécile Vierge M. . 1037
23. S. Clément Pape M. 1040
24. S. Jean de la Croix C. 1043
25. S. Catherine Vierg. M. 1044
26. S. Silvestre Abbé . 1044
*27. Manifestat. de la Médaille Miraculeuse 1211
* Patronage de la B. M. 1207
29. *Mém. de* S. Saturnin M. 701
30. S. ANDRÉ APOTRE . 701

## DÉCEMBRE

2. S. Bibiane Vierge M. 706
3. S. François Xavier C. 706
4. S. Pierre Chrysologue Évêque Doct. . . 708
5. *Mém. de* S. Sabbas Abb. 708
6. S. Nicolas Évêque . 709
7. S. Ambroise Év. Doct. 710
8. IMMACULÉE CONCEPTION . . . . 710
10. *Mém. de* S. Melchiade Pape Mart. . . . 715
*10. N.-D. de Lorette . 1118
11. S. Damase Pape . . 716
13. S. Lucie Vierge Mart. 716
15. Oct. de l'Immaculée Conception . . . 719
16. S. Eusèbe Évêque M. 719
*18. Exspectation . . . 1121
21. S. THOMAS APOTRE . 719
*26. Mém. de tous les SS. Martyrs . . . 1123

# INDEX SPÉCIAL DES MESSES VOTIVES

De la Ss. Trinité . . . 1045
D'Action de Grâces . . 1047
Des Anges . . . . . 1047
Des SS. Apôtres Pierre et Paul . . . . . 1050
Du Saint Esprit . . . 1051
Du Ss. Sacrement . . . 1054
De la Croix . . . . . 1056
De la Passion . . . . 1058
De la Sainte Vierge
— En Avent . . . . . 692
— Au Temps de Noël . 695
— De la Purif. à Pâques 696
— Au Temps Pascal . . 697
— De la Pent. à l'Avent 698
Pour toute nécessité . 1063
De Mariage . . . . . 1067
Des Morts . . . . . 1097

## INDEX SPÉCIAL DE L'APPENDICE


Bénédiction du S. Sacrement . . . . . 1215
En l'honneur du S. Sacrement . . . . . 1217
— de la B. V. M. . . . 1219
Pour le Pape . . . . . 1224
Pendant l'Avent . . . 1224
— le Temps de Noël . 1228
— le Carême . . . . . 1228
A Pâques . . . . . 1234
Processions . . . . . 1241
Ps. de la Pénitence . . 1243


## INDEX ALPHABÉTIQUE

## des Hymnes, Psaumes, Cantiques, &c.

### Hymnes.


A solis ortus cardine . 149
Ad regias Agni dapes . 421
Æterne rex altissime . 495
Auctor beate sæculi . . 843
Audi benigne Conditor 246
Ave maris stella . . . 690
Bella dum late . . . . 766
Cælestis agni nuptias . 858
Cælestis aulæ nuntius . 994
Cælestis urbs Jerusalem 682
Christe sanctorum decus 1149
Creator alme siderum . 96
— Ss. Rédempteur. . . 1198
Crudelis Herodes Deum 190
Custodes hominum . . 1004
Decora lux æternitatis . 880
Deus tuorum militum . 585
— T. Pascal . . . . . 601
— S. Etienne . . . . 164
Egregie Doctor Paule . 742
Exsultet orbis gaudiis . 578
— S. Jean Evang. . . . 168
Festivis resonent . . . 889
Fortem virili pectore . 674
Gentis Polonæ gloria . 1011
Gloria laus . . . . . 276
Iste Confessor pour C. P. 625
— autre chant . . . . 627
— chant solennel . . . 628
— pour un C. non Pont. 632
— chant solennel . . . 633
Jam sol recedit igneus . 474
Jesu corona virginum . 655
— autre chant . . . . 656
Jesu dulcis memoria . 202
Jesu redemptor omnium 119
Lucis Creator optime . 66
Martyr Dei Venantius . 830
Miris modis repente . . 924
O quot undis lacrimarum 975
Omnis expertem . . . 1142
Pange lingua... corporis 480
Pange lingua.., lauream 360
Pater superni luminis . 911
Placare Christe servulis 1025
Præclara custos . . . 1192
Quicumque certum . . 1165
Quicumque Christum . 935
Quodcumque in orbe . 729
Regis superni nuntia . 1009
Rex gloriose Martyrum 662
Rex gloriose Præsulum 1180
Sacris solemniis . . . 489
Sæpe dum Christi . . 1158





Salutis humanæ sator . 450
Salvete flores Martyrum 173
Sanctorum meritis . . 610
Sedibus cæli . . . . . 895
Stabat mater dolorosa . 801
Te deprecante . . . . 1016
Te Deum laudamus . . 59
Te gestientem gaudiis . 999
Te Joseph celebrent . . 784
Te lucis ante terminum 74
- Temps Pascal . . . 75
- Fêtes de la B. V. M. 76
- Avent . . . . . 97
- Carême . . . . . 247
- Pentecôte . . . . . 465
- Fêtes des Apôtres . 580
- — Confesseurs 644
Te splendor (8 Mai) . . 827
— (29 Sept.) . 992
Tibi Christe splendor . 1203
Tristes erant Apostoli . 582
Ut queant laxis . . . 868
Veni Creator Spiritus . 463
Verbum supernum . . 491
Vexilla Regis prodeunt 267


### Psaumes.


119 Ad Dominum . . . 85
24 Ad te Domine . . 1085
118 Beati immaculati . 1115
127 Beati omnes . . . 86
40 Beatus qui intelligit 1090
111 Beatus vir qui timet 64
84 Benedixisti Domine 132
18 Cæli enarrant . . . 125
95 Cantate... cantate . 137
149 Cantate... laus ejus 149
97 Cantate... quia . . 138
74 Confitebimur tibi . 305
110 Confitebor... in . . 63
137 Confitebor... quoniam 88
15 Conserva me Dñe . 364
115 Credidi propter quod 85
4 Cum invocarem . . 73
129 De profundis . 87, 1096
62 Deus... ad te . . . 146
21 Deus... respice . . 323
69 Deus in adjutorium 291
53 Deus in nomine tuo 333
71 Deus judicium tuum 131
66 Deus misereatur . . 147
93 Deus ultionum Dñus 339
114 Dilexi quoniam . . 1073
109 Dixit Dominus . . 63
140 Domine clamavi . . 89
87 Domine Deus salutis 338
7 Domine Deus meus 1082
142 Dñe exaudi orationem 343
101 Dñe exaudi... et . . 1234
6 Dñe ne in furore... . 1082
37 Dñe ne in furore... . 331
138 Domine probasti me 88
14 Domine quis habitabit 364
89 Domine refugium . 316
23 Domini est terra . 371
26 Dominus illuminatio 325
22 Dominus regit me . 1086
92 Dominus regnavit . 143
133 Ecce nunc benedicite 74
58 Eripe me de inimicis 337
139 Eripe me Domine . 89
44 Eructavit cor meum 125
144 Exaltabo te Deus . 1164
29 Exaltabo te Domine 372
39 Exspectans . . . . 332
125 In convertendo Dñus 86
113 In exitu Israel . . 65
30 In te Dñe... accelera 73
70 In te Dñe... et salva 291
99 Jubilate Deo omnis 146
42 Judica me Deus . . 378
121 Lætatus sum in his 86
145 Lauda anima mea . 1075
147 Lauda Jerusalem . 90
148 Laudate Dñum de . 148
150 Laudate Dñum in . 149
116 Laudate Dñum omnes 85
146 Laudate... quoniam 1231
112 Laudate pueri Dñum 64
120 Levavi oculos meos 1074
47 Magnus Dominus . 130
131 Memento Domine . 87
50 Miserere mei Deus . 309
88 Misericordias Dñi . 135
126 Nisi Dominus . . . 86
75 Notus in Judæa . . 305
72 Quam bonus . . . 300
2 Quare fremuerunt . 124
41 Quemadmodum . . 1095

## Index.


90 Qui habitat . . . . . 73
68 Salvum me fac . . 289
64 Te decet hymnus . 1094
73 Ut quid Deus . . . 301
94 Venite exultemus 122, 1078
5 Verba mea auribus 1081
141 Voce mea... ad Dñum 90
76 Voce mea... ad Deum 306

### Cantiques.

Benedicite . . . . . 147
Benedictus Dominus . 151
Cantemus . . . . . 312
Domine audivi . . . . 344
Ego dixi . . . . . 379
Magnificat . . . . . 67
Nunc dimittis . . . . 78

### Varia.

Adeste fideles . . . . 1226
Adoro te . . . . . 1217
Alma . . . . . 80, 83
Attende Domine . . . 1228
Ave Regina . . . . 81, 84
Ave verum . . . . . 1219
Cor Jesu . . . . . 1217
Homo quidam . . . . 1218
Inviolata . . . . . 1222
Litaniæ Lauretanæ . . 1219
Litaniæ Sanctorum . . 441
O filii . . . . . 1223
O quam glorifica . . . 1223
Oremus pro Pontifice . 1224
Parce Domine . . . . 1217
Regina cæli . . . . 81, 84
Rorate cæli . . . . . 1224
Salve Regina . . . . 82, 84
Stabat . . . . . 1220
Sub tuum . . . . . 1222
Tantum ergo . . . . 1215
Virgo parens . . . . 1223



SOLESMES

IMPRIMERIE SAINT-PIERRE

AN DU SEIGNEUR 1896


Les Éditeurs se réservent le droit de propriété.



## ERRATA

| *Pages* | *au lieu de :* | *lisez :* |
|---|---|---|
| ½ 3e ligne |  re nobis. |  re nobis. |
| 203 5e ligne |  |  |
| 755 6e ligne |  E u o u a e. |  E u o u a e. |
| 1151 dern. ligne |  E u o u a e. |  E u o u a e. |
| 721 *Com.* Mitte. | **Comm. 4.** | **Comm. 6.** |
| 1038 | Laudáte puéri | Laudáte púeri. |
| 100 *Offert.* | tu convértens | tu convérsus. |

(*Décret de la S. C. R.*, 13. févr. 1892.)

| | | |
|---|---|---|
| 15 1e ligne *dans qq. ex.* |  et nunc et semper |  et nunc et semper |

*De même, il y aura lieu de restituer, en certains endroits, les notes de divers neumes qui, placées hors de portées, ont été brisées durant le tirage.*

## ADDENDA

208 *Fête du Ss. Nom de Jésus. On lit à la fin de la Messe l'Évangile* Núptiæ factæ sunt. 1212.

701 *Aux I. Vêpres de S. André : Psaumes du Dimanche*, 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dóminum. 85.

763 Après *Capitule, Hymne, etc.*, il faut ajouter : *Si les II. Vêpres doivent se dire en entier.*

943 **14.** *Mémoire de* **S. Eusèbe Confesseur.** *Oraisons de la Messe* Justus. 648.




**WE'VE BEEN TOLD AMAZING STORIES** by priests who have raised funds for 500 new pew books in less than 24 hours … but your parish cannot help if they don't *see with their own eyes* the high quality of the books. So let us help you! We can provide large, lovely, custom posters for you, based on the pictures you choose! Go to **CCWATERSHED.ORG**, click on "Contact Us" (upper right), and ask about the "custom posters."

# OFFICES ET MESSES PROPRES

DU

# DIOCÈSE DE LUÇON

## FÊTES DE NOVEMBRE

### 27. S. Goustan Confesseur. *Double.*

**Messe.** Justus. 648, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui Ecclésiam tuam beáti Gulstáni Confessóris tui præcláris vitæ méritis decorásti : concéde nobis fámulis tuis; ut et ipsíus instruámur exémplis, et ab omni vitiórum servitúte ejus patrocínio liberémur. Per Dóminum.

### 28. S. Just Confesseur. *Semidouble.*

**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui virtútum méritis et signórum præcóniis beátum Justum Confessórem tuum decorásti : concéde nobis, quæsumus ; ut qui ejus solémnia celebrámus, ipsíus patrocíniis ad vitam perveniámus ætérnam. Per Dóminum nostrum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Os justi. 645.

¶ *Pour chaque Fête, ce qui n'est pas au Propre doit se prendre au Commun, suivant la qualification du Saint, c'est-à-dire, au Commun des Martyrs ou des Confesseurs Pontifes (Papes ou Évêques), &c.*

## 29. S. Saturnin de Toulouse Évêque et Mart.

Semidouble.

**Collecte.**

DEUS, qui beáti Saturníni Mártyris tui atque Pontíficis prædicatióne, de incredulitátis ténebris nos vocásti in admirábile lumen tuum : fac ut ejus intercessióne crescámus in grátia et cognitióne Dómini nostri Jesu Christi : Qui tecum vivit.

*Mémoire de* **S. Saturnin Martyr**, *au Propre des Saints*, 701.

**Secrète.**

OFFERENDORUM tibi múnerum Deus auctor et dator, adáuge in nobis eam, quæ tibi acceptábile sacrifícium est, bonórum invisibílium fidem : ut quæ beátum Saturnínum Mártyrem tuum atque Pontíficem evéxit ad glóriam passiónis ; éadem nos perdúcat ad plenitúdinem sanctitátis. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

REFECTI participatióne múneris sacri, quæsumus Dómine Deus noster : ut, cujus exséquimur cultum, intercedénte beáto Saturníno Mártyre tuo atque Pontífice, sentiámus effectum. Per Dóminum nostrum.

## FÊTES DE DÉCEMBRE.

## 1. S. Florence Vierge. *Double.*

AUX I. VÊPRES

*Comme au Commun des Vierges*, 654, *excepté :*

Hymn. 2.



EXsultémus, et cantémus De- o laudes hódi- e,



Hunc di- em qui dedi-cá-vit Vírgi-ni Flo-rénti- æ. 2. Cu- i



nomen signans florem Sa-tis apte cóngru- it ; Nam virtútum





honestá- te Multi-fórmi flóru- it. 3. Hæc na-tívo sibi lo-



co Fu- it arbor stéri- lis, Sed Píctones transplantá- ta



Est effécta férti- lis. 4. Quam abscídit o-le- ástro Magí-



ster egrégi- us, Inserens o-lívæ bonæ Pónti-fex Hi-lá-ri-



us. 5. Et sub flore juventútis Fructus bonos prótu-lit :



Et taléntum sibi da-tum Duplicá- tum ré-tulit. 6. In persó-



nis De- o Trino, Uni in essénti- a, Patri, Nato, Para-



clé-to, Sit perénnis glóri- a. A-men.

*A Magnificat, Antienne* Virgo Dei Floréntia. *comme aux II. Vêpres*, 4*.

**Messe.** Dilexísti. 667, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui beátam Floréntiam virgínális pudicítiæ título consecrásti : da quæsumus, ejus nos intervéntu sic sacræ castitátis flóribus adornári ; ut cum fructu bonórum óperum ad supérnæ beatitúdinis perveniámus consórtium. Per Dóminum.

**Secrète.**

SACRIFICIUM præsens, Dómine, corda nostra sic a terrénis expédiat et ad cæléstia dírigat : ut exémplo beátæ Floréntiæ Vírginis, semper quæ Dei sunt cogitántes, simus sancti córpore et spíritu. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

BENEDICTIONE cæléstis percépta, cleméntiam tuam exorámus, Dómine Deus noster : ut qui Vírginem tuam in terris exímiæ sanctitátis laude floréscere fecísti, nos quoque in ætérnitátis domo, virtútum flóribus coronátos quiéscere concédas. Per Dóminum nostrum.

## AUX II. VÊPRES

*Comme au Commun des Vierges,* 654, *excepté :*

Hymn. 8.



FIdé-li- um devóti- o De-um laudet cum gáudi- o,



Qui Vírginem Flo-rénti- am Introdúxit ad glóri- am.

Quæ sumpto secum óleo,
Procéssit óbviam Deo,
Cum clamor nocte factus est :
Exíte, sponsus prope est.

Et intrávit ad núptias,
Sponso decántans grátias :
Exclúsis quinque fátuis,
Jam obserátis jánuis.

Qui sicut ejus précibus,
Infúndit terram ímbribus :
Sic nostra lavet vítia
Spirituáli grátia.

Ut nostras mentes vísitet,
Visitátas inhábitet ;
Per bona temporália,
Nos ducens ad cæléstia.

Patri perénnis glória,
Natóque Patris único,
Sanctóque sit Paráclito
Per omne semper sæculum.
Amen.

℣. Diffúsa est.

A Magnificat Ant. 8.



VIrgo De- i Florénti- a, vi- tis Christo fructi-



fi-cá-ta, odó-rem grá-ti-æ no-bis propínes in sæcu-lo,



et ætérno promeré-ris conso-lári de præmi- o. Euoua e.



## 3. Mémoire de S. Anthème Évêque de Poitiers et Conf.

**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, solemnitátem diéi hujus propítius intuére : et Ecclésiam tuam, intercedénte beáto Anthémio Confessóre tuo atque Pontífice, contínua fac celebritáte gaudére. Per Dóminum.

**Secrète.**

SUSCIPE Dómine múnera quæ tibi de tua largitáte deférimus : ut hæc sacrosáncta mystéria, intercedénte beáto Anthémio Confessóre tuo atque Pontífice, et præséntis vitæ nos conversatióne sanctíficent, et ad gáudia ætérna perdúcant. Per Dñum.

**Postcommunion.**

PRÆSTA, quæsumus Dómine : ut sacraménti tui participatióne vegetáti, sancti quoque Anthémii Confessóris tui atque Pontíficis précibus adjuvémur. Per Dóminum.

## 5. S. Éloi Évêque de Noyon et Conf. *Semid.*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Elígium páuperum patrem et glóriæ Sanctórum zelatórem exímium in Ecclésia tua suscitásti : da quæsumus ; ut pietátem et caritátem ejus æmulántes, ætérnam cum ipso mercédem obtinére mereámur. Per Dóminum.

*Mémoire de* **S. Sabbas Abbé,** *au Propre des Saints,* 708.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Sacerdótes tui. 637.

## 10. Translation de la S. Maison de Lorette.

**Double.**

*Comme au Supplément,* 1118.

## 12. Sainte Abre Vierge. *Double.*

AUX I. VÊPRES

*Comme au Commun des Vierges,* 654, *excepté :*

Hymn. 2.



TE, be- áta sponsa Christi, Te, colúmba Vírgi-num,



Síderum tollunt co-ló-ni Laude, prudentíssima; Nostra te

lætis sa-lútant Vó-ci-bus præ-córdi- a.

Sceptra mundi cum corónis
Docta quondam spérnere,
Dogma patris insecúta
Et sacrum collóquium,
Ex odóre gratiárum
Astra nosti quærere.

O potens virtus amóris!
O decus victóriæ!
Sæculo sollicitáris;
Sed regénte Númine,
Præsulis ore paréntis
Verba cæli súscipis.

Luce fulges expetíta
In polórum vértice,
Clara flammis caritátis

Cum nitóre grátiæ :
Juncta Sponso conquiéscis
In decóre glóriæ.

Nunc benígna pelle nubes
Córdibus fidélium,
Ut seréna fronte splendens
Sol perénnis lúminis,
Sempitérnæ claritátis
Impleat nos gáudiis.

Glóriam Patri canámus
Unicóque Fílio :
Par tribútum proferámus
Inclyto Paráclito,
Nútibus cujus creántur
Et regúntur sæcula. Amen.

℣. Spécie tua.

A Magnificat Ant. 8. G



H l-lári- us pater fí-li- am su- am Abram et ma-

trem e-jus, emíssa ora-ti- ó-ne, ante se transmí- sit

ad gló-ri- am. E u o u a e.

**Messe.** Vultum tuum. 671, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, cujus múnere beáta Abra, spretis mundi illécebris, humánum réspuit sponsum, ut sortirétur ætérnum : tríbue nobis, quæsumus ; ex ejus imitatióne terréna despícere, et cæléstium donórum participatióne gaudére. Per Dóminum.

*Évangile.* Símile erit... decem virgínibus. 661.



**Secrète.**

DEUS, qui in puris gaudes manére pectóribus, virtúte hóstiæ, quam tibi in solemnitáte beátæ Abræ Vírginis offérimus, da nobis tales exsístere, in quibus habitáre dignéris. Per Dñum.

**Postcommunion.**

DEUS, qui nos beátæ Abræ Vírginis exémplis ad castitátem infórmas : ejus interventióne præsta ; ut percépta mystéria ab omni nos labe purificent, et in vitæ innocéntia confírment. Per Dóminum nostrum.

**Aux II. Vêpres, pour la mémoire.**

Ant. 6.



O quam be- a-tíssimus pónti-fex Hi-lá-ri- us, qui

uxórem et fí-li- am se-cum fecit esse in regno!

## 14. S. Fortunat Évêque de Poitiers et Conf.

**Double.**

**Aux I. Vêpres, A Magnificat, Antienne.**

A Magnificat Ant. 1. D



O be- á- tum Fortuná-tum, qui Martíni virtútes

simúlque Radegúndis æmu-lá- tus, cáthedram Hi-lá-ri- i

ascénde-re méru- it. E u o u a e.

**Messe.** Sacerdótes tui. 634, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui hodiérnam diem honorábilem nobis in beáti Fortunáti, Confessóris tui atque Pontíficis, solemnitáte tribuísti : præsta quæsumus ; ut ejus suffrágiis, grátiæ tuæ consequámur auxílium, et ad ætérnæ beatitúdinis consórtium pervenire valeámus. Per Dóminum nostrum.



gena, cives ab hoste pró-te-ge rogántes.

℣. Ora pro nobis míseris, virgo Genovéfa.
℟. Quæ nunc in cælis fulges virtúte supérna.

A LA MESSE

**Collecte.**

BEATÆ Genovéfæ Vírginis tuæ, Dómine Deus, gloriósis méritis adjuvémur : ut ejus sacro intervéntu, córporis et ánimæ sanitáte gaudéntes, grátia tua cooperánte, salvémur. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

INTERVENIENTE pro nobis beáta Vírgine Genovéfa, cleméntiam tuam depóscimus, omnípotens ætérne Deus : ut salútem animárum nostrárum páriter et córporum hæc hóstia sacrosáncta efficáciter operétur. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunion.**

CÆLESTI pane refécti, humíliter deprecámur cleméntiam tuam, Dómine Jesu Christe : ut per preces et mérita beátæ Genovéfæ Vírginis tuæ, véniam delictórum, sospitátem córporum, gratiámque et glóriam ætérnam consequámur animárum : Qui vivis.

## 7. Mémoire de Sainte Verge Vierge.

**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, castórum córporum et méntium conservátor et custos : piis Ecclésiæ tuæ précibus adésse dignáre ; et intercedénte beáta Vírgana Vírgine tua, méntibus nostris verus sol illábere, et spirituális vitæ nobis tríbue puritátem. Per Dóminum nostrum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Dilexísti. 670.

## 9. Mémoire de S. Honoré de Buzançais Martyr.

**Collecte.**

DA nobis, quæsumus misércors Deus, beáto Honoráto Mártyre tuo intercedénte, ita juste ac pie temporália cuncta tractáre, ut ad ætérna mereámur pervenire. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* In virtúte. 597.



## 12. Mémoire de S. Agrice Évêque de Trèves et Conf.

**Collecte.**

BEATI Agrítii Confessóris tui atque Pontíficis intercessióne ab omni nos, quæsumus Dómine, adversitáte custódi : ut, cujus festa gérimus, sentiámus auxílium. Per Dóminum.

**Secrète.**

PROPITIARE, Dómine, supplicatiónibus nostris, et has pópuli tui oblatiónes benígnus assúme : ut, intercedénte beáto Agrítio Confessóre tuo atque Pontífice, quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

SIT nobis, Dómine, reparátio mentis et córporis cæléste mystérium : et præsta ; ut sancti Agrítii Confessóris tui atque Pontíficis, cujus exséquimur cultum, sentiámus auxílium. Per Dóminum nostrum.

14. JANVIER

# SAINT HILAIRE ÉVÊQUE DE POITIERS

### CONFESSEUR ET DOCTEUR DE L'ÉGLISE

### PATRON PRINCIPAL DE TOUT LE POITOU

**Double de I. Classe avec Octave.**

AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.



℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 8.*

In illo témpore : Dixit Jesus Judæis : Sicut dócuit me Pater, hæc loquor : et qui me misit, mecum est, et non relíquit me solum : quia ego, quæ plácita sunt ei fácio semper. Hæc illo loquénte, multi credidérunt in eum. Dicébat ergo Jesus ad eos, qui credidérunt ei, Judæos : Si vos mansséritis in sermóne meo, vere discípuli mei éritis : et cognoscétis veritátem, et véritas liberábit vos. Respondérunt ei : Semen Abrahæ sumus, et némini servívimus unquam : quómodo tu dicis : Líberi éritis? Respóndit eis Jesus : Amen, amen dico vobis : Quia omnis qui facit peccátum, servus est peccáti. Servus autem non manet in domo in ætérnum : fílius autem manet in ætérnum. Si ergo vos fílius liberáverit, vere líberi éritis. Scio quia fílii Abrahæ estis : sed quæritis me interfícere, quia sermo meus non capit in vobis. Ego, quod vidi apud Patrem meum, loquor : et vos, quæ vidístis apud patrem vestrum, fácitis.

Credo *à cause de l'Octave.*

**Secrète.**

Hostias pópuli tui, Dómine, propítius intuére : ut quod nostra fidúcia non merétur, per eum, quem nobis constituísti præsulem, júgiter largiáris. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

Præsta, quæsumus omnípotens Deus : ut salutáris hóstia de tuo altári percépta, précibus beáti Fortunáti Confessóris tui atque Pontíficis, in fide quam ille nos edócuit, immóbiles effíciat. Per Dóminum nostrum.

**Aux II. Vêpres, pour la mémoire.**




## 18. L'Expectation de l'Enfantement de la B. V. M.

**Double majeur.**

*Comme au Supplément,* 1121.



## 22. Mémoire de S. Agon Évêque de Poitiers et Conf.

**Collecte.**

Adesto Dómine supplicatiónibus nostris : et beáti Agónis Confessóris tui atque Pontíficis intercessiónibus confidéntes, nec minis adversántium, nec ullo conturbémur incúrsu. Per Dóminum nostrum.

**Secrète.**

Intercessio, quæsumus Dómine, sancti Agónis Confessóris tui atque Pontíficis múnera nostra comméndet : nosque in ejus veneratióne tuæ majestáti reddat accéptos. Per Dñum.

**Postcommunion.**

Sumentes gáudia sempitérna de participatióne sacraménti et de festivitáte beáti Confessóris tui atque Pontíficis Agónis te, Dómine, supplíciter deprecámur : ut quæ sédula servitúte donánte te gérimus, dignis sénsibus tuo múnere capiámus. Per Dóminum nostrum.

## 26. Mémoire de tous les SS. Martyrs.

*Comme au Supplément,* 1123. *Ant.* Isti sunt sancti. *Oraison* Deus qui glorificáris.

# FÊTES DE JANVIER

## 2. Mémoire de S. Macaire des Mauges Abbé.

**Collecte.**

Misericordiam tuam nobis, quæsumus Dómine, interveniénte beáto Macário Abbáte, cleménter impénde : et nobis peccatóribus ipsíus propitiáre suffrágiis. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Os justi. 648.

## 3. Mémoire de Sainte Geneviève de Paris Vierge.

**Aux I. Vêpres, pour la mémoire.**



2. Ant. 8. G

O quam perfectíssimum lá- i-cum, cu-jus imi- ta-

tóres ipsi esse desí-derant sacerdótes! E u o u a e.

3. Ant. 6. F

C Oncordánte pópu-li fa- vóre, Spí-ri-tu De- i pro-

clamán- te, sacris altá-ribus sacérdos fu- it e-léctus.

4. Ant. 1. g

E u o u a e. S Anctus Hi-lá-ri- us timóre nu-

dus, fíde- i fervó-re vestí- tus, inter hære-ticó-rum gládi-

os se ingeré-bat, Christi cari-tá- te secúrus. E u o u a e.

5. Ant. 3. a

S Acérdos Hi-lá-ri- us quantum pro nómine Christi

lóngi- us discedébat a so-lo própri- o, tantum me-rebá-tur

fí- e-ri vi-cí- ni- or cælo. E u o u a e.

*Capitule des II. Vêpres,* 17*.

Hymn. 2.

L Audes, Christe, tibi, voce ju-cúnda, Mentis lætí-



ti- a, mó-ribus aptis, In quocúmque lo-co réddere sem-

per Sanctó-rum cúpi- unt vo-ta tu- ó-rum. 2. His non car-

nis onus, non furor hostis, Non pressúra gravis, non vi-

ti- ó-rum Incentíva que- unt tóllere di- gnis De-cantánda

mo-dis cánti- ca laudum. 3. Nam pro ju-dí-ci- is hære-ti-

có-rum Mul-tos Hi-lári- us pauper et exsul Propter te vó-

lu- it ferre labó- res, Nec laudum tácu- it victor ho-

nóres. 4. Doctrínas vá-ri- as impi- e-tá-tis Figmentíque

novi verba profána Verbis simplí-ci-bus sic reprobá-

vit, Quod gens bella movens victa qui- évit. 5. Confidén-

ter agens pastor honéstus, Et doctor célebris magnus in




℣. Justítiam tuam Dómine non abscóndi in corde meo.
℟. Veritátem tuam et salutáre tuum dixi.




*Mémoire de l'Octave de l'Épiphanie, Ant.* Tribus miráculis. 195.
℣. Reges Tharsis. 194.

## A LA MESSE

*Introït.* In médio. 637.

**Collecte.**

Præsta, quæsumus omnípotens Deus : ut excelléntiam Verbi tui, quam beátus Hilárius Póntifex noster et Doctor gloriósus asséruit, et conveniénter intellígere valeámus, et veráciter confitéri. Per eúmdem Dóminum.



**Lectio Epistolæ beati Joannis Apostoli.** *Joañ. 2.*

Filioli, novíssima hora est : et sicut audístis quia Antichrístus venit, et nunc antichrísti multi facti sunt : unde scimus, quia novíssima hora est. Ex nobis prodiérunt, sed non erant ex nobis. Nam, si fuíssent ex nobis, permansíssent útique nobíscum : sed ut manifésti sint quóniam non sunt omnes ex nobis. Sed vos unctiónem habétis a Sancto, et nostis ómnia. Non scripsi vobis quasi ignorántibus veritátem, sed quasi sciéntibus eam : et quóniam omne mendácium ex veritáte non est. Quis est mendax, nisi is qui negat quóniam Jesus est Christus? Hic est Antichrístus, qui negat Patrem et Fílium. Omnis qui negat Fílium, nec Patrem habet : qui confitétur Fílium, et Patrem habet. Vos quod audístis ab inítio, in vobis permáneat. Si in vobis permánserit quod audístis ab ínitio, et vos in Fílio et Patre manébitis. Et hæc est repromíssio, quam ipse pollícitus est nobis, vitam ætérnam.

*Graduel.* Os justi. 638.

Allelúia, allelúia. ℣. Amávit eum. 636.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.** *Joañ. 10.*

In illo témpore : Circumdedérunt Jesum Judæi, et dicébant ei : Quoúsque ánimam nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palam. Respóndit eis Jesus : Loquor vobis et non créditis. Opera, quæ ego fácio in nómine Patris mei, hæc testimónium pérhibent de me : sed vos non créditis, quia non estis ex óvibus meis. Oves meæ vocem meam áudiunt : et ego cognósco eas, et sequúntur me : et ego vitam ætérnam do eis : et non períbunt in ætérnum, et non rápiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, majus ómnibus est : et nemo potest rápere de manu Patris mei. Ego et Pater unum sumus. Sustulérunt ergo lápides Judæi, ut lapidárent eum. Respóndit eis Jesus : Multa bona ópera osténdi vobis ex Patre meo : propter quod eórum opus me lapidátis? Respondérunt ei Judæi : De bono ópere non lapidámus te, sed de blasphemía : et quia tu, homo cum sis, facis teípsum Deum. Respóndit eis Jesus : Nonne scriptum est in lege vestra : quia Ego dixi, dii estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, et non potest solvi Scriptúra : quem Pater sanctificávit, et misit in mundum, vos dícitis : Quia blasphémas : quia dixi : Fílius Dei sum? Si non fácio ópera Patris mei, nolíte crédere mihi. Si autem fácio : et si mihi non vultis crédere, opéribus crédite ut cognoscátis, et credátis quia Pater in me est, et ego in Patre. Credo *pendant toute l'Octave.*

*Offertoire.* Justus ut palma. 640.

**Secrète.**

Confirmet nos, Deus, præséntis sacrifícii virtus; ut exémplo sancti Hilárii Pontíficis nostri, nullis adversitátibus a fídei trámite deflectámur. Per Dóminum.

*Communion.* Fidélis servus. 634.

### Postcommunion.

DEUS, qui sanctum Pontíficem nostrum Hilárium spíritu fortitúdinis in conspéctu regum implevísti : præsta quæsumus ; ut pane fórtium roboráti, mundum víncere valeámus Per Dóminum... in unitáte ejúsdem.

## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Meménto. S.

1. Ant. 8. G



C Athó-licus sum, no- lo esse hæréti-cus : Chri-



sti- ánus sum, non Ari- ánus. E u o u a e.

2. Ant. 1. g



E - píscopus ego sum : éxsulo autem, non crí-



mine, sed facti- óne. E u o u a e.

3. Ant. 4. E



M Ihi me-tus est de mundi per-ícu-lo, de si-lénti- i



me- i re- á-tu, de judí-ci- o De- i. E u o u a e.

4. Ant. 8. a



M E-li- us mihi in hoc sæculo mo- ri, quam a-li-



cújus poténti- a domináne castam veri-tá-tis corrúmpere



virgini-tátem. E u o u a e.

5. Ant. 7. a



A D martýri- um





exe- ámus : commori- ámur Christo, ut Chri-sto conre-



gnémus. E u o u a e.

**Capitule.** *Eccli. 44. c.*

ECCE sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo et inventus est justus : et in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio.

Hymn. 2.



O quam magní- fi-cus quamque be-nígnus In san-



ctis Dóminus, grá- ti- a cujus Illis magna pa-rat, multa



revé- lat, Quæ damnósa ma- lis lítte-ra ve-lat. 2. Nam



quæ le-gis e-rant tecta fi-gú-ris, Aut sensu dúbi- o dicta



la-tébant, Ipsis inté-ri- us nóscere do- nat, Et verbis



própri- is no-ta re- férre. 3. Arguménta quibus conveni-



énter Inconcéssa probant, falsa refú-tant, Adjúngit fí-



de- i, sicque fi-dé- li Fi- unt clara ma-gis, firma re-




℣. Sapiéntiam ejus enarrábunt gentes.
℟. Et laudem ejus enuntiábit Ecclésia.

A Magnificat Ant. 1. J









## 19. Saint Vivent Confesseur.

*Double.* (m. t. v.)

Aux I. Vêpres, *Mémoire de* S. Néomaye Vierge Poitevine.

Ant. 1.




Messe. Os justi. 645, *excepté :*

**Collecte.**

Deus, a quo beatitúdo perénnis et remunerátio largítur elé-ctis : præténde nobis grátiam tuam ; ut beáti Viventii Confessóris tui intercéssio gloriósa, et præséntis vitæ suffrágia et ætérnæ nobis obtíneat prǽmia præoptáta. Per Dóminum.

De Sainte Néomaye Vierge. Collecte.

PROSINT nobis, quæsumus Dómine, beátæ Neomádiæ Vírginis mérita pretiósa : quæ grátia curatiónum illústris, tuórum nobis frequénter Sanctórum éxhibet potestátem. Per Dñum.

*Évangile.* Nolíte timére. 65o.

**Secrète.**

OBLATUM tibi Dómine sacrifícium, intercedénte beáto Vivéntio Confessóre tuo, nostræ fiat corréctio pravitátis, et tuæ propitiátio majestátis. Per Dóminum.

De Sainte Néomaye Vierge. Secrète.

HOC munus salutáre, omnípotens Pater, quod per manus ministrórum tuórum tuæ præsentátur majestáti, intercedénte beáta Neomádia, ad remissiónem animárum et ad consolatiónem tránseat ómnium populórum. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

MYSTERII percépti sacraméntum, quæsumus Dómine, beáto Vivéntio Confessóre tuo suffragánte, nostrórum operétur purgatiónem peccatórum, et cæléstium præparatiónem præmiórum. Per Dóminum.

De Sainte Néomaye Vierge. Postcommunion.

SUMPTO pábulo salutári, omnípotens ætérne Deus, per intercessiónem beátæ Vírginis tuæ Neomádiæ, te supplíciter exorámus : ut cadúce labéntes misericórditer velis releváre, et quod ore tractávimus contingámus et mente. Per Dñum.

---

## 21. Octave de S. Hilaire. *Double.*

**Aux I. Vêpres,** *Comme au jour de la Fête,* 11*.

Mémoire de tous les saints Évêques de Poitiers.




℣. Exáltent eos in ecclésia plebis.
℟. Et in cáthedra seniórum laudent eos.



A LA MESSE

*Comme au jour de la Fête,* 14*.

*Mémoire de* **tous les saints Évêques de Poitiers.**

Collecte.

DEUS, qui pópulis tuis indulgéntia cónsulis, et amóre dominári : da spíritum sapiéntiæ, suffragántibus méritis Antístitum Ecclésiæ tuæ, quibus dedísti régimen disciplínæ; ut de profectu sanctárum óvium, fiant gáudia ætérna pastórum. Per Dóminum.

**Secrète.**

MUNERIBUS nostris adésto, Deus omnípotens : et intercedéntibus sanctis Pontifícibus nostris, fac ut plebs tua suis Pastóribus adunáta, tibi cum Christo hóstia immaculáta consecrétur. Per eúmdem Dóminum.

**Postcommunion.**

PRÆPOSITORUM nostrórum, qui nobis locúti sunt verbum tuum, Dómine, memóriam sacro convívio celebrántes, te súpplices deprecámur : ut des nobis éxitum conversatiónis eórum júgiter intuéri, et fidem imitári. Per eúmdem Dóminum.

**Aux II. Vêpres,** *Comme au jour de la Fête,* 16*.

---

Le III. Dimanche après l'Épiphanie.

## La Sainte Famille de Jésus, Marie, Joseph.

*Comme au Supplément,* 1124.

---

## 26. S. Bathilde Reine de France Veuve.

Double.

**Messe.** Cognóvi. 678, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui beátam regínam Bathildem a sæculi pompa ad crucis humilitátem toto corde transíre docuísti : concéde ; ut ejus intercessióne et exémplo, discámus peritúras mundi calcáre delícias, et in ampléxu tuæ crucis ómnia nobis adversántia superáre : Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

**Secrète.**

GRATA tibi sint, Dómine, nostræ devotiónis múnera in hac festivitáte beátæ Bathildis víduæ : et qui solus es bonum nostrum ; da nobis ejus précibus avértere a mundánis óculos, et te unum júgiter intuéri, ut creatúra viléscat, et Creátor in corde dulcéscat. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

MISERICORS Dómine, fidélium tuórum consolátor : reple nos multitúdine dulcédinis tuæ, quam in hoc sacraménto abscóndis timéntibus te ; et cum ancílla tua Bathílde, fac nos patiénter vívere, ut in ósculo tuo obíre mereámur. Per Dñum.

## 28. S. Agnès Vierge et Martyre. *Double.*

*Comme au Propre des Saints, 21 Janvier,* 732.

*Mémoire de* **Saint Félix de Smarve Ermite.**

**Collecte.**

DEUS, qui beáto Felíci Eremítæ per mundi abstinéntiam omniúmque virtútum viam incedénti, grátiæ tuæ lumen ostendísti : concéde propítius ; ut ipsum intercessórem pro nobis sentiámus in cælis, cujus vitæ exémplo irradiámur in terris. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Os justi. 648.

## 30. Mémoire de S. Alléaume de Loudun Abbé.

**Collecte.**

DEUS, qui nos beáti Adelélmi Abbátis præcláris virtútum exémplis erudíri voluísti : concéde propítius ; ut quod te donánte devóte promísimus, ejúsdem patrocínio fidéliter adimplére valeámus. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Os justi. 653.

# FÊTES DE FÉVRIER

## 1. Saint Lienne Confesseur.

**Double majeur.**

### AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.









*Capitule et Hymne du Commun,* 641.



sólveret tri- bútum, sanctum Le- óni- um constí-tu- it Picta-



vó-rum presbýterum, ut su- is desti-tútos moni-ti- ónibus,



assí-du- is recre- á-ret solá-ti- is. E u o u a e.

**Messe.** Os justi. 645, *excepté :*

**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui beatíssimum Leónium Confessórem tuum sanctíssimi Hilárii discípulum éffici voluísti : præsta quæsumus ; ut cujus précibus, vexátis fébribus córporis tríbuis sanitátem, ejus méritis nobis ómnibus ánimæ des remédium et salútem. Per Dóminum.

**Secrète.**

PROPITIATIONIS hóstiam tibi, Dómine, offérimus supplíciter deprecántes : ut, intercedénte beáto Leónio Confessóre tuo, ab ómnibus semper protegámur advérsis. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

SALUTARIBUS mystériis refóctos fac nos, quæsumus Dómine, beáti Leónii Confessóris tui, cujus virtútes mirámur, exémplo proficere, et pacem tuam nostris concéde tempóribus. Per Dóminum nostrum.

**Aux II. Vêpres, pour la mémoire.**

Ant. 7.



E Cce magna magná-li- a Confessó-ris De- i sanctís-



simi Le- óni- i, qui in be- á-ti pontí-fi-cis tránsi-tu fe-lí-



ci, angé-licas vo- ces méru- it audí-re, et arcána cælé-





sti- a percípe-re, alle-lú-ia. E u o u a e.

¶ *Si l'on dit les II. Vêpres en entier, Antiennes comme aux I. Vêpres, et à Magnificat, Ant.* Ecce magna. *ci-dessus.*

## 3. S. Polycarpe Évêque de Smyrne et Martyr.

Double.

*Comme au Propre des Saints, 26 Janvier, 743, avec mémoire de* **S. Blaise Évêque et Martyr.** *Oraisons de la Messe* Sacerdótes Dei. 591.

## 4. B. Jeanne de Valois Veuve. *Double.*

**Messe.** Cognóvi. 678, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui ad imitándum beátæ Vírginis Fílii tui Genitrícis virtútes, novum per beátam Joánnam sacrárum vírginum cœtum instítui voluísti : ejus méritis precibúsque concéde ; ut per éadem gradiámur virtútum exémpla. Per eúmdem Dñum.

**Secrète.**

HÆC hóstia Dómine placatiónis et laudis tua, nos propitiatióne dignos effíciat, beátæ Joánnæ intervéntu, quæ tibi soli placére stúduit. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

CÆLESTIBUS repléti mystériis te, Dómine, deprecámur : ut exémplo et intercessióne beátæ Joánnæ, spretis mundi hujus oblectatiónibus, in te uno delectári mereámur. Per Dñum.

## 6. SAINT AMAND DE L'ILE D'YEU

### Évêque et Confesseur.

Double de II. Classe.

### AUX I. VÊPRES

*Antiennes et Hymne des II. Vêpres, 26* ; le reste au Commun des Confesseurs Pontifes, 624.* ℣. Amávit.

A Magnificat Ant. 1. f



A -mándus ad patrem a- it : De patérnis sub-



stánti- is nihil adi-písci cúpi- o : tantúmmodo permít-

te ut Christo mí-li-tem. E u o u a e.

**Messe.** Sacerdótes tui. 634, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Amándum Confessórem tuum atque Pontíficem victória contra serpéntem antíquum et apostólicis virtútibus decorásti : concéde propítius ; ut eo interveniénte malórum spirituum fraudes víncere, et coruscáre virtútibus mereámur. Per Dóminum.

**Secrète.**

MUNERA tibi, Dómine, obláta sanctífica : ut per ea, intercedénte beáto Amándo Confessóre tuo atque Pontífice, ab ómnibus ánimæ et córporis perículis liberémur. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

SACRAMENTA quæ súmpsimus, Dómine, per intercessiónem beáti Amándi Confessóris tui atque Pontíficis, sint nobis ad tutaméntum mentis et córporis, et ad misericórdiam tuam efficáciter consequéndam. Per Dóminum.

## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Meménto. 87.

1. Ant. 7. c



G Aude- at Herba-tí-li-ca tel-lus, cujus concí-vis



Amándus inter choros Apostolórum ascéndit in cæ-lum.



2. Ant. 3. a



E u o u a e. B E- átus Amándus, claríssimo



géne-re ortus, majó-res diví- ti- as æstimávit thesáuris





mundi impropé-ri- um Christi. E u o u a e.

3. Ant. 4. E



I Mmódi-cis de-sidé-ri- is in Christi flagrans amó-



re, paréntes re-línquens portum monasté-ri- i aufúgit.



4. Ant. 8. c



E u o u a e. O O- ia ínsu-la, vas e-lecti-



ónis cum ma-gno ampléctere gáudi- o. E u o u a e.

5. Ant. 2. D



F Ide- i scuto muní-tus, adhuc pu- er Amán-dus



signum crucis contra immá- nem oppósu- it anguem, et



superávit. E u o u a e.

*Capitule.* Ecce sacérdos magnus. 625.

Hymn. 2.



A Udi- at miras óri- ens cadénsque Sol tu-as lau-



des ce-lebrésque palmas, Præsul Amánde, cólumen tu-é-



que Gló-ri- a gentis. 2. O jubar cæ-li rádi- is decórum, O



potens signis, me-ri-tísque fe-lix, Quem De-us gestis ad-

hibé-re suevit Grándibus o-lim.

In latebrósos fúgiant recéssus
Quotquot hostíli rábie furéntes,
In gregem Christi sátagunt nefánda
Tela vibráre.

Nóbili quamvis génitus paránte
Illico nomen súperis dedísti,
Pátriis spretis ópibus, beáta
Regna requírens.

Miles hinc scriptus Tríadi supérnæ
Géntibus profers sacra bella feris,
Instruis verbo, tribuísque mira
Dona salútis.

Péctoris duros sílices repélle,
Sáxeum cordis túmidi rigórem
Cóntere; ut sordes lacrimósa manans
Abluat unda.

Nunc triumphátor super astra regnans,
Sémitam nobis aditúmque monstra :
Súpplices ductor génitos supérnis
Sédibus infer.

Annuat cælo Pater, atque Natus,
Annuat compar utriúsque virtus
Spíritus votis, Deus unus, omni
Témporis ævo.
Amen.

℣. Justum dedúxit.

A Magnificat Ant. 7. a



E Xsúltet turba fidé-li- um pro gló-ri- a almi patris Amándi, qui comi-tántibus be- a-tórum catérvis hódi- e tri- umphá-tor magní-fi-cus ascén-dit in cælum.

E u o u a e.



## 11. Apparition de Notre-Dame de Lourdes.

**Double majeur.**

*Comme au Supplément,* 1136.

## 12. S. Adalhard Abbé de Corbie. *Double.*

**Aux I. Vêpres, pour la mémoire.**

Ant. 6.



G Aude- ámus omnes in Dómino, qui- a be- á- tus Adalhár-dus regá-li ex progéni- e cla- rus, exsí-li- o pul-sus, nostrum Aqui-táni- æ solum sancti-tá-te illustrávit. E u o u a e. ℣. Amávit.

¶ *Si l'on dit les I. Vêpres entières, on prend les Antiennes des II. Vêpres,* Adalhárdus Christi fámulus. *comme ci-après; Psaumes et Capitule du Commun.*

Hymn. 1.



A -dalhárdus pater, clarus pro-sá-pi- a, Exstat præclá-ri- or virtú-tum grá-ti- a : Contémnit sæcu-lum et e-jus gáudi- a, Cognóscens ómni- a ci-to labénti- a. 2. Divíno póstmodum afflátus spí- ri-tu, Mutáto péctore, mutá-tur









℣. Amávit. *et à Magnificat, Ant.* Gaudeámus. *comme ci-dessus.*

**Messe.** Os justi. 651, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Adalhárdum Abbátem egrégiæ pietátis et præcláræ caritátis virtútibus cumulásti : præsta ; ut ejus méritis et précibus consuétæ misericórdiæ tuæ effectus ássequi mereámur. Per Dóminum.

**Secrète.**

SUSCIPE, Dómine, in hac solemnitáte fámuli tui Adalhárdi Abbátis, hóstias méntium tuo nómini devotárum : quibus nos a terrénis contágiis expiári, et defunctórum ánimas cæléstibus contulísti propinquáre consórtiis. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

SUBSIDIO nostræ salútis accépto, súpplices te Dómine rogámus : ut, intercedénte beáto Adalhárdo Abbáte, quos tanti mystérii tríbuis esse consórtes, eósdem in fratérna caritáte perfícias. Per Dóminum.

## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

1. Ant. 8. G




2. Ant. 1. a





pé-dibus premens, non quocúmque invidénti- um ze- lus,



sed quo De-i agébat Spí-ri-tus, qua-si ad épu-las invi-



tá- tus, ádmodum ultróne- us ibat. E u o u a e.

8. Ant. 5. a



F E-lix erat e- i habi-tá-ti- o illa velut pa-radísus,



ex quo serpéntis invídi- a primus homo ejéctus est.

4. Ant. 6. F



E u o u a e. V Erbis ad petram, quæ Christus



est, fratrum ánimos so-lidábat : ut qui inter fluctus ma-



ris extra mundum pó-si-ti videbántur, spe cæ-lo pro-fún-

5. Ant. 1. f



di- us firma- réntur. E u o u a e. G Aude et læ-



tá-re, He-ri- énsis ínsu-la, quæ ta-lem in Chri-sto me-



ru-ísti possi-dé-re pa-trónum. E u o u a e.

*A partir du Capitule on fait du suivant.*



**Pour la mémoire.**

Ant. 2.



S Ancte Adalhárde, Francórum gemma, He-ri- én-



si- um læ-tí-ti- a, fulgi-dáque Sá-xonum stella, intercé-



de pro no-bis ad Dóminum. E u o u a e.

℣. Justum dedúxit.

## 13. S. Ignace Évêque d'Antioche et Martyr.

**Double.**

*Comme au Propre des Saints, 1 Février,* 746.

## 14. S. André Corsini Évêque et Conf.

*Double.* **(m. t. v.)**

*Comme au Propre des Saints, 4 Février,* 759.
*Mémoire de* **S. Valentin Prêtre et Martyr.** 772.

## 15. Saint Tite Évêque et Confesseur.

*Double.* **(m. t. v.)**

*Comme au Propre des Saints, 6 Février,* 764.
*Mémoire des* **SS. Faustin et Jovite Martyrs.** *Oraisons de la Messe* Salus autem. 621.

## 16. Saint Benoît d'Aniane Abbé. *Semid.*

**Collecte.**

MAJESTATEM tuam, Dómine, sanctus Benedictus Abbas, cujus memóriam celebrámus, pro nobis exóret : ut, quod nostris méritis non valémus, ejus précibus assequámur. Per Dóminum.

LUÇON.

**Secrète.**

HOSTIA, quæsumus Dómine Deus noster, quam tibi ad honórem sancti Benedícti Abbátis immolámus, tuórum nobis tríbuat societáte gaudére sanctórum. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

REPLETI munéribus sacris te, Dómine, supplíciter deprecámur: ut méritis et intercessiónibus sancti Benedícti Abbátis suffúlti, per hæc ad ætérna gáudia pervenire mereámur. Per Dóminum.

## 17. Les VII. SS. Fondateurs de l'Ordre des Servites de la B. V. M.

Confesseurs. *Double.*

*Comme au Propre des Saints, 11 Février,* 766.

## 19. S. Canut Roi de Danemark et Martyr.

*Semidouble ad libitum.*

*Comme au Propre des Saints, 19 Janvier,* 730.

# FÊTES DE MARS

## 1. S. Aubin Évêque d'Angers et Conf. *Semid.*

**Collecte.**

DEUS, qui nos ad sancti Albíni Confessóris tui atque Pontíficis depositiónis diem tribuísti pervenire lætántes : præsta quæsumus ; ut ejus méritis et intercessióne ante conspéctum divínæ majestátis tuæ in glória sempitérna lætémur. Per Dóminum.

**Secrète.**

SANCTI Albíni Confessóris tui atque Pontíficis tibi précibus, Dómine quæsumus, grata reddátur oblátio, pro cujus depositióne est immolánda. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

SUMPTUM, Dómine, pignus redemptiónis ætérnæ sit nobis, quæsumus, interveniénte beáto Albíno Confessóre tuo atque Pontífice, vitæ præséntis auxílium páriter et futúræ. Per Dñum.



## 6. Saint Fridolin Abbé. *Semid.*

**Collecte.**

DEUS, qui beáto Fridolíno Confessóri tuo amórem tui nóminis dono tuæ grátiæ contulísti : concéde propítius ; ut cujus natalítia cólimus, ejus méritis gáudia ætérna cónsequi mereámur. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Os justi. 653.

*Mémoire de* **S. Cyriaque Confesseur.**

**Collecte.**

PLEBEM nómini tuo subjéctam, Dómine, propítius intuére : et intercedénte beáto Quiríaco Confessóre tuo, consolatiónes tuas júgiter per cæléstem grátiam in ea dignánter operáre. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Justus. 650.

## 13. S. Pient Évêque de Poitiers et Conf.

Double.

**Messe.** Státuit. 631, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui sine testimónio bonitátis tuæ nullum tempus relínquis : beáto Piéntio Confessóre tuo atque Pontífice supplicánte, precámur ; ut, qui hunc ómnibus diébus vitæ suæ tibi placuísse per signa testáris, honórem, quem illi in tuo nómine súpplices exhibémus, nobis in bonum cooperári dignéris. Per Dóminum.

**Secrète.**

DEUS, qui omne bonum in tui sacri córporis mystério voluísti continéri : concéde propítius ; ut hoc munus, quod beáti Piéntii memóriam recoléntes offérimus, ipso intercedénte, nobis proficere sentiámus. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

CÆLESTI múnere satiáti, miséricors Deus, grátias ágimus et precámur : ut, qui vária benefícia per beátum Piéntium Confessórem tuum atque Pontíficem te operári gaudémus ; ipso supplicánte, per hoc cæléste munus ad pietátis ópera renovémur. Per Dóminum.

## 18. Saint Gabriel Archange.

Double majeur.

*Comme au Supplément,* 1144.

## 20. S. Cyrille Évêque de Jérusalem, Conf. et Docteur de l'Église. *Double.* (m. t. v.)

*Comme au Propre des Saints, 18 Mars, 778.*

## 21. SAINT BENOIT ABBÉ

**Double majeur.**

*(Double de II. Classe à la Cathédrale.)*

### AUX I. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres, 37*, excepté :*

℣. Amávit.




**Messe.** Os justi. 651, *excepté :*

**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui (hodiérna die) carnis edúctum ergástulo sanctíssimum Confessórem tuum Benedíctum sublevásti ad cælum : concéde quæsumus, hæc festa tuis fámulis celebrántibus, cunctórum véniam delictórum ; ut qui exsultántibus ánimis ejus claritáti congáudent, ipso apud te interveniénte, associéntur et méritis. Per Dóminum.

¶ *Après le 22 Mars, on omet dans l'Oraison les mots* hodiérna die.



**Lectio libri Ecclesiastici.** *Eccli. 50.*

ECCE conféssor magnus, qui in vita sua suffúlsit domum, et in diébus suis corroborávit templum. Templi étiam altitúdo ab ipso fundáta est, duplex ædificátio et excélsi paríetes templi. In diébus ipsíus emanavérunt pútei aquárum, et quasi mare adimpléti sunt supra modum. Qui curávit gentem suam, et liberávit eam a perditióne. Qui præváluit amplificáre civitátem, qui adéptus est glóriam in conversatióne gentis : et ingréssum domus et átrii amplificávit. Quasi stella matutína in médio nébulæ et quasi luna plena in diébus suis lucet. Et quasi sol refúlgens, sic ille effúlsit in templo Dei. Quasi arcus refúlgens inter nébulas glóriæ, et quasi flos rosárum in diébus vernis, et quasi lília quæ sunt in tránsitu aquæ, et quasi thus rédolens in diébus æstátis. Quasi ignis effúlgens, et thus ardens in igne. Quasi vas auri sólidum, ornátum omni lápide pretióso. Quasi olíva púllulans, et cypréssus in altitúdinem se extóllens, in accipiéndo ipsum stolam glóriæ, et vestíri eum in consummatiónem virtútis. In ascénsu altáris sancti, glóriam dedit sanctitátis amíctum. In accipiéndo autem partes de manu sacerdótum, et ipse stans juxta aram. Et circa illum coróna fratrum : quasi plantátio cedri in monte Líbano, sic circa illum stetérunt quasi rami palmæ, et omnes fílii Aaron in glória sua.

**Secrète.**

OBLATIS, Dómine, ad honórem beáti Confessóris tui Benedícti placáre munéribus : et ipsíus interventu, fámulis tuis tríbue indulgéntiam peccatórum. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

PERCEPTIS, Dómine Deus noster, salutáribus sacraméntis, humíliter deprecámur : ut, intercedénte beáto Benedícto Confessóre tuo, quæ pro illíus veneránda gérimus solemnitáte, nobis proficiant ad salútem. Per Dóminum.

### AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.





nul-li á-nimum voluptá- ti dedit. E u o u a e.

2. Ant.
3. a



B E-átus vir Benedíctus plus appé-ti- it mala mun-



di pér-pe-ti quam laudes : pro De-o labó-ribus fa-ti-gá-ri,



quam vitæ hujus favó-ribus extólli. E u o u a e.

8. Ant.
8. c



G Lo-ri- ó- sus Confféssor Dómini, vi-tam angé-li-cam



gerens in terris, spécu-lum bonórum ópe-rum factus est



mundo : et íde-o cum Christo jam si-ne fi-ne gaudet in



4. Ant.
4. E

cæ-lis. E u o u a e. E -rat vir Dómini Be-nedí-



ctus vultu plá-cido, móribus decorátus angé-li-cis, tantáque



circa e-um clá-ri-tas excréverat, ut in terris pó-si-tus,



in cælésti-bus habi- táret. E u o u a e.



5. Ant.
1. f



V IR De- i Benedíctus ómni- um justórum spí-ritu



plenus fu- it : ipse intercé- dat pro no- bis ad Dómi-num



De- um nostrum. E u o u a e.

**Capitule.** *Eccli. 50. a.*

ECCE confféssor magnus, qui quasi stella matutína in médio nébulæ, et quasi luna plena in diébus suis lucet. Et quasi sol refúlgens, sic iste effúlsit in templo Dei.

Hymn. 4.



L Audibus ci-ves résonent canó-ris, Templa so-lém-



nes moduléntur hymnos : Hac di- e summi Benedíctus ar-



cem Scandit Olýmpi.

¶ *Si la fête de saint Benoît est tranférée au delà du 22 Mars, on dit alors, à la place des deux derniers vers :*



Aure- a summi Benedíctus arce Gaudet Olýmpi.



2. Ille floréntes peragébat annos, Cum pu- er dulcis pátri-



æ pená- tes Liquit, et so- lus látu- it si-lénti Cóndi-tus



antro. 3. Inter urtí-cas ri-gidósque sentes Vi-cit altrícem



scé-lerum juvéntam : Inde conscrípsit documénta vi-tæ



Pulchra be-átæ. 4. Ære-am turpis Clá-ri-i figúram, Et



nemus stravit Véne-ri di-cá-tum, Atque Baptístæ pósu-it



sacrá-to Monte sacéllum. 5. Jamque fe-lí-ci ré-sidens O-



lýmpo, Inter ardéntes Séraphim catérvas Spectat, et dul-



ci ré-fi-cit cli-éntum Corda liquóre. 6. Glóri-a Patri,



geni-tæque Pro-li, Et tibi compar utri-úsque semper



Spí-ritus alme, De-us unus, omni Témpore sæcli. Amen.

℣. Justum.

A Magnificat Ant. 2. D



H O- di-e sanctus Benedíctus per vi-am O-



ri-éntis recto trámi-te vidéntibus discípu-lis cælum a-





scéndit : hódi-e eréctis mánibus inter verba ora-ti-



ó-nis exspi-rá- vit : hódi-e in gló-ri-a ab Ange-lis



susceptus est. E u o u a e.

¶ *Si la fête de S. Benoît est transférée au delà du 22 Mars, on remplace aux secondes Vêpres l'Antienne précédente, à Magnificat, par la suivante, qui sert également de suffrage à Vêpres pendant l'année, là où saint Benoît est Patron ou Titulaire de l'église.*

Ant. 1.



O cæléstis norma vitæ, doctor et dux Be-ne-



dícte, cujus cum Christo spí-ri-tus exsúl-tat in cæ-lé-



stibus : serva pópu-lum Dómini, sancta pre-ce cor-



róbora, vi-a cæ-los clarescénte fac te duce pe-netráre.



E u o u a e.

## 27. S. Guillaume Tempier Évêque de Poitiers et Confesseur. *Double.*

**Messe.** Státuit. 631, *excepté :*

**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui in méritis sancti Guliélmi Confessóris tui atque Pontíficis semper es et ubíque mirábilis : quæsumus cleméntiam tuam ; ut sicut eminéntem glóriam ei contulísti, sic ad consequéndam misericórdiam tuam ejus nos fácias précibus adjuvári. Per Dóminum.

*Évangile.* Vigiláte. 637.

## 29. Saint Jean Damascène Confesseur et Doct. de l'Église. *Double.* (m. t. v.)

*Comme au Propre des Saints, 27 Mars,* 788.

## FÊTES D'AVRIL

## 4. S. Pierre II. Évêque de Poitiers et Conf.

**Double.**

**Messe.** Sacerdótes tui. 634, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui ad decorándam Ecclésiam tuam beátum Petrum Pontíficem constituísti : da nobis divínam adipísci lætítiam ; ut cujus gloriósa mérita celebrámus, ætérnæ vitæ præmia per ejus assequámur obténtum. Per Dóminum.

## 6. Saint Isidore de Séville Évêque, Conf. et Doct. de l'Église. *Double.* (m. t. v.)

*Comme au Propre des Saints, 4 Avril,* 803.



## 15. Saint Bernard de Tiron Abbé. *Semid.*

**Collecte.**

BEATISSIMI Bernárdi Abbátis, quæsumus Dómine Deus noster, fidéli devotióne solémnia celebrántes : ut cujus mérita venerámur in terris, ejus intervéntu tuáque propitiatióne medélam ómnium nostrórum facínorum obtinére mereámur. Per Dóminum nostrum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Os justi. 653.

## 16. S. Paterne Évêque d'Avranches et Conf.

Semidouble.

**Collecte.**

EXAUDI Dómine pópulum tuum, sancti Patérni Pontíficis et Confessóris solémnia celebrántem, et tibi patrocínio supplicántem : ut et temporális vitæ nos tríbuas pace gaudére, et ætérnæ reperíre subsídium. Per Dóminum.

*Mémoire de* **S. Scubilion Confesseur.**

Collecte.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, sancto Scubilióne Confessóre tuo intercedénte, cujus hódie natalítia celebrámus, fragilitáti nostræ divínum præténde subsídium : ut misericórdiam sempitérnam, per quam ille felíci ánimo exsultávit, nos saltem sincéra professióne mereámur. Per Dóminum.

**Secrète.**

PRECES Dómine tuórum réspice oblationésque fidélium : ut et tibi gratæ sint pro festivitáte sancti Patérni Confessóris tui atque Pontíficis, et nobis obtíneant tuæ propitiatiónis auxílium. Per Dóminum.

De S. Scubilion. Secrète.

OFFERIMUS hóstias nómini tuo, Dómine, quantum de nostro mérito formidántes, tantum de sancti Scubiliónis Confessóris tui suffrágiis confidéntes : præsta quæsumus ; ut nobis véniam cónferant, et salútem. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

SANCTI Patérni Confessóris tui atque Pontíficis, Dómine, intercessióne placátus : præsta quæsumus ; ut, quæ temporáli celebrámus actióne, perpétua salvatióne capiámus. Per Dóminum.

De S. Scubilion. Postcommunion.

CRESCAT in nobis Dómine pietátis tuæ effectus salutáris : ut cælésti pábulo refécti, ad ætérnæ salútis portum, te misericórditer protegénte, e beáto Scubilióne Confessóre tuo intercedénte, felíciter pervenire valeámus. Per Dóminum.

## 28. B. Louis-Marie Grignon de Montfort, Conf.

Double majeur.

### AUX I. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres,* 49*, *excepté :*

A Magnificat Ant. 4. E




### A LA MESSE

¶ *Hors le Temps Pascal, on supprime* Allelúia *à l'Introït, à l'Offertoire et à la Communion.*









**Collecte.**

DEUS, qui beátum Ludovícum Maríam ad animárum salútem eximium verbi tui præcónem effecísti, ac nova per eum família Ecclésiam tuam fœcundásti : ejus nobis intercessióne concéde ; ut legis tuæ mandáta et júgiter scrutémur in corde, et fidéliter opéribus exsequámur. Per Dóminum.

*Mémoire de* **S. Vital Martyr,** *au Propre des Saints,* 811.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *Cor.* 2.

CUM venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitáte sermónis aut sapiéntiæ, annúntians vobis testimónium Christi. Non enim judicávi me scire áliquid inter vos, nisi Jesum Christum, et hunc crucifíxum. Et ego in infirmitáte, et timóre, et tremóre multo fui apud vos : et sermo meus et prædicátio mea non in persuasibílibus humánæ sapiéntiæ verbis, sed in ostensióne spíritus et virtútis : ut fides vestra non sit in sapiéntia hóminum, sed in virtúte Dei. Sapiéntiam autem lóquimur inter perféctos : sapiéntiam vero non hujus sæculi, neque príncipum hujus sæculi qui destruúntur : sed lóquimur Dei sapiéntiam in mystério, quæ abscóndita est, quam prædestinávit Deus ante sæcula in glóriam nostram.



℣. Quam pul-chri su- per mon- tes pe-
des annunti- án- tis et prædi-cántis pa- cem,
annunti- ántis bo- num, prædi- cántis salú-tem.

¶ *Hors le Temps Pascal :*

Grad. 1.

S Api- énti- a hu- jus mun- di stul- tí-ti- a
est a- pud De- um, scriptum est e- nim :
Dó- mi-nus no- vit cogi-ta-ti- ó- nes
sa- pi- én- ti- um, quóni- am va- næ
sunt. ℣. Per- dam sapi- én- ti- am
sa-pi- én- ti- um, et pru-dén-
ti- am prudén-ti- um repro-bá- bo.



Allelúia. ℣. Dóminus dedit. *ci-dessus.*

¶ *Après la Septuagésime, au lieu de l'*Allelúia *et du* ℣., *on dit :*

Trait. 8.

E Cce te- stem pó- pu-lis dedi e- um,
du-cem ac præceptórem gén- ti- bus.
℣. Ecce gen- tem quam ne-sci- é-bas, vocá- bis : et
gen- tes quæ te non cogno- vé- runt,
ad te current propter Dóminum De- um
tu- um, et san-ctum Isra- el, qui- a glo-
ri- ficá-vit te. ℣. Tunc invocá-
bis, et Dó- minus exáudi- et :
clamá- bis, et di- cet : Ecce




℣ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 9.*

In illo témpore : Circuíbat Jesus omnes civitátes, et castélla, docens in synagógis eórum, et prædicans evangélium regni et curans omnem languórem et omnem infirmitátem. Videns autem turbas, misértus est eis : quia erant vexáti, et jacéntes sicut oves non habéntes pastórem. Tunc dicit discípulis suis : Messis quidem multa, operárii autem pauci. Rogáte ergo Dóminum messis, ut mittat operários in messem suam.









**Secrète.**

Caritatis víctima, quam immolántes offérimus, sit nobis Dómine, te miseránte, propitiábilis : et beáti Ludovíci Maríæ précibus et méritis, ad obtinéndum fídei, spei et caritátis augméntum, éfficax et salutáris. Per Dóminum.




**Postcommunion.**

Mensæ tuæ Dómine salutáre mystérium, beáto Ludovíco María Confessóre tuo intercedénte, corda nostra purificet : ut nihil in nobis quod púnias, sed quod coronáre possis, invénias. Per Dóminum.

## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche*, 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.





divi-ni-tus in pæni-ténti- am gentis, et tu- lit abomina-



ti- ónem iniqui-tá-tis, allelú-ia. E u o u a e.

4. Ant.
4. A



N ON judicávi me scire á-liquid inter vos, ni-si Je-



sum Christum, et hunc cru-ci- fíxum, allelú-ia. E u o u a e.

5. Ant.
5. a



S Tate in fi- de, vi-rí-li-ter ági-te : et cá-ri-tas



me- a sit cum ómnibus vobis in Christo Jesu, alle-lú-ia.



E u o u a e.

**Capitule.**

*Eccli. 31.*

BEATUS vir qui invéntus est sine mácula : et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. Quis est hic, et laudábimus eum? Fecit enim mirabília in vita sua.

Hymn. 2.



A Lmæ cli- éntem Vírginis, Novæ satór-rem víne- æ,



Exémplar et patrem gre-gis, Nos Ludoví-cum pángimus.



2. Fœcúnda cu-ris il-lí- us, De-sérta vernant flóribus : Vallis





be- áta cándi-das Rosas per orbem prófe-ret. 3. Crucis tro-



phæ-um prómi-cat, Verbum salú-tis spárgi-tur ; Fidémque



complens cá- ri-tas In corde fervet ómni- um. 4. O qui



polórum gáudi- is, Patróne, fulges, óptime, Tutórque no-



stri pérvi-gil, Benígnus audi súpplices. 5. Opus tu-um nunc



pér-fice, De- íque servos róbora, Ut corde magno ré-gi-



um Crucis sequántur trámi-tem. 6. Matris De- i clemén-



ti- am Nostri misértus ímpetra : Oves ut ipsa pró-te-



gat, Candóre mundas grá-ti- æ. 7. Præsta, be- áta Trí-ni-



tas, Quæ rore ju-gi grá-ti- æ Vi-tem rigas, ut prí-stina



Fides resúrgens flóre- at. Amen.

¶ *Cette Hymne garde toujours sa doxologie propre.*

℣. Dóminus dabit voci suæ vocem virtútis, allelúia.
℟. Date glóriam Deo super Israel, allelúia.

A Magnificat Ant. 3. à




## 29. Mémoire de S. Hugues, Abbé de Cluny.

**Collecte.**

DEUS, qui perfécte ambuléntium coram te protéctor es et merces magna nimis : da nobis, beáti Hugónis Abbátis intercessióne et exémplo, temporália despícere, et ad te tota mentis intentióne festináre. Per Dóminum.

**Secrète.**

ANNUE, quæsumus omnípotens Deus : ut hæc sacrifícia pópuli tui, quæ tibi offérimus, interveniénte suffrágio beáti Hugónis Abbátis, donis cæléstibus propitiátus immísceas. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

SANCTA tua Dómine in beáti Hugónis Abbátis festivitáte nos refóveant : quibus et júgiter et digne desiderámus expléri. Per Dóminum.

## 30. S. Eutrope Évêque de Saintes et Mart.

**Double.**

A VÊPRES

Hymn. 2.











**Messe.** Protexísti. 603, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Eutrópium pontificáli glória et martýrii victória sublimásti : concéde propítius ; ut illíus semper pretiósis fulciámur méritis, cujus præcláris gloriámur triúmphis. Per Dóminum.

*Épître et Évangile de la Messe* Sancti tui. 606.

**Secrète.**

PRÆSTA, quæsumus Dómine : ut beáti Eutrópii Mártyris tui atque Pontíficis nos tueáris suffrágiis, pro cujus honoránda confessióne hóstias tibi laudis offérimus. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

SUMPSIMUS Dómine in sancti Mártyris tui atque Pontíficis Eutrópii solemnitáte cæléstia sacraménta : cujus suffrágiis quæsumus largiáris, ut quod temporáliter gérimus, ætérnis gáudiis consequámur. Per Dóminum.

## FÊTES DE MAI

## 11. Saint Paul de la Croix Confesseur.

*Double.* (m. t. v.)

*Comme au Propre des Saints, 28 Avril,* 810.



## 13. S. Catherine de Sienne Vierge. *Double.*

*Comme au Propre des Saints, 30 Avril,* 814.

*Mémoire des* **Saintes Agnès et Disciole Vierges.**

**Collecte.**

DA, quæsumus omnípotens Deus : ut qui beatárum Vírginum tuárum Agnétis et Discíolæ solémnia cólimus, eárum apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

**Secrète.**

DICATÆ tibi, quæsumus Dómine, per intercessiónem beatárum Vírginum Agnétis et Discíolæ capiámus oblatiónis efféctum : ut eárum exémplo terrénæ vetustátis conversatióne mundáti, cæléstis vitæ proféctibus innovémur. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

DA nobis Dómine Angelórum pane satiátis, hanc cæléstis glóriæ prægustáre suavitátem, qua replétæ sanctæ Vírgines Agnes et Discíola temporália cuncta fastidiérunt. Per Dñum.

## 15. S. Isidore le Laboureur Confesseur.

*Double.* (m. t. v.)

### AUX I. VÊPRES

**Capitule.** *Jacob. 5.*

ECCE agrícola exspéctat pretiósum fructum terræ, patiénter ferens donec accípiat temporáneum et serótinum. Patiénter ígitur estóte et vos, et confirmáte corda vestra : quóniam advéntus Dómini appropinquávit.




**Messe.** *Comme au Supplément,* 1156.

**Aux II. Vêpres,** *A partir du Capitule du suivant.*

# 16. S. Jean Népomucène Martyr. *Double.*

AUX I. VÊPRES

**Capitule.** *Eccli. 21. 28.*

LABIA imprudéntium stulta narrábunt, verba autem prudéntium statéra ponderabúntur. In ore fatuórum cor illórum, et in corde sapiéntium os illórum.

Hymn. 8.

I Nvíctus heros Númi-nis, Mergéndus unda flúmi-nis, Stat fortis in si-lénti- o, Dum fit si-gílli ménti- o. 2. Hinc rex mi-nátur fúne-ra, Hinc tortor infert vúlne-ra, Manus ligántur fúni-bus, Artus cremántur ígnibus. 3. Sed hæc Jo-ánnes déspi-cit, Nec regis i-ram réspi-cit; Secré-ta non vult pánde-re, Horret si-gíllum frángere. 4. Stat mutus agnus ínnocens, Nil de tegéndis prófe-rens; Stat, dumque rex nil é-li-cit, E ponte justum dé-ji-cit. 5. Præceps ab alto stérni-tur, Undis profúndis mérgi-tur; Mersum sed applaudén-



ti-bus Undæ salú-tant ígnibus. 6. Stellæ na-tant in flúmi-ne, Illi paréntant lúmine, Docétque cæli clári- tas Quæ sit Jo- ánnis cá- ri-tas. 7. Da sempi-térna Tríni-tas, Ut in bono sit fírmi-tas, Aut lacrimá-rum flúmi-na Mergant ca-déntum crímina. Amen.

℣. Sacraméntum regis abscóndere bonum est, allelúia.
℟. Opera autem Dei reveláre honorífícum, allelúia.

A Magnificat Ant. 1. f

D Edit mihi Dóminus linguam mercé-dem me-am: et in ipsa laudábo e- um, alle-lú-ia. E u o u a e.

**Mémoire de S. Isidore le Laboureur.**

Ant. 8.

E Cce homo agríco-la iste fu- it, quóni- am A-dam ex-émplum ejus ab ado-lescénti- a su-a, ad servi- én-dum De- o vivénti, allelú-ia, allelú- ia. E u o u a e.

## A LA MESSE

Intr. 1.




### Collecte.

DEUS, qui ob invíctum beáti Joánnis sacramentále siléntium nova Ecclésiam tuam martýrii coróna decorásti : da, ut ejus exémplo et intercessióne, ori nostro custódiam ponéntes, beátis qui lingua non sunt lapsi annumerémur. Per Dóminum.

### Lectio libri Sapientiæ. *Eccli. 21.*

STULTUS a fenéstra respíciet in domum : vir autem erudítus foris stabit. Stultítia hóminis auscultáre per óstium : et prudens gravábitur contumélia. Lábia imprudéntium stulta narrábunt : verba autem prudéntium statéra ponderabúntur. In ore fatuórum cor illórum : et in corde sapiéntium os illórum. Dum maledícit ímpius diábolum, maledícit ipse ánimam suam. Susúrro coinquinábit ánimam suam et in ómnibus odiétur : et qui cum eo mánserit, odiósus erit : tácitus et sensátus honorábitur.

1.









¶ *Hors le Temps Pascal :*

Grad. 2.






Allelúia. ℣. Beátus qui lingua sua. *comme ci-dessus.*

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** *Matth. 11.*

In illo témpore : Cum audísset Joánnes in vínculis ópera Christi, mittens duos de discípulis suis, ait illi : Tu es qui ventúrus es, an álium exspectámus ? Et respóndens Jesus, ait illis : Eúntes renuntiáte Joánni, quæ audístis et vidístis. Cæci vident, claudi ámbulant, leprósi mundántur, surdi áudiunt, mórtui resúrgunt, páuperes evangelizántur : et beátus est, qui non fúerit scandalizátus in me. Illis autem abeúntibus, cæpit Jesus dícere ad turbas de Joánne : Quid exístis in desértum vidére ? arúndinem vento agitátam ? Sed quid exístis vidére ? hóminem móllibus vestítum ? Ecce qui móllibus vestiúntur, in dómibus regum sunt. Sed quid exístis vidére ? Prophétam ? Etiam dico vobis, et plus quam prophétam. Hic est enim de quo scriptum est : Ecce ego mitto Angelum meum ante fáciem tuam, qui præparábit viam tuam ante te.









**Secrète.**

Hæc tua Dómine sacra mystéria illum in nobis, quæsumus, caritátis ignem accéndant, quo ínclytus Martyr et Sacérdos tuus Joánnes ea peragéndo flagrábat. Per Dóminum.




**Postcommunion.**

Fragilitatem nostram, Dómine, cæléstis hæc mensa fórtium pane confírmet : qui beáti Mártyris et Sacerdótis tui Joánnis tentátam contra honórem Sacraménti constántiam júgiter áluit ad victóriam. Per Dóminum.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes du Dimanche*, 63 ; *au lieu du dernier*, *Ps.* Crédidi. 85.



2. Ant. 8. G



R EX dixit : Ne abscóndas a me verbum quod te



intérro-go. Di- xit : Secré-tum me-um mihi, secré-tum



me- um mihi, alle-lú-ia. E u o u a e.

8. Ant. 8. à



A F-firmábat rex se dívi-tem et be- á-tum factúrum.



Non obédi- o præcépto re-gis, sed præcépto le-gis, quæ da-



ta est nobis, alle- lú-ia. E u o u a e.

4. Ant. 7. ç



T Unc rex accénsus i-ra, in hunc super omnes cru-



dé-li- us desævi- it, alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Ant. 8. G



B E- átus qui lingua su-a non est lapsus, et qui non



servívit indígnis se, allelú-ia. E u o u a e.

*A partir du Capitule on fait du suivant.*



*Mémoire de* S. Jean Nepomucène.

Ant. 8.



I N conspéctu poténti-um admi-rá-bi-lis ero, fá-



ci- es príncipum mirabúntur me : tacéntem me sustinébunt,



et loquéntem me respí-ci- ent, alle-lú-ia. E u o u a e.

℣. Pósui ori meo custódiam, allelúia.
℟. Cum consísteret peccátor advérsum me, allelúia.

¶ *Si l'on dit les II. Vêpres entières : Capitule* Lábia imprudéntium. *comme plus haut.*

Hymn. 8.



J AM faces lictor ferat, et minántem Jam ferox en-



sem, rabidúmque tortis Vínculis ferrum, sacra ni sa-cér-



dos Abdita pandat.

Séntiet vires animæque magnæ
Ródigum pectus : violéntus ira
Non quatit recti sólida tenácem
Mente satélles.

En ruit præceps tumulátus unda
Martyr, et fluctu plácido siléntem
Náufragus linguam melióris ævi
Servat in usum.

At superjéctæ fácili natántes
Amne discúrrunt, rutilántque circa
Mártyrem flammæ : bene gesta plaudens
Ornat Olýmpus.

Ornat et linguam, rósei instar ignis
Vívidam servans, et adhuc rubéntem ;
Indicat quænam fúerit tacéntis
Grátia linguæ.

Sit decus Patri, Genitóque ; Sanctum
Spíritum laudent, ab utróque puris
Qui calet flammis, sine fine psallens
Orbis utérque. Amen.

℣. Pósui ori meo. *et à Magn., Ant.* In conspéctu. *ci-dessus.*

## 21. Saint Ubald Évêque et Conf. *Semid.*

*Comme au Propre des Saints, 16 Mai,* 830.

## 24. Notre-Dame Auxiliatrice.

**Double majeur.**

*Comme au Supplément,* 1157.

## 28. Mémoire de S. Germain de Paris Évêque et Conf.

**Collecte.**

DEUS, Sanctórum tuórum splendor mirábilis, qui hunc diem beáti Germáni Confessóris tui atque Pontíficis depositióne consecrásti : da Ecclésiæ tuæ in ejus natalítio exsultánti, ut apud misericórdiam tuam exémplis ejus protegátur et méritis. Per Dóminum.

**Secrète.**

SACRIFICIUM nostrum tibi, Dómine quæsumus, beáti Germáni Confessóris tui atque Pontíficis precátio sancta concíliet : in cujus festivitáte solémniter exhibétur. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

SACRO múnere satiáti súpplices te, Dómine, deprecámur : ut quod débitæ servitútis celebrámus offício, intercedénte beáto Germáno Confessóre tuo atque Pontífice, salvatiónis tuæ sentiámus augméntum. Per Dóminum.

## 31. S. Simplicien de Poitiers Mart. *Double.*

**Messe.** Protexísti. 603, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui Ecclésiam tuam méritis et précibus beatíssimi Mártyris tui Simpliciáni mirífico splendóre claríficas : concéde propítius; ut qui memóriam illíus venerámur in terris, eum intercessórem apud te habére mereámur in cælis. Per Dñum.

*Évangile.* Nolíte arbitrári. 597.



**Secrète.**

OBLATA múnera, quæsumus Dómine, benedictióne tua sanctífica : quæ, te donánte, nos illo dilectiónis accéndat ardóre, per quem sanctus tuus Martyr Simpliciánus torménta sui córporis univérsa devícit. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

BEATI Mártyris tui Simpliciáni victóriam divíno convívio celebrántes te, Dómine, deprecámur : ut panem vitæ hic edéntibus des víncere, et vincéntibus de ligno vitæ édere concédas. Per Dóminum.

¶ *Hors le Temps Pascal, Messe* In virtúte. 595, *avec les Oraisons ci-dessus.*

# FÊTES DE JUIN

## 1. Saint Jouin Abbé d'Ansion. *Semid.*

**Collecte.**

BEATI servi tui Jovíni nos, Dómine, fóveat pretiósa confessio : et pia júgiter intercéssio tueátur. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Os justi. 653.

## 2. SS. Pothin et ses Compagnons Mart. *Double.*

A VÊPRES





Christus o- re præsu-lis Efláta promit líbera : Succéndi-tur verbis fu-ror, Senátus indígnans fremit. 4. Raptant, prehéndunt, vérberant, Pugnis premunt et cálcibus : Conclúsus atro cárce-re Exhá-lat astris spí-ri-tum. 5. Sit laus Patri, laus Fí-li- o, Sit par ti-bi laus, Spí-ri-tus : Quo dante, certátrix cohors Torquénti-bus fit fórti- or. Amen.

¶ *La doxologie de cette Hymne ne varie jamais.*

**Messe.** Sancti tui. 606, *excepté :*

**Collecte.**

SANCTORUM Mártyrum tuórum Pothíni Pontíficis, Blandínæ Vírginis, et Sociórum, solémnia recenséntes, súpplices te Dómine deprecámur : ut in caritáte radicáti et fundáti, passiónes hujus témporis, amóre illíus glóriæ quæ revelánda est in nobis, invícto ánimo sustinére valeámus. Per Dóminum.

*Évangile.* Descéndens Jesus de monte. 620.

¶ *Hors le Temps Pascal, on dit la Messe* Sapiéntiam. 618, *avec la Collecte ci-dessus.*



## 3. Sainte Clotilde Reine de France, Veuve.

**Double majeur.**

AUX I. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres,* 70*, *excepté :*

℣ Magnificat Ant. 3. á



C Lo-tíldis, mater pátri- æ, in cæ-lis coroná-ta, fe-císti vi-rí-li-ter : adsis, et salva pópulum tu-um.

*T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

A LA MESSE

Intr. 7.



V I- vit Dó-minus et bene-dí- ctus De- us me- us, magní- ficans sa-lú- tes re-gis e- jus, et fá- ci- ens mi-se- ri-córdi- am Chri- sto su- o, et sé- mi-ni e- jus usque in sæ- cu- lum. *T. P.* Alle- lú- ia, alle- lú- ia. *Ps.* Dí- ligam te Dómine fortitúdo me- a :




**Collecte.**

RESPICE, quæsumus Dómine, ad Francórum benígnus regnum: et quibus per devótam sanctæ Clotíldis instántiam donum fídei contulísti; eísdem per ejus intercessiónem tríbue sincérum christiánæ pietátis afféctum. Per Dóminum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.** *1. Cor. 7. c.*

FRATRES : Si qua múlier fidélis habet virum infidélem et hic conséntit habitáre cum illa, non dimíttat virum; sanctificátus est enim vir infidélis per mulíerem fidélem, et sanctificáta est múlier infidélis per virum fidélem : alióquin fílii vestri immúndi essent, nunc autem sancti sunt. Quod si infidélis discédit, discédat : non enim servitúti subjéctus est frater aut soror in hujúsmodi; in pace autem vocávit nos Deus. Unde enim scis, múlier, si virum salvum fácies? Aut unde scis, vir, si mulíerem salvam fácies? Nisi unicuíque sicut divísit Dóminus, unumquémque sicut vocávit Deus, ita ámbulet.









¶ *Hors le Temps Pascal :*






Allelúia. ỳ. Impleat. *comme ci-dessus.*

*Évangile.* Símile est... thesáuro abscóndito. 665.

*Offertoire.* Diffúsa est grátia. 666.

**Secrète.**

EXAUDI, Dómine, pópulum sub patrocínio regínæ suæ sanctæ tibi supplicántem, regnúmque, quod tibi subjécit, perpétua protectióne custódi. Per Dóminum.

Comm. 6.




**Postcommunion.**

FIDEI donum inenarrábile, per hæc divína mystéria auge in nobis, omnípotens Deus : qui genti nostræ próvidens, beátam Clotíldem non tam regínam quam matrem, quæ nos ad tuum admirábile lumen parturíret, summa benignitáte designásti. Per Dóminum.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* 1. Dixit Dñus. 63. — 2. Laudáte púeri. 64. — 3. Lætátus sum. 86. — 4. Nisi Dñus. 86. — 5. Lauda Jerúsalem. 90.

1. Ant. 8. G









2. Ant. 1. a




3. Ant. 8. G




4. Ant. 7. a




5. Ant. 4. E





cor tu-um. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

**Capitule.** *Prov. 31. b.*

MULIEREM fortem quis invéniet? Procul, et de últimis fínibus prétium ejus. Confídit in ea cor viri sui, et spóliis non indigébit.

Hymn. 2.



S Alve Francí- adum glóri- a gentis : Per te sol fí-



de- i, nu-be solú-ta, Illústrat pátri- am lúmine Chri-



sti, Per te prima di- es orta sa- lú-tis. 2. O regum só-



bo-les, quæ Clodovǽ- o, Ut Christum téne- at, trá-de-ris



uxor : Gentí-li só-ci- o juncta fidé- lis, Sponsi mente



procul nú-bi- la pelles. 3. Florem mane rapit turbo re-



céntem, Sic præceps rápu- it mors tibi natum : Vi-tæ lo-



tus aquis, in me-li- ó- ri Exsúltat pátri- a ; plaudis



o-vánti. 4. At, regí-na, tibi násci-tur alter ; Rex sacro





sóbolem fonte renásci Invítus pá-ti- tur : mox, pi- a



con-jux, Exclúdis pátri- o corde ti-mórem. 5. Nunc, an-



cíl-la De- i, perge Clo-tíldis, Ex te progéni- es en no-



va surgit : Rex, gens Franca, De- um, te genitrí- ce, Te



præbénte manum, quǽre-re discent. 6. Sanctæ sint Trí- a-



di laudis honó-res, Per quam Francígenis fémina pru-



dens Christi colla jugo flécte-re dul- ci, Cæ-lestémque



vi- am cúrre-re monstrat. Amen.

℣. Timébunt reges terræ glóriam tuam Dómine.
℟. Et pópulus qui creábitur laudábit Dóminum.

A Magnificat Ant. 7. a



C Onfirmávit omnes húmi-les pópu-li su- i, et



legem exqui-sívit : sancta glori- fi-cávit, et multipli-cávit



va- sa sanctórum. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

## 5. Mém. de S. Porchaire Abbé de S. Hilaire de Poitiers.

**Collecte.**

DEUS, qui hodiérna die beátum Porchárium Abbátem glóriæ tuæ cæléstis múnere ditásti : preces nostras, quas in ejus deférimus honóre, cleménter exáudi. Per Dóminum.

**Secrète.**

QUÆSUMUS, virtútum cæléstium Deus, ut sacrifícia pro festivitáte beáti Porchárii obláta, rerum nos temporálium dóceant habére contémptum, et bona fáciant ambíre sempitérna. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

BEATI Porchárii Abbátis précibus confidéntes : quæsumus cleméntiam tuam ; ut per ea quæ súmpsimus, ætérna remédia capiámus. Per Dóminum.

## 7. S. Angèle de Mérici Vierge. *Double.*

*Comme au Propre des Saints, 31 Mai,* 837.

## 8. S. Médard Évêque et Conf. *Semid.*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Medárdum Pontíficem pópulo tuo verbo et exémplo præésse voluísti : pastóres Ecclésiæ tuæ cum grégibus sibi commíssis dírige in viam salútis ætérnæ ; ut omnes, te donánte, tibi plácita cúpiant, et tota virtúte perfíciant. Per Dóminum.

**Secrète.**

SUSCIPE, Dómine, múnera quæ in ejus tibi solemnitáte deférimus : cujus nos confídimus patrocínio liberári. Per Dñum.

**Postcommunion.**

CORPORIS sacri et pretiósi sánguinis repléti libámine, quæsumus Dómine Deus noster : ut, quod pia devotióne gérimus, certa redemptióne capiámus. Per Dóminum.



## 14. Mémoire de S. Rufin Martyr.

**Collecte.**

DEUS, mundi creátor et rector, qui hunc diem beáti Rufíni martýrio consecrásti : concéde propítius ; ut cujus martýrii mérita venerámur, ejus intercessióne ab ætérnæ gehénnæ incéndiis liberémur. Per Dóminum.

**Secrète.**

PRÆSENTIA múnera, quæsumus Dómine, ita seréna pietáte intuére : ut Sancti Spíritus perfundántur benedictióne, et in nostris córdibus ea diléctio válida infundátur, per quam sanctus Martyr tuus Rufínus ómnia torménta córporis devícit. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem.

**Postcommunion.**

CÆLESTIBUS refécti sacraméntis et gáudiis súpplices te rogámus, Dómine : ut, cujus gloriámur triúmphis, protegámur auxíliis. Per Dóminum.

## 15. S. Germaine Cousin Vierge. *Double.*

**Messe.** Vultum tuum. 671, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, humílium celsitúdo, qui beátam Germánam Vírginem tuam caritátis et patiéntiæ decóre excéllere disposuísti : ejus méritis et intercessióne concéde ; ut crucem júgiter feréntes, te semper dilígere valeámus. Per Dóminum.

*Mémoire des* **SS. Guy, Modeste,** *au Propre des Saints,* 858.

**Secrète.**

SUPPLICES te rogámus, omnípotens Deus, ut beátæ Germánæ Vírginis tuæ suffúlti præsidio, puris méntibus et mundo corde hæc sacra mystéria operémur. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

DIVINI múneris participatióne refécti, quæsumus Dómine Deus noster : ut, intercedénte beáta Germána Vírgine tua, mortificatiónem Jesu in córpore nostro circumferéntes, tibi uni adhærére valeámus. Per Dóminum nostrum.

## 18. Mémoire de S. Avit Confesseur.

**Collecte.**

SANCTI Confessóris tui Avíti tríbue nos, Dómine, supplicatiónibus fovéri : ut cujus commemoratiónem ánnuo celebrámus offício, ejus intercessióne ac méritis sublevémur. Per Dóminum.

**Secrète.**

SUSCIPE Dómine múnera quæ in ejus tibi commemoratióne deférimus, cujus nos confídimus patrocínio liberári. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

SUMPTIS Dómine salutáribus sacraméntis : quæsumus ; ut intercedénte beáto Avíto Confessóre tuo, ad redemptiónis ætérnæ proficiámus augméntum. Per Dóminum.

## 20. Mémoire de S. Cilien Confesseur.

**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, misericórdiam tuam osténde supplícibus tuis : ut qui de meritórum qualitáte diffídimus, intercedénte beáto Ciliáno Confessóre tuo, non judícium tuum, sed indulgéntiam sentiámus. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Justus. 65o.

## 21. Mémoire de S. Gré Confesseur.

**Collecte.**

PLEBS tua Dómine semper in honóre beáti Gundícari Confessóris tui lætétur : ut ejus percípiat intercessióne votíva subsídia, cujus patrocíniis gloriátur. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Justus. 65o.

## 25. Mémoire de S. Bodard Confesseur.

**Collecte.**

EXAUDI nos Dómine Deus noster, et miserére nobis : et quia voces nostræ non meréntur audíri ; sancti Bodárdi Confessóris tui intercéssio, quæsumus, sit accépta pro nobis.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Justus. 65o.



*Mémoire de* **Sainte Pazanne Vierge.**

**Collecte.**

DEUS, qui nos beátæ Péxinæ Vírginis tuæ ánnua solemnitáte lætíficas : concéde propítius ; ut ejus adjuvémur méritis, cujus castitátis lætámur exémplis. Per Dóminum.

**Secrète.**

ASCENDANT ad te, Dómine, quas in beátæ Péxinæ solemnitáte preces offérimus, et hóstia hæc salutáris virgíneo fragrans odóre. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

PARTICIPATIONE múneris sacri, Dómine, salútis pignus accépimus : præsta nobis, quæsumus ; ut beáta Péxina Vírgine tua pro nobis interveniénte, ad núptias Agni vocári mereámur. Per eúmdem Dóminum.

## 26. Invention et Translation de S. Hilaire

### Évêque de Poitiers, Conf. et Docteur de l'Église.

**Double majeur.**

*Comme au 14 Janvier,* 11e, *excepté ce qui suit.*

AUX I. VÊPRES




Insígnes títulos, elóquii decus,
Dotes egrégias plebs sacra cóncinat :
Laus supréma fides, qua génitum Deo
Altis vócibus ásserit.

Si non tincta fuit sánguine prófluo
Clara fronte micans ínfula nóbilis,
Curis mille litat : martýrii decus
Supplet contínuus labor.




Quo vultu réducem grex pius éxcipit !
Quas post longa metit prælia láureas !
Te, Martíne, docet quam pede strénuo
Virtútum rápias viam.

Patri máxima laus, máxima Fílio,
Fœcúndo génerat quem Pater in sinu,
Æquum princípio, númine cómparem :
Sacro máxima Flámini.
Amen.

## A LA MESSE

*Comme au jour de la Fête, 14 Janvier, 14*, excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui nos beáti Hilárii Doctóris tui atque Pontíficis translatióne lætíficas : concéde propítius ; ut qui Ecclésiæ tuæ próvidus éxstitit pastor et rector, apud misericórdiam tuam pro nostris necessitátibus supplex intervéntor accédat. Per Dóminum.

*Évangile.* Accessérunt ad Jesum quidam Sadducæórum. 1205. Credo.

**Secrète.**

HÆC oblátio, quæsumus Dómine, intercedénte beáto Hilário Doctóre tuo atque Pontífice, nos ab ómnibus peccátis emúndet : et tota virtúte tuis fáciat inservíre mandátis. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

SALUTIS nostræ, Dómine, libántes mystéria : præsta, quæsumus ; ut beáti Hilárii Doctóris tui atque Pontíficis, nos semper orátio deféndat, et tua ubíque protéctio custódiat. Per Dóminum nostrum.

## AUX II. VÊPRES

Hymn. 8.



NON fraus magnánimum, non favor aut minæ, Ath-







dóce- at, quǽsumus, ímpetra, Cujus dógma-ta prǽdi-cas.



6. Patri máxima laus, máxima Fí- li- o, Fœcúndo géne-rat



quem Pa-ter in sinu Æquum princípi- o, númine cómpa-



rem : Sacro má-xima Flámi-ni. Amen.

A Magnificat Ant. 4. E



O sancte pa-ter Hi-lá-ri, qui tanta virtú- te



Ecclé-si-æ uni- tátem Spí-ri-tus Sancti gládi- o tu- ebá-



ris, ne dere-línquas nos, sed intercéde pro no-bis ad Dó-



minum. E u o u a e.

## 27. Saint Maixent Abbé. *Double.*

¶ *A l'Hymne* Iste Conféssor *on dit* méruit suprémos, *sauf le cas où l'on célébrerait les I. Vêpres au moins à partir du Capitule.*

**Messe.** Os justi. 651, *excepté :*

**Collecte.**

Adsit nobis, quǽsumus omnípotens Deus, tuæ propitiatiónis subsídium : ut qui ineffabíliter hóminem próvocans, sancti Abbátis tui Maxéntii ánimam felíciter præparásti ad glóriam; ipso pro nobis apud te júgiter exoránte, ejus et ómnium Sanctórum consórtio pérfrui mereámur. Per Dóminum.



*Mémoire de* **Saint Florent Abbé de l'île d'Yeu.**

**Collecte.**

Beatus Floréntius Abbas sua nos, Dómine, solemnitáte lætíficet : et pro nobis tibi súpplicans copiósius audiátur. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion du Commun,* 653.

**Secrète.**

Devotas, Dómine, humilitátis nostræ preces et hóstias grátiæ tuæ præcédat auxílium : et interveniénte beáto Maxéntio Abbáte, oblátio quam devótis méntibus immolámus, remédium nobis ánimæ cónferat, et salútem. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

Ut nobis, Dómine, tua sacrifícia dent salútem : beátus Maxéntius Abbas, quǽsumus, precátor accédat. Per Dñum.

## 29. Mémoire de tous les Saints Apôtres.

**Aux I. et II. Vêpres,** *comme au Supplément,* 1171.

A LA MESSE

**Collecte.**

Exaudi nos, Deus salutáris noster : et ómnium sanctórum Apostolórum tuórum tuére præsídiis, quorum donásti fidéles esse doctrínis : Qui vivis et regnas.

**Secrète.**

Gloriam, Dómine, sanctórum Apostolórum perpétuam celebrántes : quǽsumus ; ut eámdem sacris mystériis expiáti dígnius celebrémus. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

Quæsumus, omnípotens Deus : ut fidéles tui venerándas assídue celebrántes sanctórum Apostolórum tuórum passiónes, et cópiam invéniant perpétuæ devotiónis, et salútis ætérnæ suffrágia majóra conquírant. Per Dóminum.

## FÊTES DE JUILLET

## 1. Mémoire de S. Lupien de Rezé Confesseur.

**Collecte.**

Omnipotens sempitérne Deus, qui mirabíliter fulges in eléctis tuis, quos te inhabitatóre glorificáre voluísti : da nobis, quǽsumus, beáti Lupiáni Confessóris tui ita digne commemoratiónem ágere ; ut ejus suffragántibus méritis templum tuum fíeri mereámur. Per Dóminum.

**Secrète.**

MUNERIBUS tuis, quæsumus Dómine, sancti Lupiáni Confessóris tui intercessióne, grátiam tuæ placatiónis intérsere: ut et colláta nobis remédia tueáris, et conferénda propítius largiáris. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

REFECTI, Dómine, sacræ participatiónis dápibus, súpplices te depóscimus : ut sancti Lupiáni Confessóris tui précibus semper sublevémur, et divínæ consolatiónis munéribus digni efficiámur. Per Dóminum.

## 3. SS. Jean et Paul Martyrs. *Double.*

*Comme au Propre des Saints, 26 juin, 870.*

## 6. Mémoire de S. Goar d'Ardin Confesseur.

**Collecte.**

SANCTI Góaris Confessóris tui, quæsumus Dómine, nos tuére præsídiis : et ejus semper intercessiónibus adjuvémur.

*Ensuite de* **Sainte Macrine de Magné Vierge.**

**Collecte.**

QUÆSUMUS omnípotens Deus : ut nostra devótio, quæ natalítia beátæ Macrínæ Vírginis tuæ libénter súscipit, patrocínia ejus nobis semper accúmulet. Per Dóminum.

**Secrète.**

PROPITIARE, quæsumus Dómine, supplicatiónibus nostris : et interveniénte pro nobis sancto Góare Confessóre tuo, his sacraméntis cæléstibus serviéntes ab omni culpa líberos esse concéde ; ut, purificánte nos grátia tua, iísdem quibus famulámur mystériis commendémur.

**De S. Macrine. Secrète.**

ACCIPE, Dómine, múnera quæ in beátæ Macrínæ Vírginis celebritáte deférimus : cujus nos patrocínio muníri confídimus. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

MISERICORDIAM tuam Dómine nobis, quæsumus, interveniénte beáto Góare Confessóre tuo, cleménter impénde : et nobis peccatóribus ipsíus propitiáre suffrágiis.

**De S. Macrine. Postcommunion.**

QUÆSUMUS, omnípotens Deus : ut, qui cæléstia aliménta percépimus, per hæc, beáta Macrína Vírgine tua exoránte, ab ómnibus liberémur advérsis. Per Dóminum.



## 7. Commémoraison de tous les Saints Papes.

**Double.**

*Comme au Supplément, 1177.*

LE DEUXIÈME DIMANCHE DE JUILLET

## Le Cœur Très Pur de la B. Vierge Marie.

**Double majeur.**

*Comme au Supplément, 1172.*

*Si ce dimanche est empêché par une fête supérieure, en vertu d'un Indult, on transfère la fête du Cœur Très Pur de Marie au dimanche suivant libre de tout semblable empêchement ; autrement, au premier jour libre suivant.*

## 9. S. Irénée Évêque de Lyon et Mart. *Double.*

*Comme au Supplément, 1181, excepté :*

AUX I. ET II. VÊPRES




Póthino primum datus administer,
Súblevas longo sénio gravátum ;
Martyr occúmbit : daris et supérni
Múneris hæres.

Præsulem factum novus ardor urit :
Hæreses pellis, simulácra sternis ;
Dum rogas pacem, metuénda ponit
Fúlmina Victor.




que nepótes.

Inde quam puris satiámur undis !
Límpidos nescit violáre fontes
Error : ætérnæ Sedis asserúntur
Jura per orbem.

In Dei sanctos furit ut tyránnus,
Primus ad pugnam curris, Irenæe ;

Voce quæ pastor documénta tradis,
Sánguine firmas.

Sit tibi, spreta nece, quæ triúmpho
Præsulem sanctum décoras perénni,
Trínitas unus Deus, una cunctis
Glória sæclis. Amen.

**Messe.** *Comme au Supplément, 4 Juillet,* 1181.

---

## 11. Saint Martial Apôtre de l'Aquitaine,

### Évêque et Confesseur. *Double.*

A VÊPRES

*Tout du Commun d'un Conf. Pontife, 624, excepté ce qui suit.*

Hymn. 1.




































℣. Ora pro nobis beáte Martiális.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

A Magnificat Ant. 1. f





rum inefſábi-lem, Marti- á-lem epíscopum ! tu- a nos súble-

vet pí- e-tas, quos nimi- a mergit právi-tas. E u o u a e.

**Messe.** Sacerdótes tui. 634, *excepté :*

**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui beátum Martiálem Confessórem tuum atque Pontíficem Ecclésiæ tuæ sanctæ præésse voluísti : quæsumus ; ut ejus suffragántibus méritis pietátis tuæ grátiam largiáris. Per Dóminum.

*Mémoire de* **S. Pie I. Pape et Mart.** *au Propre des Saints,* 901. *et des* **SS. Savin et Cyprien, Martyrs.**

**Collecte.**

DEUS inæstimábilis glóriæ, qui hunc diem præcláro beatórum fratrum Savíni et Cypriáni martýrio consecrásti : fac nos eórum intervéntu ita álacres tuo insístere servítio ; ut ætérni eorúmdem gáudii mereámur esse consórtes. Per Dóminum.

**Des SS. Martyrs. Secrète.**

CONCEDE nobis, omnípotens Deus : ut his munéribus, quæ in sanctórum tuórum Savíni et Cypriáni honóre deférimus, et te placémus exhíbitis, et nos vivificémur accéptis. Per Dñum.

**Des SS. Martyrs. Postcommunion.**

SANCTORUM Savíni et Cypriáni fratrum, Dómine, intercessióne placátus : præsta, quæsumus ; ut quod temporáli celebrámus actióne, perpétua salvatióne capiámus. Per Dóminum.

**Aux II. Vêpres, pour la mémoire.**

Ant. 7.



O pastor egrégi- e ! o spécu-lum Præsulum ! o

Marti- á-lis, doctor et dux Aqui-táni- æ ! súscipe pre-ces

nostras, et intercéde pro no-stra omni- úmque salú-te.

E u o u a e.



## 16. SS. DOMNIN ET SES COMPAGNONS

### Martyrs d'Avrillé.

**Double de II. Classe.**

AUX I. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres, excepté :*

*Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

Hymn. 1.



S Anctórum cho-rus, Christe, tu- o múnere Fló-ri- fer



campus pace, bello férti-lis : Lí-li- a pa-ce rosæque mi-



lí-ti- a Ma-tú- ra messe condúntur ma-nípu-lis. 2. Lé-gi-



o sacra be- a-tó-rum ágminum, Márty-res Chri-sti ful-



gent in cæ-léstibus, Sto-lis amícti candidá-tis sánguine,



Agni sequá-ces, rú-ti-lus ex-ércitus. 3. Hi nempe vi-ri



bellató-res fúlgi-di, Impro- bus prædo quibus non præ-



vá-lu-it, Se-cú- ti Christum cándido vestí-gi- o, Ipso sunt




℣. Lætámini in Dómino et exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.






**Messe.** Sapiéntiam. 618, *excepté :*

**Collecte.**

DA nobis, quæsumus Dómine Deus noster, sanctórum Mártyrum tuórum Domníni ac Sociórum ejus palmas incessábili devotióne venerári : ut quos digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dñum.

*On ne fait mémoire des* **SS. Généroux et Launégisile Abbés** *qu'aux Messes basses.*

**Secrète.**

SUSCIPE, Dómine, acceptíssimum Unigéniti tui sacrifícium : ac beáto Domníno et sóciis ejus intercedéntibus præsta ; ut quod illos roborávit ad pugnam, nos effíciat in tuo servítio atque amóre fervéntes. Per eúmdem Dóminum.

**Postcommunion.**

FIDEM in nobis, Dómine, quam de miseréntis grátiæ tuæ múnere suscépimus, áugeant hæc sacra mystéria : nosque ad eam contra spirituália nequítiæ colluctántes profiténdam, beatórum Domníni et Sociórum ejus exémpla confírment. Per Dóminum nostrum.

## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Crédidi. 85.





vere : unus enim e-rat ánimus his, una fi-des, u-nus




ordo vi-véndi. E u o u a e. C Apita sanctó-



rum Mártyrum Christi ré-se-cant impi- e- tá-tis minístri :



et sic fuso e- órum cru-óre, pre-ti- ó-sa hósti- a pergit




ad Dóminum. E u o u a e. M Artyres Dómi-ni,



Dóminum benedí-ci-te in ætérnum. E u o u a e.




I -ste factus est sa-cer Apri-li- acénsi- um locus



per suffrági- a Sanctó- rum, salus præsénti-um, præsí-di-



um futurórum. E u o u a e.

**Capitule.** *Apoc. 7. d.*

HI sunt qui venérunt de tribulatióne magna, et lavérunt stolas suas, et dealbavérunt eas in sánguine Agni.




A Lma Pictávo seges orta campo, Quam secat di-





ri gládi- us tyránni : Ube-ri sed quam cúmulo re-cóndunt,



Hórre- a cæ-li. 2. Una si tantum súpe-ris refúndit Gáudi- um



laurus, sube- únte tanta Messe palmárum, co-it in tri- úm-



phos Cúri- a cæ-li. 3. O pu- er fortis, so-ci- íque cuncti, Al-



ba gens Agnum cómi-tans ubíque, Nostra fac Agni cru- or



innocéntis Crímina mundet. 4. Fac ut inférni láque- is re-



cí-sis Nos greges inter númeret su- órum, Quem De- um san-



ctum Séraphim perénni Voce sa-lútant. 5. Laus De- o, vir-



tus, honor et potéstas, Quem po-li summo só-li- o sedén-



tem, Mártyrum cœtus pó-si-tis adórat Ri-te corónis.



A-men.

℣. Exsultábunt sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

A Magnificat Ant. 1. J




¶ *Lorsque la Fête des SS. Domnin et ses Compagnons est célébrée un autre jour, au lieu de l'Antienne précédente, on dit aux II. Vêpres, à Magnificat, l'Antienne suivante.*

7. d






## 18. Mémoire de S. Fauve Confesseur.

**Collecte.**

CONCEDE, quæsumus omnípotens Deus, nos sancti Fálvei Confessóris tui exsultáre méritis, et ejus beneficiórum attólli suffrágiis. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Justus. 650.

---

## 19. Saint Nectaire et Saint Libère

### Évêques de Poitiers et Conf.

**Double majeur.**

AUX I. VÊPRES

*Antiennes et Capitule des II. Vêpres de la Commémoraison des SS. Papes au Supplément,* 1179. *Psaumes du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dóminum. 85.

Hymn. 8.





me, Libé-ri, Præsul ínclyte, Vestris opem nepó-ti-bus



Afférte suppli-cántibus. 5. Sit, Christe, Rex pi-íssime,



Tibi Patríque gló-ri-a, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to, Et nunc



et in perpé-tu-um. A-men.

℣. Exáltent eos in ecclésia plebis.
℟. Et in cáthedra seniórum laudent eos.

A Magnificat Ant. 1. g



L Audémus vi-ros glo-ri-ó-sos et paréntes



nostros in genera-ti-ó-ne su-a. E u o u a e.

## A LA MESSE

Intr. 1.



G Aude-ámus omnes in Dó-mi-no, di-em



festum ce-le-bántes sub honó-re Sanctórum istó-



rum : de quorum so-lemni-tá-te gaudent An-ge-



li et colláu-dant Fí-li-um De-i. *Ps.* Meménto





Dómine David : et omnis mansu-e-tú-dinis e-jus. Gló-



ri-a Patri. E u o u a e.

### Collecte.

PROPITIARE, quæsumus Dómine, nobis fámulis tuis per sanctórum tuórum Nectárii atque Libérii Pontíficum mérita gloriósa : ut eórum pia intercessióne ab ómnibus semper protegámur advérsis. Per Dóminum.

### Lectio libri Proverbiorum. *Prov. 10. 28.*

EXSPECTATIO justórum lætítia : spes autem impiórum períbit. Fortitúdo símplicis via Dómini : et pavor his qui operántur malum. Justus in ætérnum non commovébitur : ímpii autem non habitábunt super terram. Os justi partúriet sapiéntiam : lingua pravórum períbit. Lábia justi considerant plácita : et os impiórum pervérsa.

*Graduel.* Gloriósus Deus. 615.

1.



A L-le- lú-ia. *ij.*



℣. Judi-cá- bunt Sancti nati-



ó- nes, et domi-na-bún-tur pó-pu-lis, et



regná-



bit Dóminus illó-rum in perpé-tu-um.



*Évangile.* Videns Jesus turbas. 1022.

*Offertoire.* Lætámini in Dómino. 731.

**Secrète.**

SUSCIPIAT pietas tua, Dómine, quæsumus, de mánibus nostris munus oblátum : ut per Sanctórum tuórum oratiónes ab ómnibus nos emúndet peccátis. Per Dóminum.

*Communion.* Justórum ánimæ. 899.

**Postcommunion.**

DIVINA mystéria, quæ pro sanctórum tuórum Nectárii atque Libérii Pontíficum veneratióne tuæ, Dómine, obtúlimus majestáti : præsta, quæsumus ; ut per ea véniam mereámur peccatórum, et cæléstis grátiæ donis reficiámur. Per Dñum.

## AUX II. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres de la Commémoraison des SS. Papes, au Supplément,* 1179, *excepté :*




S Alvéte, sancti Ecclé-si-æ Pictavi-énsis Præsules ;



Salvéte, patres íncly-ti, Nostræque gentis lúmina. 2. Nos



ergo vestra nómina, Patrum nostrórum mémores, Laude ac



honóre dé-bi-to Pi-e co-léntes tóllimus. 3. Sic vos, be-á-



ti, pérgi-te Plebem favóre pró-sequi, Be-nígnus ut hinc óm-



ni- a Per-ícla Christus árce-at. 4. Nos cari-tá- tis mútu-æ



Pacísque nexu cólli-gat : Det puri-tátem córdi- um, Det sa-





ni- tá-tem córporum. 5. Sit, Christe, Rex pi- íssime, Tibi



Patríque gló-ri- a, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to, Et nunc et in



perpétu- um. Amen.

℣. Elégit eos Dóminus sacerdótes sibi.
℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.




A -mávit e- os Dómi-nus, et ornávit e- os :



sto-lam gló-ri-æ índu- it e- os, et ad portas paradí-si



coronávit e- os. E u o u a e.

## 21. Notre-Dame du Mont Carmel.

**Double majeur.**

*Comme au Propre des Saints, 16 Juillet,* 902, *avec mémoire de* **Sainte Praxède Vierge,** 911.

## 24. Saint Vincent de Paul Confesseur.

*Double.* (m. t. v.)

*Comme au Propre des Saints, 19 Juillet,* 907, *avec mémoire de* **Sainte Christine Vierge et Martyre,** 916.

## 30. Bienheureux Urbain II Pape et Conf.

*Double.* (m. t. v.)

**Messe.** Státuit. 631, *excepté :*

**Collecte.**

DOMINE Jesu Christe, qui beáto Pontífici Urbáno pro Eccléſiæ tuæ libertáte et decóre felíciter decertáre tribuísti, eúmque ad rediménda ab infidélium potestáte tuæ vitæ mortális et passiónis monuménta, per virtútem Crucis roborásti : concéde ; ut ipsíus intercessióne contra hostes ánimæ nostræ dimicántes in terris, ætérnæ glóriæ bravíum accípere mereámur. Qui vivis et regnas.

*Mémoire des* **SS. Abdon et Sennen Martyrs,** 920.

*Évangile.* Vigiláte. 637.

**Secrète.**

PRO christiánæ fídei triúmpho, hóstias tibi, Dómine, placatiónis offérimus : ut, intercedénte beáto Urbáno Confessóre tuo atque Pontífice, quoscúmque nóminis tui hostes superáre valeámus. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

SPIRITUM nobis, Dómine, fortitúdinis tríbuat hæc mensa cæléstis : qua refóctus beátus Urbánus usque ad montem sanctum tuum alácriter ambulávit. Per Dóminum.

## 31. Mémoire de Saint Germain Évêque d'Auxerre.

**Collecte.**

DA nobis Dómine, in hac sancti Germáni festivitáte, cæléstis grátiæ, quam ille verbis, opéribus et miráculis asséruit, præsens adésse præsídium : ut dum tanti Præsulis exémpla mirámur et cólimus, ejus étiam fidem et actiónes imitémur. Per Dóminum.

**Secrète.**

HÆC hóstia, quæsumus Dómine Deus noster, quam tibi in honórem Confessóris tui atque Pontíficis Germáni immolándam deférimus, tuórum nobis tríbuat societáte gaudére sanctórum. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

DEUS bonitátis auctor et bonórum ómnium dispensátor : concéde propítius ; ut, qui beáti Confessóris tui atque Pontíficis Germáni festa celebrámus, ejus patrocínio atque suffrágio tuæ divínæ majestátis propitiatiónem consequámur. Per Dóminum.



# FÊTES D'AOUT

## 11. S. Philomène Vierge et Mart. *Double.*

**Messe.** Loquébar. 658.

*Mémoire des* **SS. Tiburce et Susanne Martyrs,** *au Propre des Saints,* 942.

## 13. S. RADEGONDE REINE DE FRANCE, VEUVE

**Double de II. Classe.**

AUX I. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres,* 103*, *excepté :*






℣. Radegúndis sancta, allelúia.
℟. Memor sis nostri in regno Dei, allelúia.






## A LA MESSE




**Collecte.**

DEUS, qui beátam Radegúndem regínam advérsus mundi illécebras viríliter decertáre fecísti : da nobis insígnes ejus triúmphos recoléntibus, fidem illam cólere quæ vincit mundum, et ea caritáte fervére quæ cælos apprehéndit. Per Dñum.

**Lectio libri Sapientiæ.** *Sap. 7.*

OPTAVI, et datus est mihi sensus : et invocávi, et venit in me spíritus sapiéntiæ : et præpósui illam regnis et sédibus, et divítias nihil esse duxi in comparatióne illíus. Nec

comparávi illi lápidem pretiósum : quóniam omne aurum in comparatióne illíus aréna est exígua, et tamquam lutum æstimábitur argéntum in conspéctu illíus. Super salútem et spéciem diléxi eam, et propósui pro luce habére illam : quóniam inextinguíbile est lumen illíus. Venérunt autem mihi ómnia bona páriter cum illa, et innumerábilis honéstas per manus illíus.

*Graduel.* Audi fília. 1037.




*Évangile.* Símile est... thesáuro. 665.

*Offertoire.* Fíliæ regum. 670.

**Secrète.**

QUÆSUMUS, omnípotens Deus : ut sacrifícia pro sanctæ Radegúndis solemnitáte deláta, desideriórum nos temporálium dóceant habére contémptum, et ambíre dona fáciant cæléstium gaudiórum. Per Dóminum.






**Postcommunion.**

VISITA, quæsumus Dómine famíliam tuam, et corda nostra pervígili tuére pietáte : ut, beátæ Radegúndis exémplo, remédia salútis ætérnæ, quæ te miseránte percípiunt, te protegénte custódiant. Per Dóminum.

## AUX II. VÊPRES

*Psaumes.* **1.** Dixit Dñus. 63. — **2.** Laudáte púeri. 64. — **3.** Lætátus sum. 86. — **4.** Nisi Dñus. 86. — **5.** Lauda Jerúsalem. 90.





pri- us, nunc famulándo placet. E u o u a e.

4. Ant. 8. G



B E- átæ Radegúndis de-fúnctæ vultus visus est an-



gé-li-cus : fáci- es enim il-lí- us rosæ instar et lí- li- i



ni-tébat. E u o u a e.

5. Ant. 7. a



G Audet perénniter Ra-



degúndis in cæ- lo, qui-a so-ci- e-tá-tem Ange-lórum tenet.



E u o u a e.

**Capitule.** *Sap. 7.*

OPTAVI, et datus est mihi sensus : et invocávi, et venit in me spíritus sapiéntiæ : et præpósui illam regnis et sédibus, et divítias nihil esse duxi in comparatióne illíus.

Hymn. 5.



C Ælo recéptam pláudite, cæ-li-tes, Quæ vestra vi-



vens gáudi- a féce-rat : Sponsæ fidé-li destiná-tam Intrat



ovans Radegún-dis aulam. 2. Dum mens adépto perfrú- i-



tur De- o, Tellus ve-réndas exúvi- as habet ; Non tota





discédit : supérstes Ossibus est, cine-rí-que virtus. 3. Pro-



cul ma-lórum jussa fugit cohors, Utcúmque vo- tis te pó-



pu-li colunt, Arcére morbos effi-cácem, Atque tru-ci dare



ju- ra letho. 4. Te ci- vis ambit, seu cá-lamo seges Arén-



te languet, seu mádido na-tat : Et imbris et so-lis potén-



tem Supplí-cibus vene-rá- tur ulnis. 5. Sit summa Patri,



summáque Fí-li- o, Sanctóque compar glóri- a Flámini ;



Sanctæ li-témus Trini-tá-ti Perpétu- o pi- a cor-da cultu.



Amen.

℣. Radegúndis sancta, allelúia.
℟. Memor sis nostri in regno Dei, allelúia.

A Magnificat Ant. 8. G



O mater pátri- æ, Ra-degúndis ínclyta, pó-




## 14. Saint Junien Abbé de Mairé.

*Double.* (m. t. v.)

**Messe.** Os justi. 651, *excepté :*

**Collecte.**

PRÆTENDE nobis Dómine misericórdiam tuam : et beáti Juniáni Abbátis, cujus nos dedísti patrocíniis adjuvári, tríbue ut intercéssio majestátem tuam júgiter exóret pro nobis. Per Dóminum.

*Mémoire de* **S. Eusèbe Conf.** *Oraisons de la Messe* Justus. 649.

**Secrète.**

ASCENDANT ad te, Dómine, preces nostræ, et tuórum vota fidélium hæc múnera supplíciter oblàta concílient : ut, quod etiámsi nostris opéribus non merémur, sancti Juniáni Abbátis intercessióne consequámur. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

PASCE nos Dómine tuórum gáudiis ubíque sanctórum : quia nostræ salútis augménta sunt, quóties honor illis impénditur, in quibus tu mirábilis prædicáris. Per Dóminum.

## 16. Saint Roch Confesseur. *Double.*

*Comme au Supplément,* 1184.

*Mémoire de* **Sainte Trlaise Vierge.**

**Collecte.**

DEUS, qui ánimam beátæ Trœciæ Vírginis tuæ fídei lúmine decorátam, melióris vitæ sémitam docuísti : concéde propítius ; ut ejus virtútis exémplo, remóta sæculi vanitáte, castum tibi impendámus obséquium, cujus suffrágia deprecámur. Per Dóminum.



**Secrète.**

SUSCIPE Dómine múnera quæ in beátæ Vírginis tuæ Trœciæ solemnitáte deférimus, cujus nos confídimus patrocínio liberári. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

AUXILIENTUR nobis, Dómine, sumpta mystéria : ut, intercedénte beáta Trœcia Vírgine tua, sempitérna protectióne confírment. Per Dóminum.

## 18. Saint Hyacinthe Confesseur.

*Double.* (m. t. v.)

*Comme au Propre des Saints, 16 Août,* 952, *avec Mémoire de* **S. Agapit,** 953.

## 20. S. PHILBERT ABBÉ DE NOIRMOUTIER

### Patron secondaire du Diocèse de Luçon.

**Double de II. Classe.**

*Lorsque cette fête tombe le Dimanche dans l'Octave de l'Assomption, on la célèbre ce jour-là, et la fête de S. Joachim est transférée au Dimanche suivant libre de tout semblable empêchement ; mais en concurrence des deux fêtes, les Vêpres se partagent au Capitule.*

AUX I. VÊPRES

*Comme aux II. Vêpres,* 108*, *excepté :*



Messe. Os justi. *du Commun des Abbés*, 651, *excepté :*

**Collecte.**

OMNIPOTENS et miséricors Deus, qui beátum Filibértum Abbátem innúmeris glorificátum virtútibus, hodiérna die sublimásti ad cælum : da cunctis sémitam mandatórum tuórum ingréssis ; ut ad te sine offensióne curréntes, vitam ætérnam apprehéndant. Per Dóminum.

**Secrète.**

DEUS vita et spes credéntium, glória sempitérna Sanctórum, cujus indulgéntia véniam consequúntur peccatóres : réspice propítius preces nostras ; ut intercessióne sancti Filibérti Abbátis hanc oblatiónem sanctífices, et in odórem suavíssimum accéptes. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

CONSERVA, quæsumus Dómine, pópulum tuum in tua misericórdia confísum : et, intercedénte beáto Filibérto Abbáte, mereámur cum illo partícipes fíeri cæléstium gaudiórum. Per Dóminum.

## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche*, 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.









**Capitule.** *Eccli. 31.*

BEATUS vir qui invéntus est sine mácula, et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. Quis est hic, et laudábimus eum ? fecit enim mirabília in vita sua.

Hymn. 2.



F E-líces némorum pángimus ínco-las, Certo consí-li- o quos De- us ábdidit, Ne contá-gi- o sæcli Mores læderet íntegros.

Ut te possídeant, quem sítiunt, Deum,
Urbes, regna, suos, se quoque déserunt :
Totus víluit orbis,
Dum cæléstia cógitant.

Nudi, prompti, álacres, líberi ab ómnibus,
Ad luctam púgiles ócius ádvolant;
Ut vastum mare tranent,
Prudéntes onus éxuunt.

Ætérnas ut opes, certáque gáudia
Secúri rápiant, ómnia lúdicra
Sano péctore temnunt
Confísi melióribus.

Exércet vígiles contínuus labor :
Incúmbunt óperi non résides manus :
Tellus culta colónis
Victum suppéditat suis.

O pulchras ácies, castráque fórtia,
Quæ spes, una fides, unus amor regit !
Omnes lege sub una
Uno sub duce mílitant.

Illis summa fuit glória déspici,
Illis divítiæ paupériem pati :
Illis summa volúptas
Longo supplício mori.

Fac nos, summe Deus, quæ pátimur mala,
In pœnam scélerum ferre libéntius,
Et tellúre relícta
Immortália quærere.

Ætérnus sit honos ingénito Patri,
Sit par unígenæ glória Fílio;
Sacri nexus amóris,
Laus compar tibi, Spíritus. Amen.

℣. Ad te confúgimus beáte Filibérte.
℟. Súscipe preces nostras, et vitam nobis ímpetra beátam.

A Magnificat Ant. 1. J



E Xsúltet hódi- e Luci- onénsis Ecclé-si- æ turba fi- dé-li- um : pater almus Fi- libértus, Ange-lis gau-





dénti-bus, migrá- vit ad Christum : hó-di- e tot mé-ri-ta in cœnóbi- is reportá-ta tránse- unt in gáudi- um sempi-térnum, alle- lú-ia. E u o u a e.

## 25. S. Louis Roi de France Confesseur.

Double majeur.

Aux I. Vêpres, pour la mémoire.

Ant. 1. D



O rex óptime, sanctæ Crucis signo præ-fúlgens, co-ró- næ Dómini cul-tor devo- tís- sime, glóri- a et honó- re coro-ná- ris in cæ-lis. E u o u a e.

℣. Prævenísti eum, Dómine.
℟. In benedictiónibus dulcédinis.

¶ *Si l'on doit dire les I. Vêpres en entier : Antiennes et Capitule des II. Vêpres*, 114*.

Hymn. 5.



G Aude, mater Ecclé-si- a, Novæ laudis præ-có-ni- o, Quam Ludoví-ci glóri- a Solémni replet gáudi- o. 2. No-va









℣. Prævenísti, *et à Magnifiat, Ant.* O rex óptime, *comme plus haut.*

## A LA MESSE

*Comme au Propre des Saints*, 956, *excepté :*

Intr. 5.




*Mémoire de* **Saint Héraye Abbé.**

**Collecte.**

PIISSIMA nos, quæsumus Dómine, beáti Arédii Abbátis, cujus sanctitátem colúmba de cælo delápsa mirabíliter designávit, comméndet intercéssio : ut quod nostris víribus non valémus, ejus patrocínio assequámur.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Os justi. 653.

*Puis de* **Sainte Pélagie mère de Saint Héraye Veuve.**

**Collecte.**

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut beátæ Pelágiæ fámulæ tuæ interveniéntibus méritis, a præséntibus liberémur angústiis, et ætérnis gáudiis pérfrui mereámur. Per Dñum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Cognóvi. 680.

*Épître.* Justum dedúxit. 595.

*Graduel.* Dómine prævenísti eum. 651.




*Évangile.* Homo quidam nóbilis. 957.

*Offertoire.* Desidérium ánimæ ejus. 653.

*Communion.* Magna est. *au 21 Septembre,* 983.

## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.


















**Capitule.** *Sap. 6. c.*

Si delectámini sédibus et sceptris, o reges pópuli, dilígite sapiéntiam, ut in perpétuum regnétis : dilígite lumen sapiéntiæ, omnes qui præéstis pópulis.

Hymn. 6.









℣. Introíbo in domum tuam Dómine.
℟. Adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

A Magnificat Ant. 7. a




## 26. Saint Bernard Abbé de Clairvaux, Docteur de l'Église.

*Double.* (m. t. v.)

*Comme au Propre des Saints, 20 Août,* 953.

**Aux I. Vêpres,** *Mémoire des* **SS. Justin et Gelais Évêques de Poitiers et Confesseurs.**




℣. Elégit eos Dóminus sacerdótes sibi.
℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

**A la Messe,** *après la mémoire de* **S. Zéphyrin Pape et Martyr,** 957, *mémoire des* **SS. Justin et Gelais Évêques et Conf.**

**Collecte.**

DEUS, qui pópulis tuis indulgéntia cónsulis et amóre domináris : da spíritum sapiéntiæ, suffragántibus méritis sanctórum Justíni et Gelásii Antístitum ; ut de profectu sanctárum óvium, fiant gáudia ætérna pastórum. Per Dóminum.



**Secrète.**

UNIGENITI Fílii tui, quam tibi Deus Pater omnípotens in honórem sanctórum Pontíficum Justíni et Gelásii offérimus, immaculáta hóstia, prosit nobis ad medélam percipiéndam. Per eúmdem Dóminum.

**Postcommunion.**

SANCTORUM Pontíficum Justíni et Gelásii, qui nobis locúti sunt verbum tuum Dómine memóriam sacro convívio celebrántes : te súpplices exorámus ; ut des nobis éxitum conversatiónis eórum júgiter experíri. Per Dóminum.

## 31. Mémoire de S. Paulin Évêque de Trèves et Conf.

**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui hunc diem sancti Paulíni Confessóris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte dedicásti : præsta, ut ejus méritis ita adjuvémur et doceámur exémplis ; ut dum illi supplicámus in terris, ipse pro nobis intercéssor exsístat in cælis. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Sacerdótes tui. 637.

## FÊTES DE SEPTEMBRE

## 12. S. Maximin Évêque de Trèves et Conf.

**Semidouble.**

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Maximínum Confessórem tuum atque Pontíficem, cultórem præcípuum catholicæque fídei víndicem elígere dignátus es : præsta quæsumus ; ut ipso pro nobis interveniénte, peccatórum nostrórum éxui malis, et tibi sincéris méntibus deservíre mereámur. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Sacerdótes tui. 637.

## 15. Mém. de S. Achard Abbé de Quinçay et de Jumièges.

**Collecte.**

BEATI Aicárdi Abbátis Dómine natalítia celebrántes, súpplices te rogámus : ut quem cælésti glória sublimásti, tuis adésse concédas fidélibus. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Os justi. 653.

## 16. Mémoire de Saint Faziou Confesseur.

**Collecte.**

BEATI Fazíoli Confessóris tui, quæsumus Dómine, fidéli devotióne memóriam celebrántes : ut cujus mérita venerámur in terris, ejus intervéntu medélam ómnium nostrórum facinorum obtinére mereámur. Per Dóminum.

**Secrète.**

RESPICE, quæsumus Dómine, pópulum tuum ad tua sacraménta curréntem et præséntem sancti Fazíoli Confessóris tui festivitátem : et præsta ; ut, quod sínguli ad honórem nóminis tui detulérunt, cunctis proficiat ad salútem. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

CITO antícipent nos misericórdiæ tuæ, quæsumus Dómine, méritis beáti Fazíoli Confessóris tui : et, quos divínis aliméntis recreásti, fac ipso intercedénte usque in finem tua protectióne munítos. Per Dóminum.

## 17. Mémoire de S. Lumine Évêque de Chartres et Conf.

**Collecte.**

DEUS, qui ad pascéndam hæreditátem tuam beátum Leobínum Pontíficem de grégibus óvium et de post fœtántes accepísti : concéde propítius ; ut ejus muniámur précibus, cujus mónitis et exémplis institúimur. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Sacerdótes tui. 637.

## 22. S. Florent des Mauges Conf. *Double.*

**Aux I. Vêpres, pour la mémoire.**

Ant. 7. a








E u o u a e.

℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

**Messe.** Justus. *d'un Confesseur non Pontife,* 648, *excepté :*

**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui hunc diem nobis honorábilem in beáti Floréntii Confessóris tui festivitáte tribuísti : da Ecclésiæ tuæ, quæsumus, in hac celebritáte lætítiam ; ut quem pio amóre venerámur in terris, ejus intercessiónibus sublevémur in cælis. Per Dóminum.

AUX II. VÊPRES

℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

℣ Magnificat Ant. 8. c




## 25. S. Thomas de Villeneuve Évêque et Conf.

*Double.* (m. t. v.)

*Comme au Propre des Saints, 22 Septembre,* 983.

## 26. S. Emmeran de Poitiers Évêque et Mart.

**Double.**

A VÊPRES

Hymn. 1.











**Messe.** Státuit. *d'un Martyr Pontife*, 587, *excepté :*

**Collecte.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui beátum Emmerámnum Sacerdótem tuum martýrio vitam consummáre voluísti : concéde quæsumus, ut sicut ille membrórum abscissiónes passus pro vitæ integritáte, cívium supernórum sortítus est contubérnium; ita et nos, amputátis vítiis de córdibus nostris, ejus méritis suffragántibus, inter membra Unigéniti tui connumerári mereámur : Qui tecum vivit.

**Secrète.**

OFFERIMUS tibi Dómine hóstiam immaculátam unigéniti Fílii tui, enixe deprecántes : ut, quæ pro salúte nostra humíliter pétimus, beáti Emmerámni Mártyris tui atque Pontíficis précibus et intercessióne consequámur. Per eúmdem Dñum.

**Postcommunion.**

DUM hæc sancta Dómine in honórem beáti Emmerámni Mártyris tui atque Pontíficis de altári libávimus : concéde propítius; ut cujus exémplis instrúimur, invíctam constántiam imitémur. Per Dóminum.

## FÊTES D'OCTOBRE

## 1. Saint Remi Apôtre des Francs,

### Évêque de Reims et Confesseur.

**Double majeur.**

### AUX I. VÊPRES

*Ps. du Dimanche*, 63; *au lieu du dernier*, *Ps.* Laudáte Dñum. 85.

1. Ant. 8. G



S Anctus Remí-gi- us, virtútum grá-ti- a plenus,



vi-góre nóminis glo-ri-ósus, inter advérsa mundi per-í-



cu-la gubernándo, su-is proví-dit portum sa-lú-tis.

2. Ant. 8. c



E u o u a e. G Lo-ri-ó-sus cultor De-i Remí-gi-



us, barbarórum doctor egrégi-us, victor in Chri-sto,



pópulum acceptábi-lem Dómino præparávit. E u o u a e.

8. Ant. 8. G



P Ræsul Remí-gi-us baptísmi témpora præparávit;



et implé-tis mýsti-cis sacraméntis, regem cum pópu-lo

4. Ant. 8. c



baptizávit. E u o u a e. G En-tem Francórum



ínclytam, si-mul cum rege nóbi-li, be-á-tus Remí-gi-



us, sumpto cæli-tus chrísmate, sacro mundávit gúrgi-



te, et Spí-ri-tus Sancti plene di-tá-vit mú-ne-re. Euouae.



5. Ant. 8. a



A -postó-li-ca replétus grá-ti-a Remígi-us copi-



ó-sam messem collégit, et manípu-los su-os ovánter



reportávit. E u o u a e.

**Capitule.** *Eccli. 44.*

ECCE sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo, et inventus est justus : et in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio.

Hymn. 4.



I Nsí-gne Francórum jubar, Qui Clodovæ-um prín-



cipem Tu-is pi-á-sti fóntibus, Te nunc Remí-gi pángi-



mus. 2. Gens Franca mortáles de-os, Te prædi-cánte, réspu-



it; Monstránte te cæ-li vi-am, Uni De-o se cónse-



crat. 3. Natá-lis augústo di-e, Qua Christus astris pródi-



it, Infers nova victóri-a Castris De-i tot mí-li-tes.



4. Mi-tis Sicámber vérticem Cervíce fle-xa dé-ji-cit : Quod




℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.




**Messe.** Státuit. *d'un Confesseur Pontife,* 631, *excepté :*

**Collecte.**

Deus, qui per beáti Pontíficis Remígii documénta, gentílium tibi colla subdidísti ferócia : largíre supplícibus tuis ; ut, qui christiáno gloriámur nómine, fidem nostram dignis opéribus ostendámus. Per Dóminum.

**Secrète.**

Per hæc sancta quæ tibi offérimus, omnípotens Deus : ad te reflécte corda nostra, beáti Pontíficis Remígii précibus exorátus ; ad cujus præcéptum, victórem regem suasísti incéndere quod adoráverat, et quod incénderat adoráre. Per Dñum.



**Postcommunion.**

Populum tuum Dómine quem tibi beátus Póntifex Remígius subjécit, contra spirituália nequítiæ précibus ejus perpétuo defénde : ut percépti virtúte sacraménti, in data tibi fide stábilis persevéret. Per Dóminum.

**Aux II. Vêpres, pour la mémoire.**




¶ *Si l'on dit les secondes Vêpres entières : Antiennes, Capitule, Hymne et Oraison comme ci-dessus aux premières Vêpres ;* ℣. Justum, *et à Magnificat, Ant.* Dedit Dóminus, *comme plus haut.*

## 3. S. Léger Évêque d'Autun et Martyr.

**Double majeur.**

**Aux I. Vêpres, pour la mémoire.**



℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

¶ *Si l'on dit les premières Vêpres entières : Antiennes des secondes Vêpres; Psaumes et Capitule du Commun,* 584.

Hymn. 8.




Innocens, justus, fúrias mináces
Príncipum suffert, hílaris, modéstus;
Vínculis duræ téritus caténæ
Cárcere septus.

Cárnifex claros térebrat océllos,
Lingua præcíso rápitur paláto;
Intonans post hæc sacer et loquéndo
Térritat hostes

Cinxit et sancti cápitis corónam
Arcus éffúlgens nítidi colóris,
Rite testátus mérito beátis
Consociándum.

Cónstitit truncus gládio reséctus
Unius prorsus spátio sub horæ
Lingua balbútit Dómino repéndens
Laudis honórem.

Cónsonam Patri, placidæque Proli
Glóriam prono júbilo canéntes
Et tuas laudes célebres sonámus,
Spíritus alme. Amen.

℣. Glória, *et à Magnificat, Ant.* Gloriósi Mártyris, *comme plus haut.*

Messe. Secerdótes Dei. 591, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui beátum Leodegárium Mártyrem tuum atque Pontíficem in agóne probásti, et probátum in dolóre sustentásti, quem hodiérna die in cæléstibus gáudiis recípere dignátus es : præsta nobis fámulis tuis ; ut qui glóriam non merémur, indulgéntiam peccatórum nostrórum, ipso interveniénte, adipísci mereámur. Per Dóminum.

℣. **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** *Luc. 12.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Dico vobis amícis meis : Ne terreámini ab his qui occídunt corpus, et post hæc non habent ámplius quid fáciant. Osténdam autem vobis,



quem timeátis. Timéte eum qui, postquam occíderit, habet potestátem míttere in gehénnam. Ita dico vobis hunc timéte. Nonne quinque pásseres véneunt dipóndio? et unus ex illis non est in oblivióne coram Deo. Sed et capílli cápitis vestri omnes numeráti sunt. Nolíte ergo timére : multis passéribus pluris estis vos. Dico autem vobis : Omnis quicúmque conféssus fúerit me coram homínibus, et Fílius hóminis confitébitur illum coram ángelis Dei. Qui autem negáverit me coram homínibus, negábitur coram ángelis Dei.

**Secrète.**

OFFERIMUS tibi, Dómine, fidélium tuórum dona solémnia, sancti Pontíficis et Mártyris Leodegárii interventiónibus confidéntes : ut, quod nos exséquimur minus idónea servitúte, ejus pótius méritis efficiátur accéptum. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui tuæ mensæ partícipes a diabólico jubes abstinére convívio : da, quæsumus, beáti Mártyris atque Pontíficis Leodegárii méritis; ut fidéles tui, gustu mortíferæ profanitátis abjécto, puris méntibus ad épulas ætérnæ salútis accédant. Per Dóminum.

## AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63 ; *au lieu du dernier, Ps.* Crédidi. 85.

1. Ant. 7. a




2. Ant. 8. G












*A partir du Capitule on fait du suivant.*

**Pour la mémoire.**









℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

¶ *Si l'on dit les secondes Vêpres entières : Capitule* Beátus vir. 585. *Hymne* Jam dies digne ; ℣. Justus, *et à Magnificat, Ant.* Egrégie Dei Martyr, *comme ci-dessus.*

## 11. S. Savin du Lavedan Confesseur. *Semid.*

**Aux I. et II. Vêpres, A Magnificat, Antienne.**




*Mémoire de* **S. Venant Abbé**, *Ant.* Similábo. 644.

℣. Os justi meditábitur sapiéntiam.
℟. Et lingua ejus loquétur judícium.

*Puis de* **S. Genard Confesseur**, *Ant.* Euge. 645.

℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus.
℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

### A LA MESSE

**Collecte.**

QUÆRENTIUM te Deus salvátor et custos, qui beáto Savíno, ne párticeps esset coinquinatiónis, renuntiáre sæculo et sub alas tuas confúgere tribuísti : ejus intercessióne, da pópulo tuo diabólica vitáre contágia, et te solum Deum pura mente sectári. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Os justi. 648.

*Mémoire de* **S. Venant Abbé.**

Collecte.

DEUS, qui tibi digne serviéntium nos imitári desíderas famulátum : da nobis caritátis tuæ flammis ardére; ut beáti Venántii Abbátis, qui tibi felíciter plácuit, mereámur cæléste consórtium.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Os justi. 653.

*Puis de* **S. Genard Confesseur.**

Collecte.

ADESTO supplicatiónibus nostris omnípotens Deus : et intercedénte beáto Genárdo Confessóre tuo, ab hóstium nos defénde furóre. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Justus. 650.

---

## 16. Saint Viaud Confesseur. *Double.*

A VÊPRES

℣. Ad te confúgimus, beáte Vitális.
℟. Súscipe preces nostras, et vitam nobis ímpetra beátam.

A Magnificat Ant. 1. f




E u o u a e.

**Messe.** Justus. 648, *excepté :*

Collecte.

CONCEDE, quæsumus omnípotens Deus : ut sicut beáti Vitális Confessóris tui gloriósa natalítia prævenímus; sic ad tua benefícia promerénda majestátem tuam pro nobis ipse prævéniat. Per Dóminum.



*Mémoire de* **Sainte Soline Vierge et Martyre.**

Collecte.

QUÆSUMUS omnípotens Deus : ut méritis precibúsque beátæ Solínæ Vírginis et Mártyris tuæ, verus sol méntibus nostris irrádiet, et ténebras peccatórum nostrórum depéllat.

*Puis de* **Saint Bercaire Abbé et Martyr.**

Collecte.

MAJESTATI tuæ nos, quæsumus Dómine, beáti Berchárii Abbátis et Mártyris supplicátio veneránda concíliet : ut qui incessánter pro nostra fragilitáte delínquimus, assíduis ejus précibus expiémur. Per Dóminum.

De S. Soline. Secrète.

SUSCIPE, Dómine, múnera quæ in beátæ Solínæ Vírginis et Mártyris tuæ solemnitáte deférimus : cujus nos confídimus patrocínio liberári.

De S. Bercaire. Secrète.

ACCEPTA sit in conspéctu tuo, Dómine, nostra devótio : et ejus nobis fiat supplicatióne salutáris, pro cujus solemnitáte defértur. Per Dóminum.

De S. Soline. Postcommunion.

AUXILIENTUR nobis, Dómine, sumpta mystéria : et intercedénte beáta Solína Vírgine et Mártyre tua; sempitérna fáciant protectióne gaudére.

De S. Bercaire. Postcommunion.

REFECTI participatióne múneris sacri, quæsumus Dómine Deus noster : ut cujus exséquimur cultum, intercedénte beáto Berchário Mártyre tuo, sentiámus effectum. Per Dñum.

AUX II. VÊPRES

℣. Ora pro nobis beáte Vitális.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

A Magnificat Ant. 2. D




E u o u a e.

# 23. S. Benoît d'Aizenay Évêque et Conf.

Double majeur.

## AUX I. VÊPRES

Hymn. 8.

P Lebs rumpe cordis núbi-la, Et voce clara júbi-

la, Et cole jam insígni- a Benedícti solémni- a. 2. O

serve Regis súperi, Aulæque splendor Olýmpi, Ne demer-

gámur súbve-ni Procéllis istí- us mundi. 3. Præsul, sum-

mus opí-li- o De carnis jam ergástu-lo Edúxit te cum jú-

bi-lo : Te laudámus cum cántico. 4. Ut mere- ámur cum

ipso, Cujus regnum princípi- o Caret necnon exí-ti- o,

Regná-re sine término. 5. Ab hostis, athléta, morsu De-

fénde nos et a lapsu, Ne nos pro nostro re- á-tu Secum



dedúcat cum luctu. 6. Sed tu mortis in procínctu, Ab ho-

stis defénde metu, Et nos tecum læto vultu Deduc in

po-lum cum plausu. 7. Ut Trini-tá-ti gló-ri- am Pangámus, et

victó-ri- am Mente seréna sédu-lo Nunc et ventúro sæ-

cu-lo. Amen.

℣. Amávit.

A Magnificat Ant. 1. J

S Acerdó- tum di- a- déma, Bene-dí- cte pi- ís-

sime, nostra de- fer in excél- sum vo-ta pi- o Júdi-ci,

ut tu-o sancto patro-cíni- o me-re- ámur adi- pí-sci de-

li- ctó-rum véni- am. E u o u a e.

**Messe.** Sacerdótes tui. 634. *excepté :*

**Collecte.**

DEus, qui hodiérnam solemnitátem nobis in honórem sancti Confessóris tui atque Pontíficis Benedícti consecrásti : adésto famíliæ tuæ précibus, et præsta ; ut cujus natalítia celebrámus, ejus méritis et patrocínio sublevémur. Per Dñum.

**Secrète.**

MUNERA tibi, Dómine, obláta sanctífica : ut per ea, intercedénte beáto Benedícto Confessóre tuo atque Pontífice, ab ómnibus ánimæ et córporis perículis liberémur. Per Dñum.

**Postcommunion.**

OMNIPOTENS et miséricors Deus, qui nos sacramentórum tuórum et partícipes éfficis et minístros : præsta, quæsumus; ut, intercedénte beáto Benedícto Confessóre tuo atque Pontífice, eísdem proficiámus et fidéli consórtio et digno servítio. Per Dóminum.

**Aux II. Vêpres, pour la mémoire.**

Ant. 1. J



HOdi- e sanctus Bene-díctus, be-á-ti Hi-lá-ri- i co-



ope-rá-tor magní- ficus, in cælum intro-í-vit : hó-di- e



Ange-li cum gáudi- o suscepé-runt e- um di-cén-tes : Tem-



pli alti-túdo ab ipso fundá-ta est, et in vi-ta su- a suf-



fúl-sit domum De- i, alle- lú-ia. E u o u a e.

℣. Justum.

¶ *Si l'on dit les II. Vêpres entières :*

Hymn. 8.



A-ve, pater scandens polum, Ave, pi- e, visens so-



lum, Annu- a festa, múne-ra, Tu- a sacra præsénti- a.



2. Benedícte, pater bone, Errántes nos in dévi- o Reduc





tu- o juvámine, Servans in Christi grémi- o. 3. Notam fa-



cis incrédu-lis Doctrínam evangé-li-cam : Lucem minístrans



pópu-lis, Du-cis in vi- am cæ-licam. 4. Bonus pastor vi-rí-



li-ter Gregem pascis domínicum, Infórmans ut veráci-ter



Christum co-lat magní- ficum. 5. Offer, sacérdos óptime,



De- o gémi-tus et preces ; Firma fidem, præsul sancte,



Morésque nostros córrige. 6. Ut crímina de-le-ántur, Per-í-



cla cuncta sedéntur, Hostésque conci-li- éntur, Paxque per-



pes nobis detur. 7. Ope gubérna frá-gi-les In mundi hu-



jus pé-lago, Atque exútos córpo-re, Pi- e, benígne sú-



scipe. 8. Quo sine fine gló-ri- am De- o Patri, et Fí-li- o,



Una cum Sancto Spí-ri-tu, Tecum canámus pérpe-tim.



A-men.

℣. Justum; *et à Magnificat. Ant.* Hódie sanctus Benedíctus. *comme plus haut.*

## 24. Saint Raphaël Archange.

**Double majeur.**

*Comme au Supplément,* 1200.

## 25. Saint Martin de Vertou Abbé.

**Double majeur.**

**Aux I. Vêpres, pour la mémoire.**

Ant. 8.



HIC est Martínus, magni Martí-ni æmulus, qui



mul-titúdinem cóngregans monachórum, vi-tam duxit angé-



li-cam in terris, Ange-lo-rúmque consórtem esse mé-ru- it



in cæ-lis. E u o u a e. ℣. Amávit.

¶ *Si l'on dit les I. Vêpres entières, tout comme ci-dessous aux II. Vêpres, excepté le* ℣. Amávit, *et à Magnificat, Ant.* Hic est Martínus. *comme plus haut.*



**Messe.** Os justi. *du Commun des Abbés,* 651, *excepté :*

**Collecte.**

OMNIPOTENS et miséricors Deus, famíliam tuam cleménti vultu réspice : ut qui in hac beáti Martíni Abbátis festivitáte gratulántur, de prætéritis véniam cónsequi, et de futúris custódiam ejus intervéntu adipísci mereántur. Per Dóminum.

*Mémoire des* **SS. Chrysanthe et Darie Martyrs,** 1017.

**Secrète.**

SACRIFICIUM tibi, Dómine, laudis offérimus pro celebritáte sancti Martíni Abbátis : ut propitiatiónem tuam, quam nostris opéribus non merémur, pii suffragatóris intercessiónibus assequámur. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

SACRAMENTA quæ súmpsimus, omnípotens Deus, interveniénte beáto Martíno Abbáte, et ab omni peccáto nos líberent, et dono grátiæ tuæ sanctíficent. Per Dóminum.

### AUX II. VÊPRES

*Ps. du Dimanche,* 63; *au lieu du dernier, Ps.* Laudáte Dñum. 85.

1. Ant. 7. a



SAnctus Martí- nus, alto sánguine claríssimus,



nobi-li-tá-tem su-am ad cæléstem cognoscéndam convértit



2. Ant. 3. à



digni-tátem. E u o u a e. CUM factus esset æ-



vi proba-tíssimus, e-léctus di- áconus ad urbem Herbadíl-



lam Martínus prædi-cá- tor accéssit. E u o u a e.

8. Ant. 8. G



INfé-lix pópulus non so-lum verbum De- i non re-



cé-pit, sed et minístrum pacis ab omni hospi-ta-li-tá-tis



4. Ant. 5. a



grá-ti- a seclú-sit. E u o u a e. T Ellúre de-hiscénte



pontóque surgénte, pópulum contradicéntem últi-o di-ví-



na oblivi- óne opéru- it ætérna. E u o u a e.

5. Ant. 1. g



R Egréssus ab erémo Martínus, admóni-tus in



somnis ab Ange-lo, ad locum qui Vertávus nunc dí-ci-tur,



prope-rá-vit. E u o u a e.

**Capitule.** *Eccli. 31.*

BEATUS vir qui invéntus est sine mácula : et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua.

Hymn. 1.



G Aude, tellus illustrá-ta Martí-ni virtútibus, Cujus



vi-ta glori- ó-sa Fulsit mi-ris áctibus, Magní- fi-cis venu-



stá-ta Et jucúndis mó-ribus. 2. Cuncta pro te re-signá-





vit, Christe; so-li-tá-ri- am Vi-tam ducens, adspirá-vit Ad



cæléstem pátri- am; Sprevit, fugit, reprobávit Hu-jus mun-



di gló-ri- am. 3. Hic magístrum et rectórem Solum Christum



ténu- it, Per quem vitæ sanctitá-tem Adipísci vá-lu- it,



Quem sequéndo sic honórem Immortá-lem méru- it. 4. Te



pi- e nostra precá-tur Hæc, Martíne, cónci- o, Ut a ma-lis



e-ru-á-tur, Et tecum pa-lá-ti- o In cælésti perfru-á-tur



Sempi-térno gáudi- o. 5. Sit laus Patri, sit laus Nato, Sanctó-



que Spi-rí-tu- i, Quorum Martínus be-á-to Deservi-vit nútu-



i, Et præmi- o tam optá-to Promerétur pérfru- i. Amen.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

A Magnificat Ant. 1. J




## 26. S. Sénoch de Tiffauges Abbé. *Double.*

**Messe.** Os justi. *du Commun des Abbés,* 651, *excepté :*

**Collecte.**

DEUS, qui supérbis resístis, humílibus autem das grátiam : concéde, quæsumus, fámulis tuis ; ut intercessióne et exémplo beáti Senoch Abbátis per gradus humilitátis ad cæléstem pátriam pervenire mereántur. Per Dóminum.

**Secrète.**

MUNERA plebis tuæ, quæ tibi, Dómine, lætánter offérimus in honórem beáti Senoch Abbátis, nobis remédia sempitérna dignánter impéndant. Per Dóminum.

**Postcommunion.**

VEGETET nos, Dómine, semper et ínnovet, beáto Senoch Abbáte intercedénte, tuæ mensæ sacra libátio : quæ fragilitátem nostram et inter mundi tempestátes gubérnet et prótegat, et in portum perpétuæ salútis indúcat. Per Dóminum.

**Aux II. Vêpres.**

Hymn. 6.









Scándere sedes.

Mira decántant tua facta claudi,
Quosque tu morbis váriis gravátos
Mille sanásti, tua dona cuncti
Magna faténtur.
Quosque vexátos prius expiásti
Dæmonum dira feritáte, quosque
Cónsequi rursum véteris dedísti
Lúmina vitæ.

Inter eléctos modo collocáris,
Semper in cælis mérito triúmphans,
Fúlgidis sertis redimítus omni
Témpore sæcli.
Sit salus illi, decus atque virtus,
Qui supra cæli résidens cacúmen,
Tótius mundi máchinam gubérnat
Trinus et unus. Amen.

## FÊTES DE NOVEMBRE

DIMANCHE DANS L'OCTAVE DE LA TOUSSAINT

## Fête des Saintes Reliques.

**Double majeur.**

*Si ce Dimanche suit immédiatement la fête de la Toussaint, on dit les Vêpres entières de cette fête, sans mémoire des saintes Reliques ; mais si la fête des saintes Reliques tombe un autre jour dans l'Octave, ou le jour même de l'Octave de la Toussaint, on en fait l'Office sans mémoire de l'Octave. Enfin, si la fête des saintes Reliques est empêchée à son jour, selon les Rubriques, on la transfère par Indult au premier jour libre suivant.*

**Aux I. et II. Vêpres,** *Tout au Commun de Plusieurs Martyrs,* 609, 612.

*Messe au Supplément,* 1206.

## 5. Mémoire de S. Mathurin Confesseur.

**Collecte.**

DOMINE Deus omnípotens, qui fámulum tuum Mathurínum, ut sacerdótio tibi fungerétur, a pópulo segregásti : ejus nos intercessióne a peccatóribus ségrega ; ut secúndum vocatiónem nostram gens sancta et regále sacerdótium coram te efficiámur. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Justus. 648.

DIMANCHE APRÈS L'OCTAVE DE LA TOUSSAINT

## DÉDICACE DE TOUTES LES ÉGLISES DE FRANCE

**Double de I. Classe avec Octave.**

*Tout du Commun*, 681, *avec mémoire du Dimanche.*

## 11. S. Martin de Tours Évêque et Conf.

**Double majeur.**

*Comme au Propre des Saints*, 1029, *excepté :*

**A Vêpres, Hymne.**

Hymn. 8.








## 13. S. Stanislas Kostka Confesseur.

*Double.* (m. t. v.)

*Comme au Supplément,* 1208.

*Mémoire de* **S. Mérault de Boismé Confesseur.**

Collecte.

SANCTI Confessóris tui Mayrúlfi tríbue nos, Deus, supplicatiónibus fovéri : ut cujus commemoratiónem ánnuo celebrámus obséquio, ejus apud te intercessiónibus et méritis commendémur. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Os justi. 648.

## 14. Mémoire de Saint Clémentin Martyr.

Collecte.

BEATI Mártyris tui Clementíni intercessióne ab omni nos, Dómine quæsumus, adversitáte custódi : ut cujus festa gérimus, sentiámus auxílium. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Lætábitur. 600.

*Puis de* **Sainte Fercincte Vierge.**

Collecte.

DEUS castitátis amátor et innocéntiæ auctor : concéde nobis per mérita et intercessiónem gloriósæ Vírginis tuæ Fercínctæ ; ut præséntis vitæ prosperitátem et futúræ interminábilem felicitátem adipísci mereámur. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Dilexísti. 670.

## 16. Saint Didace Confesseur. *Semid.*

*Comme au Propre des Saints, 13 Novembre,* 1033.

## 21. Mémoire de S. Laon de Thouars Confesseur.

Collecte.

DEUS coróna Confessórum, exáudi nos in beáti Launi festivitáte lætántes : ejúsque précibus placátus et méritis, ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

*Secrète et Postcommunion de la Messe* Justus. 648.

## Fête de la Médaille Miraculeuse. *Double.*

*Comme au Supplément,* 1211.



# SUFFRAGES DES SAINTS PATRONS

### S. HILAIRE (pour tout le Diocèse.)

*Antienne.* O beáte Hilári. 14*.

℣. Sapiéntiam ejus enarrábunt gentes.
℟. Et laudem ejus enuntiábit Ecclésia.

*Oraison de la Fête.*

### S. AUBIN ÉVÊQUE ET CONFESSEUR

*Oraison.* Exáudi, quæsumus Dómine... commemoratióne deférimus. 635.

### SAINT BENOIT ABBÉ

*Ant.* O cæléstis norma vitæ. 41*. ℣. Justum.

*Oraison.* Omnípotens sempitérne Deus. 36*.

### SAINT GÉNÉROUX ABBÉ

Oraison.

CONCEDE, quæsumus omnípotens Deus : ut sicut beáti Genebrósi Abbátis memóriam celebrámus ; sic ad tua benefícia promerénda majestátem tuam pro nobis ipse prævéniat.

### S. GERMAIN D'AUXERRE ÉVÊQUE ET CONF.

*Oraison.* Da nobis... commemoratióne. 98*.

### SAINTE RADEGONDE

*Ant.* O mater pátriæ. 105*.

℣. Radegúndis. *sans* Allelúia.

*Oraison.* Deus qui beátam. 101*.

### SAINT PHILBERT ABBÉ

*Ant.* O beáte Filibérte. 107*.

℣. Ad te confúgimus beáte Filibérte.
℟. Súscipe preces nostras, et vitam nobis ímpetra beátam.

*Oraison.* Omnípotens et miséricors Deus. 108*.

## SAINT FLORENT CONFESSEUR

*Ant.* Florens Florénti. 121*.

℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

*Oraison.* Adésto, Dómine... commemoratióne deférimus. *du Commun,* 649.

## S. BENOIT D'AIZENAY ÉVÊQUE ET CONF.

*Ant.* Sacerdótum diadéma. 135*.

℣. Justum dedúxit. *Oraison.* Exáudi, quæsumus Dómine... commemoratióne deférimus. *du Commun,* 635.

## S. MARTIN DE VERTOU ABBÉ

*Ant.* Hic est Martínus. 138*.

℣. Justum dedúxit.

*Oraison de la Fête, en mettant* commemoratióne. 139*.

# EXPOSITION ET REPOSITION

## DU T. S. SACREMENT

### EXPOSITION

Aucun chant n'est requis pour l'exposition du très saint Sacrement, mais seulement l'encensement, lorsque l'ostensoir est placé sur le trône de l'exposition.

Si l'exposition doit être séparée de la reposition, même seulement par la Messe, ou un office quelconque, il est d'usage, au moment où l'on sort le très saint Sacrement du tabernacle, de chanter quelque strophe ou Antienne en son honneur, par exemple : *O salutaris*, *Panis Angelicus*, etc.

Si l'exposition est jointe à la reposition dans une fonction continue comme au Salut du T. S. Sacrement, on peut, avec la permission de l'Ordinaire, chanter pendant l'exposition diverses prières liturgiques, ou reçues par un antique usage, en l'honneur du T. S. Sacrement, de la sainte Vierge ou des Saints, suivant l'ordre indiqué plus loin.

### REPOSITION

L'ordre invariable de la reposition consiste dans le chant des strophes *Tantum ergo* et *Genitori*, suivi du ℣. *Panem de cælo* et de l'Oraison du très saint Sacrement, comme ci-après.

Si quelque autre Oraison est prescrite *sans verset* par l'Ordinaire, on l'ajoute à celle du très saint Sacrement sous une même conclusion, qui est celle de la dernière Oraison, et toujours la brève ; mais si quelque *verset* correspondant à l'Oraison est également ordonné, celle-ci doit être placée immédiatement après son verset, et avant le *Tantum ergo.*

# ORDRE GÉNÉRAL
## pour les Saluts du Très Saint Sacrement.

I. Un chant pour saluer le Saint Sacrement selon ce qui est marqué dans l'ordre particulier, N° I.

II. Le Psaume ou autre chant indiqué dans l'ordre particulier, N° II. Pendant ce temps, on peut être debout et tourné en chœur, à moins qu'il ne soit marqué autrement.

Ce N° II. s'omet 1° aux Saluts moins solennels, notamment à tous ceux qui se donnent avec le Saint Ciboire ; 2° lorsqu'une procession ou une instruction aura précédé le Salut ; 3° aux Saluts donnés sur la semaine pendant les mois de Mai et d'Octobre ; 4° quand, pour une raison spéciale, il y a lieu d'abréger le Salut.

A certaines Fêtes, au lieu du N° II. indiqué pour le Temps, on chante celui qui est marqué dans l'ordre particulier de ces Fêtes.

III. L'Antienne ou l'Hymne à la Sainte Vierge, indiquée au N° III. de l'Ordre particulier.

IV. La Prière pour le Souverain Pontife, 1224.

V. Les deux strophes *Tantum ergo* et *Genitori*.

Deux premiers chants, Appendice du Paroissien, 1215, 3e chant. 481.

### 4e Chant.

2.



T Antum ergo Sacraméntum Venerémur cérnu- i :



Et antíquum documéntum Novo cedat rí-tu- i : Præstet



fides suppleméntum Sénsu- um de- féctu- i.



Geni-tó-ri Geni-tóque Laus et jubi- lá-ti- o, Sa-lus, honor,





virtus quoque, Sit et benedícti- o : Procedénti ab utró-



que Compar sit lau-dá-ti- o. A-men.

℣. Panem et Oraison. 1216.

VI. Après la bénédiction on peut chanter le Psaume 116, *Laudate Dominum omnes gentes* ou *Adoremus*, comme ci-après, ou tout autre chant, même en langue vulgaire, approuvé toutefois par l'Ordinaire.

### Autre Chant.



A D-orémus in ætér-num sanctíssimum Sacraméntum·



Adorémus. Laudáte Dómi-num omnes gen-tes, laudáte e-



um omnes pó-puli. Adorémus. Quóni- am confirmáta



est super nos mise- ricórdi- a e- jus, et vé-ri-tas Dómi-



ni ma-net in æ-térnum. Adorémus. Glóri- a Patri,



glóri- a Fí- li- o, gló-ri- a Spi-rí-tu-i Sancto. Adorémus.



Sic-ut erat in princí-pi- o, et nunc, et semper, et in



sæcu-la sæcu-ló-rum. Amen. Adorémus.

# ORDRE PARTICULIER
## pour les différents temps de l'année et certaines fêtes.

*N. B.* Cet ordre particulier n'est aucunement obligatoire : il pourra donc être modifié selon les circonstances. On pourra aussi ne chanter qu'une partie des morceaux qui seront jugés trop longs.

## PENDANT L'AVENT

### I.




*La suite de l'Hymne,* 202.

### II.

**Psaume 66.**




*La suite du Psaume,* 147.

¶ *Au lieu du Psaume on peut chanter* Roráte. 1224.

### III.









### Immaculée Conception.

I. et II. *ci-dessus.*

III. *Hymne de Lourdes,* Omnis expértem. 1142.

## DE NOEL A LA PURIFICATION INCLUSIVEMENT

### I.

Ave verum. 1218.

### II.

### De Noël à la Circoncision inclusivement.

Adéste fidéles. 1226.

### Depuis la Circoncision jusqu'à la Purification.





Jerú-salem, alle-lú-ia, alle-lú-ia. ℟. In cordis júbi-lo Chri-

stum natum adorémus, Cum novo cántico.

2. Assúmpsit carnem Fílius, allelúia,
Dei Patris altíssimus, allelúia, allelúia. ℟. In cordis, etc.

3. Per Gabriélem núntium, allelúia,
Virgo concépit Fílium, allelúia, allelúia. ℟. In cordis.

4. Tamquam sponsus de thálamo, allelúia,
Procéssit matris útero, allelúia, allelúia. ℟. In cordis.

5. Hic jacet in præsépio, allelúia,
Qui regnat sine término, allelúia, allelúia. ℟. In cordis.

6. Et Angelus pastóribus, allelúia,
Revélat quod sit Dóminus, allelúia, allelúia. ℟. In cordis.

7. Reges de Saba véniunt, allelúia,
Aurum, thus, myrrhamófferunt, allel. allel. ℟. In cordis.

8. Intrántes domum ínvicem, allelúia,
Novum salútant Príncipem, allel. allel. ℟. In cordis.

9. De Matre natus Vírgine, allelúia,
Qui lumen est de lúmine, allel. allel. ℟. In cordis.

10. Sine serpéntis vúlnere, allelúia,
De nostro venit sánguine, allel. allel. ℟. In cordis.

11. In carne nobis símilis, allelúia,
Peccáto sed dissímilis, allelúia, allelúia. ℟. In cordis.

12. Ut rédderet nos hómines, allelúia,
Deo et sibi símiles, allelúia, allelúia. ℟. In cordis.

13. In hoc natáli gáudio, allelúia,
Benedicamus Domino, allelúia, allelúia. ℟. In cordis.

14. Laudétur sancta Trínitas, allelúia,
Deo dicámus Gratias, allelúia, allelúia. ℟. In cordis.

### III.

6.



S Alve Virgo singu-lá-ris : Virgo manens De- um pa-



ris, Ante sæcla ge-ne-rátum Corde Patris : Adorémus nunc





cre- á-tum Carne Matris.



Nos Marí- a tu- a prece A peccá-ti purga fæce : Nostri



cursum inco-lá-tus Sic dispóne, Ut det su-a fru- i Natus



Vi-si- óne.

## Fête du S. Nom de Jésus.

*Au lieu du* n° I. *on chante l'Hymne suivante.*

**Hymne des Laudes.**

2.



J Ésu, decus angé- licum, In aure dulce cánticum, In



ore mel mi-rí- ficum, In corde nectar cæ-licum.

2. Qui te gustant, esúriunt;
Qui bibunt, adhuc sítiunt;
Desideráre nésciunt
Nisi Jesum, quem díligunt.

3. O Jesu mi dulcíssime,
Spes suspiránti ánimæ!
Te quærunt piæ lácrimæ,
Te clamor mentis íntimæ.

4. Mane nobíscum Dómine,
Et nos illústra lúmine :
Pulsa mentis calígine,
Mundum reple dulcédine.

5. Jesu flos Matris Vírginis,
Amor nostræ dulcédinis,
Tibi laus, honor nóminis,
Regnum beatitúdinis. Amen.

## Fête de Saint Hilaire.

*On remplace le* n° II. *par l'Hymne suivante.*

**Hymne des Laudes.**

1.



E Xsul ad oras Phrýgi- æ Dulcísque memor fí-li- æ,



Laudes matu-tínas De-o Sic canébat Hi-lá-ri-us :

2. Lucis largítor spléndide,
Cujus seréno lúmine
Post lapsa noctis témpora
Dies refúsus pánditur :

3. Tu verus mundi lúcifer,
Non is qui parvi síderis
Ventúræ lucis núntius
Angústo fulget lúmine :

4. Sed toto sole clárior,
Lux ipse totus et dies,
Intérna nostri péctoris
Illúminans præcórdia.

5. Adésto, rerum Cónditor,
Patérnæ lucis glória,
Cujus admóta grátia
Nostra patéscunt córpora :

6. Tuo repléta spíritu
Secum Deum gestántia,
Ne rapiéntis pérfidi
Diris patéscant fráudibus :

7. Ut inter actus sæculi,
Vitæ quos usus éxigit,
Omni caréntes crímine
Tuis vivámus légibus.

8. Probrósas mentis cástitas
Carnis vincat libídines,
Sanctúmque puri córporis
Delúbrum servet spíritus.

9. Post hujus vitæ términum
Vitam perénnem tríbue,
Tuáque sancta déxtera
Tuére nos per sæcula.

10. Hæc spes precántis ánimæ,
Hæc sunt votíva múnera,
Ut matutína nobis sit
Lux in noctis custódiam.

11. Glória tibi, Génitor,
Glória Unigénito,
Cum Spíritu Paráclito
Nunc et per omne sæculum.
Amen.

¶ *Quand la Septuagésime arrive avant la Purification, on chante au* n° II. *le Ps.* Dóminus regit me. *ci-dessous.*

## DE LA PURIFICATION AU CARÊME

### I.

Panis Angélicus. 490.

### II.

**Psaume 22.**



6. F

D Ominus regit me, et nihil mihi dé-e-rit : * in lo-co páscu-æ ibi me collocávit. *Suite du Psaume,* 1086.



### III.



Hymn. 2.

M Arí- a mater grá-ti-æ, Dulcis Parens cleménti-æ,



Tu nos ab hoste pró-tege, Et mortis ho-ra súscipe.



Je-su ti-bi sit gló-ri-a, Qui na-tus es de Vírgine, Cum



Patre et almo Spí-ri-tu, In sempitérna sæcu-la. Amen.

¶ **Aux Quarante-Heures**, *on chante à genoux, les deux premiers jours, le Trait* Dómine non secúndum. 237 ; *le troisième jour, le Ps.* Miserére. *comme ci-dessous ; ensuite trois fois* Parce Dómine. 1217, *et à l'Oraison du très saint Sacrement, on joint sous une même conclusion l'Oraison suivante.*

Orémus.

Deus, qui culpa offénderis, pæniténtia placáris : preces pópuli tui supplicántis propítius réspice ; et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

*Si le troisième jour, il y a dans l'Église, procession du Ss. Sacrement, on chante l'Hymne* Pange lingua. 480, *en omettant les deux dernières strophes* Tantum ergo *et* Genitóri. *Dans le cas où elle ne suffirait pas, on la recommencerait autant de fois qu'il serait besoin en prenant à la seconde strophe,* Nobis datus.

## CARÊME

### I.

Pie pellicáne. — Jesu quem velátum. 1218.

### II.

**Psaume 50.**



2.

M I-serére me-*i* De-us, * secúndum magnam mi-se-



*ri*-córdi- am tu- am.

Et secúndum multitúdinem miseratiónum *tu*árum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lav me ab iniquitáte mea : * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego *co*gnósco : * et peccátum meum *con*tra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram *te* feci : * ut justificéris in sermónibus tuis, et *vin*cas cum judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus *con*céptus sum : * et in peccátis *con*cépit me mater mea.

Ecce enim veritátem di*lexí*sti : * incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ *mani*festásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et *mun*dábor : * lavábis me, et super *ni*vem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et *lætí*tiam : * et exsultábunt *os*sa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis : * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in *me* Deus : * et spíritum rectum ínnova in *vis*céribus meis.

Ne projícias me a fácie tua : * et spíritum sanctum tuum *ne* áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui : * et spíritu princípáli confírma me.

Docébo iníquos vi*as* tuas : * et ímpii *ad* te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ : * et exsultábit lingua mea *justí*tiam tuam.

Dómine lábia mea *a*péries : * et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem útique : * holocáustis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus : * cor contrítum et humiliátum *De*us non despícies.

Benígne fac Dómine in bona voluntáte tua Sion : * ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium justítiæ, oblatiónes et ho*lo*cásta : * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

*A la place du* Glória Patri *on dit à la fin :*



Mi-serére me- i De- us : mi-se-ré-re me- i.

¶ *Au lieu du Psaume, on peut chanter* Atténde. 1228.

*Ensuite trois fois* Parce Dómine. 1217.

### III.

*Prose* Invioláta. 1222.

¶ *Sur la Semaine, après l'Instruction du soir, on peut ne chanter que le* Parce Dómine. *trois fois, et le* Tantum ergo.



## Fête de l'Annonciation de la B. V. M.

I. *Comme ci-dessus.*

II. *Au lieu du Ps.* Miserére. *on chante le Ps. 66.* Deus misereátur nostri. *ci-dessus,* 152*.

III. ℟. Virgo parens Christi. 1223.

---

## AU TEMPS PASCAL

### I.

Ecce Panis Angelórum. — Tu qui cuncta scis et vales. 487.

### II.

## Pâques et Octave.

O fílii et fíliæ. 1230.

## Du Dimanche de Quasimodo à l'Ascension.

**Psaume 97.**




*La suite du Psaume,* 138.

## De l'Ascension à la Pentecôte.

**Psalmodie solennelle.**




in voce exsulta-ti-ónis. * Alle-lú-ia, alle-lú-ia.
℣. Quó-ni-am Dóminus excélsus, terrí-bi-lis : rex magnus
super omnem terram. Alle-lú-ia, allelú-ia, alle-lú-ia.
℣. Subjé-cit pópulos nobis : et gentes sub pédibus nostris.
* Alle-lú-ia, alle-lú-ia.
℣. E-légit nobis hæredi-tátem su-am : spé-ci-em Jacob quam
di-lé-xit. Alle-lú-ia : allelú-ia, alle-lú-ia.
℣. Ascéndit De-us in júbi-lo : et Dóminus in voce tubæ.
* Alle-lú-ia, alle-lú-ia.
℣. Psál-li-te De-o nostro psálli-te : psálli-te re-gi nostro, psál-
li-te. Alle-lú-ia : allelú-ia, alle-lú-ia.




℣. Quóni-am rex omnis terræ De-us : psálli-te sapi-énter.
* Alle-lú-ia, alle-lú-ia.
℣. Regnábit De-us super gentes : De-us sedet super sedem
sanctam su-am. Alle-lú-ia : alle-lú-ia, alle-lú-ia.
℣. Príncipes populórum congregá-ti sunt cum De-o Abra-
ham : quóni-am di-i fortes terræ veheménter e-levá-ti sunt,
* Alle-lú-ia, alle-lú-ia.
℣. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spirí-tu-i Sancto. Al-
le-lú-ia : alle-lú-ia, alle-lú-ia.
℣. Sicut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sæ-
cu-la sæcu-ló-rum. Amen. * Allelú-ia, alle-lú-ia. ℣. Alle-lú-



ia : alle-lú-ia, alle-lú-ia.

### Le jour de la Pentecôte et pendant l'Octave.

*Prose.* Veni sancte Spíritus. 467.

III.




C Oncórdi læ-tí-ti- a, Propúlsa mæstí-ti- a, Ma-rí-æ præcóni- a Réco-lat Ecclé-si- a : Virgo Ma-rí- a !

2. Quæ felíci gáudio,
Resurgénte Dómino,
Flóruit ut lílium,
Vivum cernens Fílium :
Virgo María !

3. Quam concéntu párili
Chori laudant cælici,
Et nos cum cæléstibus
Novum melos pángimus :
Virgo María !

4. O regína vírginum,
Votis fave súpplicum,
Et post mortis stádium,
Vitæ confer præmium :
Virgo María !

5. Gloriósa Trínitas,
Indivísa Unitas,
Ob Maríæ mérita,
Nos salva per sæcula :
Virgo María ! Amen.

## DE LA TRINITÉ A L'AVENT

I.

Panis Angélicus. 490. — Te trina Déitas. 491.

II.

*Ps.* Dóminus regit me. *(Comme plus haut,* 156*.)

III.

*Hymne.* O quam glorífica. 1223.

### Pendant l'Octave du Ss. Sacrement.

I. et II. *Hymne.* Adóro te. 1217.



III.




T E Mater alma Númi-nis, Orámus omnes súppli- ces, A fraude nos ut dæmonis Tu-a sub umbra pró-tegas.

2. Ob pérditum nostrum genus
Primi paréntis crímine,
Ad ínclytum Matris decus
Te Rex suprémus éxtulit.

3. Cleménter ergo próspice
Lapsis Adámi pósteris :
A te rogátus Fílius
Depónat iram víndicem.

4. Jesu tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et almo Spíritu,
In sempitérna sæcula.
Amen.

¶ *Dans les paroisses où les saluts du Saint Sacrement sont fréquents, on pourra partager comme il suit, le temps de la Trinité à l'Avent.*

## MOIS DE JUIN

I.

*Hymne.* Auctor beáte sæculi. 843.

II.

*Invocation.* Cor Jesu sacratíssimum. *trois fois,* 1217.

III.

℟. Virgo parens Christi. 1223.

### Fête de S. Pierre et S. Paul.

I. Cor Jesu sacratíssimum. *trois fois,* 1217.

II.




T U es Petrus, et super hanc petram ædi- ficábo Ecclé-si- am me- am. E u o u a e.

**Psaume 19.**

EXAUDIAT te Dóminus in die tribulatiónis : * prótegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxílium de sancto : * et de Sion tueátur te.

Memor sit omnis sacrifícii tui : * et holocáustum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi secúndum cor tuum : * et omne consílium tuum confírmet.

Lætábimur in salutári tuo : * et in nómine Dei nostri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas : * nunc cognóvi quóniam salvum fecit Dóminus Christum suum.

Exáudiet illum de cælo sancto suo : * in potentátibus salus déxteræ ejus.

Hi in cúrribus, et hi in equis : * nos autem in nómine Dómini Dei nostri invocábimus.

Ipsi obligáti sunt, et cecidérunt : * nos autem surréximus, et erécti sumus.

Dómine salvum fac regem : * et exáudi nos in die qua invocavérimus te.

III.

℟. Virgo parens Christi. 1223.

## MOIS DE JUILLET

I.

*Ant.* O sacrum convívium. 494.

II.

**Psaume 127.**




*Suite du Psaume*, 86.

III.











## MOIS D'AOUT

### I.

Ecce Panis Angelórum. — Tu qui cuncta scis et vales. 487.

### II.

**Psaume 147.**




*Suite du Psaume.* 90.



### III.

*Hymne.* O quam glorífica. 1223.

## Assomption.

I. *ci-dessus.*

II. *Au lieu du Psaume, on chante la Psalmodie solennelle suivante, à moins qu'on ne l'ait chantée à la Procession.*





3. ℣. Et fí-li- æ Ty-ri in munéribus * vultum tu-um deprecabúntur : omnes dívi-tes plebis. ℣. Omnis gló-ri-a e-jus fí-



li- æ Regis ab intus : * in fímbri- is áure- is circumamícta vari- e-tá-tibus. *Ant.* Paradí-si.



4. ℣. Adducéntur Regi vírgines post e-am : * próximæ e-jus afferéntur tibi. ℣. Affe-réntur in lætí-ti- a et exsulta-ti-



óne : * adducéntur in templum Regis. *Ant.* Paradí-si.



5. ℣. Glóri- a Patri, et Fí-li- o, * et Spi-rí-tu- i Sancto. ℣. Sicut



e-rat in princí-pi- o, et nunc, et semper, * et in sæcu-la sæculó-rum. Amen. *Ant.* Paradí-si.

## III.

Hymn. 2.



O vos æthé-re- i pláudi-te ci-ves : Hæc est illa di-





es cla-ra tri- úmpho, Qua Matrem pláci-da morte so-lú-



tam Na-tus sidé-re- a súsci-pit aula. 2. Quæ non, Virgo,



tibi dona repéndit! Cæ-li di-ví-ti- as éxpli-cat omnes;



Verbum vestí- e-ras carne : vi-cís- sim Te Verbum própri-



o lúmine vestit. 3. Qui ve-lo lá-tu- it carnis, apér-



ti Ple-no te sáti- at Nú-minis háustu; Et quem virgíne-



o lacte ci-bá- sti, In jugem tibi dat se De- us e-



scam. 4. O concéssa tibi quanta poté-stas! Per te quanta



venit grá- ti- a terris! Cunctis cæ-lí-tibus célsi- or u- na,



So-lo facta minor, Virgo, To-nánte. 5. Quæ Re-gína sedes



próxima Christo, Alto de só-li- o vo-ta tu-órum Audi :



namque po-tes flléctere Na- tum, Virgo Mater : amas nos



quoque natos. 6. Divínæ Sóbo-li qui dare matrem In ter-



ris vó-lu-it, gló-ri- a Patri; Cu-jus Virgo pa-rens, glóri- a



Na- to; Quo fœcúnda, ti-bi gló-ri- a Flamen. Amen.

## MOIS DE SEPTEMBRE

### I.

*Ant.* O quam suávis est. 482.

### II.

**Psaume 115.**

3. E



C Rédi-di propter quod locú-tus sum : * ego autem hu-



mi- li- átus sum nimis.

*Suite du Psaume,* 85.

### III.

*Hymne de Lourdes.* Omnis expértem. 1142.

## MOIS D'OCTOBRE

### I.

6.



O Sa-lutá-ris Hósti- a Quæ cæ-li pandis ósti- um





Bella premunt hostí-li- a Da robur, fer auxí-li- um.

Uni trinóque Dómino
Sit sempitérna glória :
Qui vitam sine término
Nobis donet in pátria. Amen.

*On récite ensuite le chapelet, les Litanies et la prière à saint Joseph.*

III. *On peut chanter la Séquence suivante.*

### Séquence.

1.



D E- i Matris cántibus Solémni- a Réco-lat so-lémni-



bus Ecclési- a : Vota tu- is áuribus Concí-li- a, Te devó-tis



vócibus Laudánti- a, Digna dignis láudibus.



℟. O glo-ri- ósa Dómina, Quorum laudant cármina, Precá-



mur, de-le crímina.



2. Tu- a nos restí-tu- it Concépti- o, Quos serpéntis óbru- it



Decépti- o : De mortis erí-pu- it Confíni- o, Et finem im-



pósu- it Exsí-li- o, Quod Heva proméru- it. ℟. O glori- ósa.



3. Est et vene-rábi-lis So-lémni-tas Nobis tu-a nóbi-lis Na-



tívi-tas : Súrgeret ut frági-lis Humí-li-tas, Per quam venit



húmi-lis Sublími-tas Incomprehensíbi-lis. ℟. O glori- ósa.



4. Quam tibi vox áttu-lit Angé-li-ca, Mundum salus éxtu-lit



Ad cæli-ca : Bona secum détu-lit Viví- fica, Ma-la nobis



ábstu-lit Mortí- fica, Et salú-tem cóntu-lit. ℟. O glori- ósa.



5. Pudóris perínclу-tus In te ni-tor, Fuscántis nec há-li-tus



Est cógni-tor : Ex te nobis édi-tus Est Cónditor : Idem ti-



bi géni-tus Et géni-tor Patris Unigéni-tus. ℟. O glori- ósa.



6. Te decet fœcúndi-tas Virginá-lis, Lúminum festí-vi-tas Spi-



ri-tá-lis : Cera est virgíni-tas Parentá-lis, Linum est hu-





mí- li-tas Fi-li- á-lis : Ignis est Diví-ni-tas. ℟. O glori- ósa.



7. Ades ergo mí-se-ris Supplícibus, Et nostri memíne-ris,



Ut pré-cibus Nos conjúngas súperis Spi-rí-tibus, Quo prælá-



ta céte-ris Cæ-léstibus, Fructu tu-o frú-e-ris. ℟. O glori- ósa.

## MOIS DE NOVEMBRE

### I.

℟. Homo quidam. 1218.

### II.

**Psaume 149.**

2. A



C Antáte Dómino cánticum novum : * laus e-jus in



ecclé-si- a sanctórum.

*Suite du Psaume,* 149.

### III.

**Supplication à la T. S. Vierge pour les Morts.**

6.



L Anguéntibus in Purgatóri- o, Qui purgántur ardó-



re ními- o, Et torquéntur gravi supplí-ci- o, Subvéni- at









## Dédicace des Églises de France.

I. ℟. Homo quidam. 1218.

II. *Au lieu du Ps. 149.* Cantáte Dómino. *on chante le Ps. 83.*




Cor meum et caro mea * exsultavérunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum : * et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altária tua Dómine virtútum : * rex meus et Deus meus.

Beáti qui hábitant in domo tua Dómine : * in sæcula sæculórum laudábunt te.

Beátus vir cujus est auxílium abs te : * ascensiónes in corde suo dispósuit, in valle lacrimárum, in loco quem pósuit.

Etenim benedictiónem dabit

legislátor, ibunt de virtúte in virtútem : * vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum exáudi oratiónem meam : * áuribus pércipe Deus Jacob.

Protéctor noster ádspice Deus : * et réspice in fáciem Christi tui :

Quia mélior est dies una in átriis tuis, * super míllia.

Elégi abjéctus esse in domo Dei mei, * magis quam habitáre in tabernáculis peccatórum.

Quia misericórdiam et veritátem díligit Deus : * grátiam et glóriam dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos qui ámbulant in innocéntia : * Dómine virtútum, beátus homo qui sperat in te.

Glória Patri.

*Au lieu du Ps.* Quam dilécta *on peut chanter la Séquence suivante.*

5.



J Erúsa-lem et Si- on fí- li- æ, Cœtus omnis fidé-lis



cúri- æ, Me-los pangant jugis lætí- ti- æ : Alle-lú-ia. Chri-



stus enim, norma justí-ti- æ, Matrem nostram despónsat hó-



di- e, Quam de lacu traxit mi-sé-ri- æ, Ecclé-si- am. Hanc



sángui-nis et aquæ múnere, Dum pendéret in crucis árbo-



re, De própri- o produxit lá-tere De- us homo. Forma-ré-



tur ut sic Ecclé-si- a, Fi-gurá-tur in prima fémina, Quæ



de costis Adæ est édi-ta Ma-ter Heva. Heva fu- it novérca





póste-ris : Hæc est mater e-lécti géne-ris, Vitæ parens a-sý-



lum míse-ris, Et tuté-la. Hæc est cymba qua tu-ti véhimur,



Hoc ovíle quo tecti cóndimur : Hæc colúmna qua firmi



ní-timur Ve-ri-tá-tis. O solémnis festum lætí-ti- æ, Quo u-



ní-tur Christus Ecclé-si-æ, In quo nostræ salú-tis núpti-æ



Ce-lebrántur! Justis inde solvúntur præmi- a, Lapsis autem



donátur véni- a : Et sanctórum augéntur gáudi- a Ange-



lórum. Ab ætérno fons sapi- énti- æ, Intú- i- tu so-lí- us



grá-ti- æ, Sic præví-dit in rerum sé-ri- e Hæc fu-tú-ra.



Christus jungens nos su- is núpti- is, Recre- á-tos ve-ris de-



lí-ci- is; Inter-ésse fá-ci- at gáudi- is E-lectórum. A-men.

## Saint Martin de Tours.

I. et III. *Comme ci-dessus.*

II. *Au lieu du Ps.* Cantáte *on peut chanter la Séquence suivante.*

**Séquence.**

5.



Gaude Si- on, quæ di- em réco-lis, Qua Martínus, com-



par Apósto-lis, Mundum vincens, junctus cælí-co-lis Coro-



ná-tur. Hic Martínus, pauper et módicus, Servus prudens,



fidé-lis vílli-cus, Cælo dives, civis angé-licus Sublimá-tur.



Hic Martínus, jam catechúmenus Nudum vestit, et nocte pró-



tinus In sequénti, hac veste Dóminus Est indútus. Hic



Martínus, spernens mi-lí-ti- am, Inimí-cis inérmis óbvi- am



Ire parat, baptísmi grá-ti- am Assecú-tus. Hic Martínus,



dum offert hósti- am, Intus ardet per De- i grá-ti- am : Su-



persédens appáret é-ti- am Globus ignis. Hic Martínus, qui





cælum rése-rat, Ma-ri præ-est et terris ímperat, Morbos sa-



nat et monstra súperat, Vir insígnis. Hic Martínus nec mo-



ri tímu- it, Nec vivéndi labórem réspu- it, Sicque De- i se



totum tríbu- it Vo-luntá- ti. Hic Martínus, qui nulli nócu-



it, Hic Martí-nus, qui cunctis prófu- it, Hic Martínus, qui



trinæ plácu- it Ma-jestá- ti. Hic Martínus, cujus est óbi-tus



Severíno per visum cógni-tus, Dum cæléstis canit exércitus



Dulce me-los. Hic Martínus, cujus Sulpí-ti- us Vi-tam scribit,



adstat Ambrósi- us Sepultúræ, nil si-bi cónsci- us, Intrat



cælos. O Martíne, pastor egrégi- e, O cæléstis consors mi-



lí-ti-æ, Nos a lupi deféndas rábi- e Sævi- éntis. O Mar-



tíne, fac nunc quod gésseras, De-o preces pro nobis ófferas,



Esto memor, quam nunquam déseras Tu-æ gentis. A- men.

## Fête du Titulaire.

Si le Titulaire est la **Ss. Trinité**, on ne change rien à l'ordre du temps.

Si c'est la **Transfiguration**, ou une **Fête de la Croix**, on chante au n° II. le Ps. 97. *Cantate... quia mirabilia fecit*, 159*.

Où la **Sainte Vierge** est Titulaire, on omet le n° II. à cause de la Procession. Si toutefois la Procession n'avait pas lieu, on chanterait en entier et à genoux les Litanies de Lorette, au lieu des n^os^ II. et III.

Quand le Titulaire est un Saint pour la Fête duquel il n'y a aucune indication spéciale dans l'Ordre particulier, ou dont on n'a ni Antienne, ni Séquence ou Hymne propres à chanter, on prend pour le n° II. le Ps. 149. *Cantate... laus ejus*, 173*.

## Salut pour la clôture de l'Adoration perpétuelle.

A la Procession, on chante l'Hymne *Pange lingua*, 480, et le Ps. 50. *Miserere*, 309, dont chaque verset pourrait être alterné avec le *Parce Domine*, 1217, selon la durée de la Procession. En rentrant au chœur, trois fois *Parce Domine* et le *Tantum ergo*.

Après la Bénédiction, on chante *Adoremus*, 151*.

## Salut d'Action de Grâces.

Tout selon le temps, excepté le n° II. que l'on remplace par le *Te Deum*, 59, pendant lequel on est debout sauf le ℣. *Te ergo quæsumus*, où on est à genoux. A l'Oraison du Ss. Sacrement on joint sous une même conclusion l'Oraison *Deus, cujus misericordiæ*, 61.

## Bénédiction donnée avec le saint ciboire.

Tout selon le temps, excepté le n° II. que l'on omet, ou que l'on remplace en Carême par le *Parce Domine*.



# SALUT DE LA VRAIE CROIX

## I.

1.



O Crux ave, spes ú- ni-ca, * In hac tri- úmphi glóri-



a, Auge pi- is justí-ti- am, Re- ís-que dona véni- am.

* **Au Temps de la Passion.** Hoc Passiónis témpore.

* **Au Temps Pascal.** In hoc pascháli gáudio.



Te summa De- us Trí- ni-tas, Colláudet omnis spí-ri-tus :



Quos per cru-cis mysté-ri- um Salvas re-ge per sæcula.



A-men.

*Au lieu des strophes précédentes, on peut chanter l'une des Antiennes ci-après.* — O Crux splendídior. 820. — Crucem sanctam. 825. — Crucem tuam. 359.

## II.

*La Strophe* Sancta Mater istud agas *et les deux dernières* Christe cum sit hinc exíre. — Quando corpus moriétur ; *du* Stabat. 1229. *ou* 797.

℣. Omnis terra adóret te, et psallat tibi.
℟. Psalmum dicat nómini tuo Dómine.

Orémus.

PERPETUA nos, quæsumus Dómine, pace custódi : quos per lignum sanctæ Crucis redímere dignátus es : Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

¶ *A la fête de Notre-Dame des Sept-Douleurs, on ajoute sous une même conclusion l'Oraison suivante.*

INTERVENIAT pro nobis, quæsumus Dómine Jesu Christe : nunc et in hora mortis nostræ, apud tuam cleméntiam beáta Virgo María Mater tua ; cujus sacratíssimam ánimam in hora tuæ passiónis dolóris gládius pertransívit : Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. Amen.

**Au Temps Pascal.**

℣. Dícite in natiónibus, allelúia.
℟. Quia Dóminus regnávit a ligno, allelúia.

Orémus.

DEUS, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem : concéde nobis fámulis tuis ; ut resurrectiónis grátiam consequámur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

*Pendant que les fidèles vénèrent la relique de la vraie Croix on peut chanter l'Hymne* Vexílla Regis. 267, *en changeant à la strophe* O crux ave *le second vers comme il est marqué ci-dessus. L'Hymne* Pange lingua gloriósi *avec l'Antienne* Crux fidélis, *telle qu'on la chante au Vendredi Saint, convient très bien pour la circonstance. On peut aussi chanter en l'honneur de la Croix, des cantiques approuvés pour le Diocèse.*

*Tandis qu'on repose la sainte relique au lieu où elle se conserve ordinairement, on chantera le Ps.* 116. Laudáte Dóminum. 85, *ou bien l'on continuera les Cantiques.*

# PROCESSIONS

Pour toutes les Processions, on se conformera exactement à ce qui est indiqué dans le Rituel, en tenant compte de ce qui suit.

## Le jour de Pâques.

Lorsque les Vêpres sont entièrement terminées, on se rend aux fonts baptismaux, en chantant le Ps. 97. *Cantate Domino... quia mirabilia,* 138, sur le 2. ton en A. Aux fonts : ℣. *Dicite,* et Oraison *Deus, qui pro nobis,* 68. En revenant : Prose *O filii,* 1232, que l'on omettra ce jour-là au Salut du Saint Sacrement.

## Le jour de S. Marc et aux Rogations.

Voir au Paroissien, 441.

Si les Litanies ne suffisent pas, lorsqu'elles sont terminées jusqu'aux Prières exclusivement, on chante sans Antienne quelques-uns des Psaumes Pénitentiaux, 1233, en les terminant chacun par *Gloria Patri.*

Si l'on fait une station dans quelque église, on interrompt les Litanies ou les Psaumes, pour chanter l'Antienne, le ℣. et l'Oraison du Titulaire de cette église, suivant le rite pascal. (S. R. C. 9 Mai 1857, *in Parmen. ad 1.*)

En quittant l'église de station, on reprend les Litanies ou les Psaumes interrompus.

Si l'on devait terminer la procession à l'église même de la station et y chanter la messe de station, ce qui est plus régulier, quand on a la facilité de le faire, en arrivant dans cette église, on n'y interromprait pas les Litanies, mais on les y achèverait à genoux, ainsi que les autres Prières.

## Procession
## du Très Saint Sacrement.

On suit l'ordre du Rituel, comme il est indiqué au Paroissien à la Fête du Très Saint Sacrement, 489.

## Procession
## en l'honneur de la Sainte Vierge.

1. On chante à genoux les Litanies de Lorette, en doublant toutes les invocations jusqu'à *Christe exaudi nos,* inclusivement; puis on se lève après *Sancta Maria, ora pro nobis,* et l'on part en procession.

2. Les Litanies de Lorette, aussi bien que celles des Saints, doivent toujours se chanter en entier ; si au retour de la procession elles n'étaient pas terminées, on les achèverait à genoux dans le chœur.

3. Si les Litanies ne suffisaient pas pour la durée de la procession, on y ajouterait quelque Hymne, Antienne, Répons, Psaume ou Cantique tiré de l'Office de la sainte Vierge; mais l'on terminerait toujours la procession par le ℣. et l'Oraison qui suivent les Litanies.

4. Hors le cas de la procession, les Litanies de Lorette se chantent tout entières à genoux : l'Officiant seul se lève pour l'Oraison.

1. Chant. 1219.

2. Chant. 1221.

### 3. Chant.








Pa- ter de cæ- lis De- us, mise-ré-re nobis.
Fi-li Redémptor mundi De- us, mise-ré-re nobis.
Spí- ritus Sancte De- us, mise-ré-re nobis.
Sancta Trínitas u- nus De- us, mise-ré-re nobis.



Sancta Marí- a, o-ra pro nobis.



Sancta De- i Gé-nitrix, o-ra pro nobis.

*La suite du texte des Litanies,* 1220.



A -gnus De- i, qui tollis peccáta mundi, parce nobis



Dómine. Agnus De- i, qui tollis peccá-ta mundi, exáudi



nos Dómine. Agnus De- i, qui tol-lis peccá-ta mundi,



mise-rére nobis.

### 4. Chant.





Pater de cæ-lis De- us, mise-ré-re nobis. Fi- li redémptor



mundi De- us, mise-rére nobis. Spí-ri-tus Sancte De- us,



mise-ré-re no-bis. Sancta Tríni-tas unus De- us mise-rére



nobis. Sancta Ma-rí- a, o-ra pro nobis. Sancta De- i



Génitrix, o- ra pro nobis. etc. Agnus De- i, qui tollis pec-



cá-ta mundi, parce no-bis Dómine. Agnus De- i, qui



tollis peccáta mundi, exáudi nos Dómine. Agnus De- i,



qui tollis peccáta mundi, mi-se-ré-re nobis.

## 5. Chant.

5. C



K Y-ri- e e-lé- i-son. *ij.* Chri-ste e-lé- i-son. *ij.* Ký-



ri- e e- lé- ison. *ij.* Christe audi nos. *ij.* Christe exáudi



nos. *ij.* 1. Pater de cælis De- us, mi-se-ré-re nobis. Fi-li Red-





émptor mundi De- us, mise-rére nobis. 2. Spí-ri-tus Sancte



De- us, mise-rére nobis.

℣. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus.

DEFENDE, quæsumus Dómine, beáta María semper Vírgine intercedénte, istam ab omni adversitáte famíliam : et toto corde tibi prostrátam, ab hóstium propítius tuére cleménter insídiis. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

*On chante ensuite l'Ant.* Sub tuum præsídium. 1222.

**Le jour de l'Assomption**, on fait après les Vêpres, pour accomplir le vœu de Louis XIII, une procession très solennelle en l'honneur de la sainte Vierge. Si les Litanies de Lorette ne suffisaient pas pour la durée de la Procession, on pourrait chanter le Cantique *Magnificat*, les Hymnes *Præclara Custos Virginum*, 1192; *Sæpe dum Christi*, 1158; *Ave Maris stella*, 690; ou la Prose suivante :

## Prose dite de S. Casimir.

1.



O -mni di- e Dic Ma-rí- æ, Me- a, laudes, ánima :



Ejus festa, Ejus gesta Co-le splendidíssima. Contemplá-



re Et mirá-re Ejus celsitú-dinem, Dic fe-lí-cem Geni-



trícem, Dic be-á-tam Vírginem. Ipsam cole, Ut de mole



Críminum te líbe-ret : Hanc appélla, Ne procélla Vi-ti- ó-









*Au retour à l'église on termine à genoux les Litanies, et au lieu de l'Oraison* Deféndе. *ci-dessus,* 187*, *on dit les trois suivantes sous une seule conclusion.*

VENERANDA nobis, Dómine, hujus diéi festívitas opem cónferat salutárem : in qua sancta Dei Génitrix mortem súbiit temporálem ; nec tamen mortis néxibus déprimi pótuit, quæ Fílium tuum Dóminum nostrum Jesum Christum de se génuit incarnátum.

DEUS, qui sanctíssimam Vírginem Maríam Genitrícem tuam, super choros Angelórum exaltátam, fidélibus tuis patrónam providísti : óculis misericórdiæ Francórum regnum benígnus réspice, quod tutélæ ejúsdem Vírginis rex piíssimus voto perpétuo commendávit.

DEUS, Rex regum, ac regnórum dominátor et custos, qui Unigénitum Fílium tuum Dóminum nostrum sanctíssimæ Vírgini Matri súbditum esse voluísti, ut in eo nobis humilitátis exémplum præsignáres : fidélis pópuli vota secúndo favóre prosequere ; ut qui ejúsdem se gloriósæ Vírginis tutélæ devóta sponsióne cónsecrant, perpétuæ in hac vita tranquillitátis, et ætérnæ libertátis in cælo prǽmia consequántur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

## Procession au feu de joie

### la veille ou le jour de la Nativité de S. Jean-Baptiste.

*En allant, Hymne* Ut queant laxis. 868.

℣. Inter natos mulíerum non surréxit major.
℟. Joánne Baptísta.

**Oraison.**

PRÆSTA, quǽsumus omnípotens Deus : ut família tua per viam salútis incédat, et beáti Joánnis Præcursóris hortaménta sectándo, ad eum quem prædíxit, secúra pervéniat, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. ℟. Amen.

*En revenant, Cant.* Benedíctus. 151, *sur le ton royal.* ℣. Iste puer. 869. *Oraison de la Fête,* 865.

## Procession

## au Cimetière le jour des Morts.

*En allant, Ps.* 50. Miserére. 309; *et si la longueur du chemin le demande, on y ajoute quelques-uns des Psaumes Pénitentiaux,* 1233, *ou d'autres Psaumes de l'Office des Morts, en concluant chaque Psaume par* Réquiem ætérnam, Et lux perpétua.

*Devant la croix du cimetière, on fait l'Absoute pour les défunts de la paroisse.* ℟. Líbera me. IIII. Kýrie *et les* ℣℣. 1112.

1re **Oraison.** Deus qui inter apostólicos. 1107.
2e **Oraison.** Deus véniæ largítor. 1107.

**Oraison.**

DEUS, cujus miseratióne ánimæ fidélium requiéscunt : fámulis et famulábus tuis, et ómnibus hic et ubíque in Christo quiescéntibus, da propítius véniam peccatórum ; ut a cunctis reátibus absolúti, tecum sine fine læténtur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

℣. Réquiem ætternam dona eis Dómine. ℟. Et lux.
℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.

℣. Animæ eórum et ánimæ ómnium fidélium defunctórum per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

*On retourne à l'église en psalmodiant à deux chœurs le Ps.* De profúndis *avec l'Ant.* Si iniquitátes. *comme après les enterrements.*



## Procession pour demander la pluie.

*Comme au Paroissien,* 1231.

## Procession pour demander le beau temps.

*Comme au Paroissien,* 1232.

## VISITE PASTORALE

### I. RÉCEPTION DE L'ÉVÊQUE DIOCÉSAIN

1. *Lorsque le Prélat a baisé la Croix, on chante l'Antienne ou le Répons ci-après, que l'on poursuit en s'avançant vers l'église.*






*Si ces chants ne suffisent pas, on pourra y ajouter d'autres Répons, Cantiques ou Hymnes convenables pour la circonstance, par exemple, le Cantique* Benedíctus. 151.

2. *A la porte de l'église, le Curé, debout, présente, avec les cérémonies accoutumées, l'aspersoir à l'Évêque, et lui fait bénir l'encens en disant :* Benedícite Pater Reverendíssime ; *puis il encense l'Évêque de trois coups, et la procession s'avance vers l'autel, en chantant le* Te Deum. 59.

3. *En arrivant à l'autel, le Curé monte sur le marchepied au coin de l'Épître, et tourné vers l'Évêque, qui reste à genoux devant l'autel, il chante les Versets et l'Oraison qui suivent.*

℣. Protéctor noster ádspice Deus.
℟. Et réspice in fáciem Christi tui.
℣. Salvum fac servum tuum.
℟. Deus meus sperántem in te.
℣. Mitte ei Dómine auxílium de Sancto.
℟. Et de Sion tuére eum.
℣. Nihil proficiat inimícus in eo.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, humílium visitátor, qui eos patérna dilectióne consoláris : præténde societáti nostræ grátiam tuam ; ut per eos in quibus hábitas, tuum in nobis sentiámus advéntum. Per Dóminum nostrum.



4. *On chante ensuite une Antienne avec son ℣. et l'Oraison du Titulaire de l'église ; l'Oraison est chantée au coin de l'épître par l'Évêque, qui donne ensuite la bénédiction solennelle, comme il suit :*

℣. Sit nomen Dómini benedíctum.
℟. Ex hoc nunc et usque in sæculum.
℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.

Benedícat vos omnípotens Deus, Pater ✠ et Fílius ✠ et Spíritus ✠ Sanctus.
℟. Amen.

## II. CONFESSION DU PEUPLE

### Concession des Indulgences et Absolution générale.

1. *Le Curé, ou un autre clerc, debout et incliné devant l'Évêque, chante la confession comme il suit, selon le rite accoutumé.*





ánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum,



omnes Sanctos, et te Pater, orá-re pro me ad Dóminum



De- um nostrum.

**2. Publication des Indulgences.** Reverendíssimus in Christo Pater et Dóminus, Dóminus *N.* Dei et Apostólicæ Sedis grátia hujus sanctæ Lucionénsis Ecclésiæ Epíscopus, dat et concédit ómnibus hic præséntibus quadragínta dies de vera Indulgéntia in forma Ecclésiæ consuéta. Rogáte Deum pro felíci statu Sanctíssimi Dómini nostri *N.* divína Providéntia Papæ *N.*, Dominatiónis suæ Reverendíssimæ, et sanctæ Matris Ecclésiæ.

*En français :* Notre Révérendissime Père et Seigneur en Jésus-Christ, Monseigneur *N.*, par la grâce de Dieu et du Saint-Siège Apostolique, Évêque de cette sainte Église de Luçon, donne et accorde à toutes les personnes ici présentes quarante jours, d'une véritable Indulgence en la forme accoutumée de l'Église. Priez Dieu pour la prospérité de Notre Très Saint-Père le Pape *N.*, de Sa Révérendissime Grandeur, et de notre sainte Mère l'Église.

**3. Absolution générale et Bénédiction solennelle,** *pendant lesquelles on est à genoux.*

Précibus et méritis beátæ Maríæ semper Vírginis, beáti Michaélis Archángeli, beáti Joánnis Baptístæ, sanctórum Apostolórum Petri et Pauli et ómnium Sanctórum misereátur vestri omnípotens Deus, et dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

Indulgéntiam, absolutiónem et remissiónem peccatórum vestrórum tríbuat vobis omnípotens et miséricors Dóminus.
℟. Amen.

Et benedíctio Dei omnipoténtis, Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti, descéndat super vos et máneat semper.
℟. Amen.



## III.

### CONFIRMATION

*On chante d'abord à genoux, l'Hymne* Veni Creátor. 463.

℣. Spíritus Sanctus supervéniat in vos, et virtus Altíssimi custódiat vos a peccátis.
℟. Amen.
℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui regeneráre dignátus es hos fámulos tuos ex aqua et Spíritu Sancto, quique dedísti eis remissiónem ómnium peccatórum : emítte in eos septifórmem Spíritum tuum Sanctum Paráclitum de cælis. ℟. Amen.

Spíritum sapiéntiæ et intelléctus.
℟. Amen.

Spíritum consílii et fortitúdinis.
℟. Amen.

Spíritum sciéntiæ et pietátis.
℟. Amen.

Adímple eos Spíritu timóris tui, et consígna eos signo cru✠cis Christi, in vitam propitiátus ætérnam. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.
℟. Amen.

*En faisant l'onction du saint Chrême, l'Évêque dit à chaque confirmand :*

*N.* Signo te signo cru✠cis. Et confírmo te Chrísmate salútis. In nómine Pa✠tris, et Fí✠lii, et Spíritus ✠ Sancti.
℟. Amen.

*A la fin de la confirmation, et pendant que le Prélat se lave les mains, on chante l'Antienne suivante.*

Ant. 8.



C Onfírma hoc De- us quod operátus es in no-bis,



a templo sancto tu- o, quod est in Jerúsa-lem. ℣. Glóri- a




Amen. *On répète* Confírma hoc.

*L'Évêque dit ensuite :*

℣. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam.
℟. Et salutáre tuum da nobis.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DEUS, qui Apóstolis tuis Sanctum dedísti Spíritum, et per eos eorúmque successóres céteris fidélibus tradéndum esse voluísti : réspice propítius ad humilitátis nostræ famulátum, et præsta; ut eórum corda, quorum frontes sacro Chrísmate delinívimus, et signo sanctæ Crucis signávimus, idem Spíritus Sanctus in eis supervéniens templum glóriæ suæ dignánter inhabitándo perfíciat. Qui cum Patre et eódem Spíritu Sancto vivis et regnas Deus per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Ecce sic benedicétur omnis homo qui timet Dóminum.

Bene✠dícat vos Dóminus ex Sion, ut videátis bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ vestræ, et habeátis vitam ætérnam. ℟. Amen.

# ADDITIONS

## HYMNES ET PSAUMES DES PETITES-HEURES

### A PRIME

**Hymne.**

JAM lucis orto sídere,
Deum precémur súpplices,
Ut in diúrnis áctibus
Nos servet a nocéntibus.
Linguam refrænans témperet,
Ne litis horror ínsonet :
Visum fovéndo cóntegat,
Ne vanitátes háuriat.
Sint pura cordis íntima,
Absístat et vecórdia :
Carnis terat supérbiam
Potus cibíque párcitas.
Ut cum dies abscésserit,
Noctémque sors redúxerit,
Mundi per abstinéntiam
Ipsi canámus glóriam.
¶ Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc et per omne sæculum.
Amen.

*A Noël et jusqu'à l'Épiphanie, à la fête et pendant l'Octave du Très Saint Sacrement, aux fêtes de la Sainte Vierge et pendant leurs Octaves, à moins qu'il ne soit marqué autrement dans le Bréviaire, au lieu de la Doxologie précédente, on dit celle-ci :*

Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, et almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

*Pour la fête de l'Épiphanie et pendant l'Octave :*

Jesu, tibi sit glória,
Qui apparuísti géntibus,
Cum Patre, et almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

*Depuis le Dimanche de Quasimodo jusqu'à l'Ascension.*

Deo Patri sit glória,
Et Fílio qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula. Amen.

*A la Pentecôte et pendant l'Octave on dit la Doxologie précédente, excepté le dernier vers :*

In sæculórum sæcula. Amen.

*A l'Ascension, et jusqu'à la Pentecôte.*

Jesu, tibi sit glória,
Qui victor in cælum redis,
Cum Patre, et almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

### Psaume 53.

DEUS in nómine tuo salvum me fac : * et in virtúte tua júdica me.

Deus exáudi oratiónem meam : * áuribus pércipe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt advérsum me, et fortes quæsiérunt ánimam meam : * et non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus ádjuvat me : * et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Avérte mala inimícis meis : * et in veritáte tua dispérde illos.

Voluntárie sacrificábo tibi, * et confitébor nómini tuo Dómine : quóniam bonum est.

Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me : * et super inimícos meos despéxit óculus meus.

### Psaume 118.

BEATI immaculáti in via : * qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti qui scrutántur testimónia ejus : * in toto corde exquírunt eum.

Non enim qui operántur iniquitátem, * in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandásti * mandáta tua custodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ, * ad custodiéndas justificatiónes tuas !

Tunc non confúndar, * cum perspéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directióne cordis : * in eo quod dídici judícia justítiæ tuæ.

Justificatiónes tuas custódiam : * non me derelínquas usquequáque.

In quo córrigit adolescéntior viam suam ? * in custodiéndo sermónes tuos.

In toto corde meo exquisívi te : * ne repéllas me a mandátis tuis.

In corde meo abscóndi elóquia tua : * ut non peccem tibi.

Benedíctus es Dómine : * doce me justificatiónes tuas.

In lábiis meis, * pronuntiávi ómnia judícia oris tui.

In via testimoniórum tuórum delectátus sum, * sicut in ómnibus divítiis.

In mandátis tuis exercébor : * et considerábo vias tuas.

In justificatiónibus tuis meditábor : * non oblivíscar sermónes tuos.

RETRIBUE servo tuo, vivífica me : * et custódiam sermónes tuos.

Revéla óculos meos : * et considerábo mirabília de lege tua.

Incola ego sum in terra : * non abscóndas a me mandáta tua.

Concupívit ánima mea desideráre justificatiónes tuas, * in omni témpore.

Increpásti supérbos : * maledícti qui declínant a mandátis tuis.

Aufer a me oppróbrium et contémptum : * quia testimónia tua exquisívi.

Etenim sedérunt príncipes, et advérsum me loquebántur : * servus autem tuus exercebátur in justificatiónibus tuis.



Nam et testimónia tua meditátio mea est : * et consílium meum justificatiónes tuæ.

Adhæsit paviménto ánima mea : * vivífica me secúndum verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, et exaudísti me : * doce me justificatiónes tuas.

Viam justificatiónum tuárum ínstrue me : * et exercébor in mirabílibus tuis.

Dormitávit ánima mea præ tædio : * confírma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámove a me : * et de lege tua miserére mei.

Viam veritátis elégi : * judícia tua non sum oblítus.

Adhæsi testimóniis tuis Dómine : * noli me confúndere.

Viam mandatórum tuórum cucúrri : * cum dilatásti cor meum.

---

## A TIERCE

### Hymne.

NUNC Sancte nobis Spíritus,
Unum Patri cum Fílio,
Dignáre promptus íngeri,
Nostro refúsus péctori.

Os, lingua, mens, sensus, vigor,
Confessiónem pérsonent,
Flamméscat igne cáritas,
Accéndat ardor próximos.

¶ Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

### Psaume.

LEGEM pone mihi Dómine viam justificatiónum tuárum : * et exquíram eam semper.

Da mihi intelléctum, et scrutábor legem tuam : * et custódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in sémitam mandatórum tuórum : * quia ipsam vólui.

Inclína cor meum in testimónia tua : * et non in avarítiam.

Avérte óculos meos ne vídeant vanitátem : * in via tua vivífica me.

Státue servo tuo elóquium tuum, * in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum quod suspicátus sum : * quia judícia tua jucúnda.

Ecce concupívi mandáta tua : * in æquitáte tua vivífica me.

Et véniat super me misericórdia tua Dómine : * salutáre tuum secúndum elóquium tuum.

Et respondébo exprobrántibus mihi verbum : * quia sperávi in sermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis usquequáque : * quia in judíciis tuis supersperávi.

Et custódiam legem tuam semper : * in sæculum et in sæculum sæculi.

Et ambulábam in latitúdine : * quia mandáta tua exquisívi.

Et loquébar in testimóniis tuis in conspéctu regum : * et non confundébar.

Et meditábar in mandátis tuis, * quæ diléxi.

Et levávi manus meas ad mandáta tua, quæ diléxi : * et exercébar in justificatiónibus tuis.

MEMOR esto verbi tui servo tuo, * in quo mihi spem dedísti.

Hæc me consoláta est in humilitáte mea : * quia elóquium tuum vivificávit me.

Supérbi iníque agébant usquequáque : * a lege autem tua non declinávi.

Memor fui judiciórum tuórum a sæculo Dómine : * et consolátus sum.

Defféctio ténuit me, * pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

Cantábiles mihi erant justificatiónes tuæ, * in loco peregrinatiónis meæ.

Memor fui nocte nóminis tui Dómine : * et custodívi legem tuam.

Hæc facta est mihi : * quia justificatiónes tuas exquisívi.

Pórtio mea Dómine, * dixi, custodíre legem tuam.

Deprecátus sum fáciem tuam in toto corde meo : * miserére mei secúndum elóquium tuum.

Cogitávi vias meas : * et convérti pedes meos in testimónia tua.

Parátus sum, et non sum turbátus : * ut custódiam mandáta tua.

Funes peccatórum circumpléxi sunt me : * et legem tuam non sum oblítus.

Média nocte surgébam ad confiténdum tibi, * super judícia justificatiónis tuæ.

Párticeps ego sum ómnium timéntium te : * et custodiéntium mandáta tua.

Misericórdia tua Dómine plena est terra : * justificatiónes tuas doce me.

BONITATEM fecísti cum servo tuo Dómine, * secúndum verbum tuum.

Bonitátem, et disciplínam, et sciéntiam doce me : * quia mandátis tuis crédidi.

Priúsquam humiliárer ego delíqui : * proptérea elóquium tuum custodívi.

Bonus es tu : * et in bonitáte tua doce me justificatiónes tuas.

Multiplicáta est super me iníquitas superbórum : * ego autem in toto corde meo scrutábor mandáta tua.

Coagulátum est sicut lac cor eórum : * ego vero legem tuam meditátus sum.

Bonum mihi quia humiliásti me : * ut discam justificatiónes tuas.

Bonum mihi lex oris tui, * super míllia auri et argénti.

Manus tuæ fecérunt me, et plasmavérunt me : * da mihi intellectum, et discam mandáta tua.

Qui timent te, vidébunt me et lætabúntur : * quia in verba tua superspérávi.

Cognóvi Dómine quia æquitas judícia tua : * et in veritáte tua humiliásti me.

Fiat misericórdia tua ut consolétur me, * secúndum elóquium tuum servo tuo.

Véniant mihi miseratiónes tuæ, et vivam : * quia lex tua meditátio mea est.



Confundántur supérbi, quia injúste iniquitátem fecérunt in me : * ego autem exercébor in mandátis tuis.

Convertántur mihi timéntes te : * et qui novérunt testimónia tua.

Fiat cor meum immaculátum in justificatiónibus tuis, * ut non confúndar.

## A SEXTE

### Hymne.

RECTOR potens, verax Deus,
Qui témperas rerum vices,
Splendóre mane illúminas,
Et ígnibus merídiem :

Exstíngue flammas lítium,
Aufer calórem nóxium,
Confer salútem córporum,
Verámque pacem córdium.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

### Psaume.

DEFECIT in salutáre tuum ánima mea : * et in verbum tuum superspérávi.

Defecérunt óculi mei in elóquium tuum, * dicéntes : Quando consoláberis me ?

Quia factus sum sicut uter in pruína : * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Quot sunt dies servi tui ? * quando fácies de persequéntibus me judícium ?

Narravérunt mihi iníqui fabulatiónes : * sed non ut lex tua.

Omnia mandáta tua véritas : * iníque persecúti sunt me, ádjuva me.

Paulo minus consummavérunt me in terra : * ego autem non derelíqui mandáta tua.

Secúndum misericórdiam tuam vivífica me : * et custódiam testimónia oris tui.

In ætérnum Dómine, * verbum tuum pérmanet in cælo.

In generatiónem et generatiónem véritas tua : * fundásti terram, et pérmanet.

Ordinatióne tua persevérat dies : * quóniam ómnia sérviunt tibi.

Nisi quod lex tua meditátio mea est : * tunc forte periíssem in humilitáte mea.

In ætérnum non oblivíscar justificatiónes tuas : * quia in ipsis vivificásti me.

Tuus sum ego, salvum me fac : * quóniam justificatiónes tuas exquisívi.

Me exspectavérunt peccatóres ut pérderent me : * testimónia tua intelléxi.

Omnis consummatiónis vidi finem : * latum mandátum tuum nimis.

QUOMODO diléxi legem tuam Dómine ! * tota die meditátio mea est.

Super inimícos meos prudéntem me fecísti mandáto tuo : * quia in ætérnum mihi est.

Super omnes docéntes me intelléxi : * quia testimónia tua meditátio mea est.

Super senes intelléxi : * quia mandáta tua quæsívi.

Ab omni via mala prohíbui pedes meos : * ut custódiam verba tua.

A judíciis tuis non declinávi : * quia tu legem posuísti mihi.

Quam dúlcia fáucibus meis elóquia tua, * super mel ori meo !

A mandátis tuis intelléxi : * proptérea audívi omnem viam iniquitátis.

Lucérna pédibus meis verbum tuum, * et lumen sémitis meis.

Jurávi, et státui * custodíre judícia justítiæ tuæ.

Humiliátus sum usquequáque Dómine : * vivífica me secúndum verbum tuum.

Voluntária oris mei beneplácita fac Dómine : * et judícia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis semper : * et legem tuam non sum oblítus.

Posuérunt peccatóres láqueum mihi : * et de mandátis tuis non errávi.

Hæreditáte acquisívi testimónia tua in ætérnum : * quia exsultátio cordis mei sunt.

Inclinávi cor meum ad faciéndas justificatiónes tuas in ætérnum, * propter retributiónem.

Iniquos ódio hábui : * et legem tuam diléxi.

Adjútor et suscéptor meus es tu : * et in verbum tuum supersperávi.

Declináte a me malígni : * et scrutábor mandáta Dei mei.

Súscipe me secúndum elóquium tuum, et vivam : * et non confúndas me ab exspectatióne mea.

Adjuva me, et salvus ero : * et meditábor in justificatiónibus tuis semper.

Sprevísti omnes discedéntes a judíciis tuis : * quia injústa cogitátio eórum.

Prævaricántes reputávi omnes peccatóres terræ : * ídeo diléxi testimónia tua.

Confíge timóre tuo carnes meas : * a judíciis enim tuis tímui.

Feci judícium et justítiam : * non tradas me calumniántibus me.

Súscipe servum tuum in bonum : * non calumniéntur me supérbi.

Oculi mei defecérunt in salutáre tuum : * et in elóquium justítiæ tuæ.

Fac cum servo tuo secúndum misericórdiam tuam : * et justificatiónes tuas doce me.

Servus tuus sum ego : * da mihi intelléctum, ut sciam testimónia tua.

Tempus faciéndi Dómine : * dissipavérunt legem tuam.

Ideo diléxi mandáta tua, * super aurum et topázion.

Proptérea ad ómnia mandáta tua dirigébar : * omnem viam iníquam ódio hábui.



## A NONE

### Hymne.

Rerum Deus tenax vigor,
Immótus in te pérmanens,
Lucis diúrnæ témpora
Succéssibus detérminans :

Largíre lumen véspere,
Quo vita nusquam décidat,
Sed prǽmium mortis sacræ
Perénnis instet glória.

℣ Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

### Psaume.

Mirabilia testimónia tua : * ídeo scrutáta est ea ánima mea.

Declarátio sermónum tuórum illúminat : * et intellectum dat párvulis.

Os meum apérui, et attráxi spíritum : * quia mandáta tua desiderábam.

Adspice in me, et miserére mei, * secúndum judícium diligéntium nomen tuum.

Gressus meos dírige secúndum elóquium tuum : * et non dominétur mei omnis injustítia.

Rédime me a calúmniis hóminum : * ut custódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina super servum tuum : * et doce me justificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt óculi mei : * quia non custodiérunt legem tuam.

Justus es Dómine : * et rectum judícium tuum.

Mandásti justítiam testimónia tua : * et veritátem tuam nimis.

Tabéscere me fecit zelus meus : * quia oblíti sunt verba tua inimíci mei.

Ignítum elóquium tuum veheménter : * et servus tuus diléxit illud.

Adolescéntulus sum ego et contémptus : * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Justítia tua, justítia in ætérnum : * et lex tua véritas.

Tribulátio et angústia invenérunt me : * mandáta tua meditátio mea est.

Æquitas testimónia tua in ætérnum : * intelléctum da mihi, et vivam.

Clamavi in toto corde meo, exáudi me Dómine : * justificatiónes tuas requíram.

Clamávi ad te salvum me fac : * ut custódiam mandáta tua.

Prævéni in maturitáte, et clamávi : * quia in verba tua supersperávi.

Prævenérunt óculi mei ad te dilúculo : * ut meditárer elóquia tua.

Vocem meam audi secúndum misericórdiam tuam Dómine : * et secúndum judícium tuum vivífica me.

Appropinquavérunt persequéntes me iniquitáti : * a lege

autem tua longe facti sunt.

Prope es tu Dómine : * et omnes viæ tuæ véritas.

Inítio cognóvi de testimóniis tuis : * quia in ætérnum fundásti ea.

Vide humilitátem meam, et éripe me : * quia legem tuam non sum oblítus.

Júdica judícium meum, et rédime me : * propter elóquium tuum vivífica me.

Longe a peccatóribus salus : * quia justificatiónes tuas non exquisiérunt.

Misericórdiæ tuæ multæ Dómine : * secúndum judícium tuum vivífica me.

Multi qui persequúntur me, et tríbulant me : * a testimóniis tuis non declinávi.

Vidi prævaricántes, et tabescébam : * quia elóquia tua non custodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua diléxi Dómine : * in misericórdia tua vivífica me.

Princípium verbórum tuórum véritas : * in ætérnum ómnia judícia justítiæ tuæ.

PRINCIPES persecúti sunt me gratis : * et a verbis tuis formidávit cor meum.

Lætábor ego super elóquia tua : * sicut qui invénit spólia multa.

Iniquitátem ódio hábui, et abominátus sum : * legem autem tuam diléxi.

Sépties in die laudem dixi tibi, * super judícia justítiæ tuæ.

Pax multa diligéntibus legem tuam : * et non est illis scándalum.

Exspectábam salutáre tuum Dómine : * et mandáta tua diléxi.

Custodívit ánima mea testimónia tua : * et diléxit ea veheménter.

Servávi mandáta tua et testimónia tua : * quia omnes viæ meæ in conspéctu tuo.

Appropínquet deprecátio mea in conspéctu tuo Dómine: * juxta elóquium tuum da mihi intelléctum.

Intret postulátio mea in conspéctu tuo : * secúndum elóquium tuum éripe me.

Eructábunt lábia mea hymnum, * cum docúeris me justificatiónes tuas.

Pronuntiábit lingua mea elóquium tuum : * quia ómnia mandáta tua æquitas.

Fiat manus tua ut salvet me: * quóniam mandáta tua elégi.

Concupívi salutáre tuum Dómine : * et lex tua meditátio mea est.

Vivet ánima mea, et laudábit te : * et judícia tua adjuvábunt me.

Errávi sicut ovis quæ périit : * quære servum tuum, quia mandáta tua non sum oblítus.



## PROCESSION DES RAMEAUX. ANTIENNES

Ant. 5.








# LE DIMANCHE DE PAQUES

## A MATINES

Pater. Ave. Credo.

℣. Dómine lábia mea apéries.
℟. Et os meum annuntiábit laudem tuam.
Deus in adjutórium. Glória Patri. Allelúia.

**Invitatoire.**





alti-túdines mónti-um ipse cónspi-cit. * Allelúia.



Quóni-am ipsí-us est mare, et ipse fe-cit illud, et á-



ridam fundavérunt ma-nus e-jus : veni-te, adorémus, et



procidámus ante De-um : plorémus coram Dómino, qui fe-



cit nos : qui- a ipse est Dóminus De- us noster, nos au-



tem pópulus ejus, et oves páscu- æ e-jus. ℟. Surréxit.



Hódi- e si vocem e-jus audi- é-ri-tis, no-lí-te obduráre



corda vestra, sicut in exacerba-ti-óne secúndum di-em



tenta-ti-ónis in desérto : ubi tentavérunt me patres ve-



stri, probavérunt, et vidérunt ópe-ra me- a. * Allelúia.



Quadragínta annis próximus fu- i genera- ti- óni hu- ic, et





dixi : Semper hi er-rant corde : ipsi vero non cogno-



vérunt vi- as me- as, quibus jurávi in i- ra me- a, si in-



tro- íbunt in réqui- em me- am. ℟. Surréxit Dóminus.



Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí- tu- i Sancto : Sicut



erat in princí-pi- o, et nunc et semper, et in sæcula



sæcu-ló-rum. Amen. * Allelúia.

*On reprend en entier :* Surréxit Dóminus.

AU NOCTURNE

1. Ant. 2. D



E -go sum qui sum, et consí-li- um me- um non



est cum ímpi- is, sed in lege Dómini volúntas me- a



est, allelú-ia. E u o u a e.

**Psaume 1.**

BEATUS vir qui non ábiit in consílio impiórum, et in via peccatórum non stetit, * et in cáthedra pestiléntiæ non sedit :

Sed in lege Dómini volúntas ejus, * et in lege ejus meditábitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum quod plantátum est secus decúrsus aquárum, * quod fru-

ctum suum dabit in témpore suo :

Et fólium ejus non défluet : * et ómnia quæcúmque fáciet prosperabúntur.

Non sic ímpii, non sic : * sed tamquam pulvis, quem prójicit ventus a fácie terræ.

Ideo non resúrgent ímpii in judício : * neque peccatóres in concílio justórum.

Quóniam novit Dóminus viam justórum, * et iter impiórum períbit.

Glória Patri.




P Ostulávi Patrem me-um, alle- lú- ia : dedit mi-



hi gentes, alle-lú-ia, in hæredi-tá-tem, alle-lú-ia. Euouae.

*Ps.* 2. Quare fremuérunt gentes. 124.




E -go dormí- vi, et somnum ce-pi : et exsurré-



xi, quóni- am Dóminus suscépit me, alle-lú-ia, alle-lú- ia.



E u o u a e.

**Psaume 3.**

DOMINE quid multiplicáti sunt qui tríbulant me ? * multi insúrgunt advérsum me.

Multi dícunt ánimæ meæ : * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Dómine suscéptor meus es, * glória mea, et exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamávi : * et exaudívit me de monte sancto suo.

Ego dormívi, et soporátus sum : * et exsurréxi, quia Dóminus suscépit me.

Non timébo míllia pópuli circumdántis me : * exsúrge Dómine, salvum me fac, Deus meus.

Quóniam tu percussísti omnes adversántes mihi sine causa : * dentes peccatórum contrivísti.

Dómini est salus : * et super pópulum tuum benedíctio tua.

Glória Patri.

℣. Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúia.
℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúia.

Pater noster. ℣. Et ne nos indúcas.



*Absolution.* Exáudi Dómine Jesu Christe preces servórum tuórum, et miserére nobis : qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Jube domne benedícere.

*Bened.* Evangélica léctio sit nobis salus et protéctio. ℟. Amen.

Léctio sancti Evangélii secúndum Marcum.

**Leçon. 1.** *Cap. 16.*

IN illo témpore : María Magdaléne, et María Jacóbi, et Salóme emérunt arómata, ut veniéntes úngerent Jesum. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

*Hom. 21. in Evang.*

AUDISTIS, fratres caríssimi, quod sanctæ mulíeres, quæ Dóminum fúerant secútæ, cum aromátibus ad monuméntum venérunt ; et ei, quem vivéntem diléxerant, etiam mórtuo, stúdio humanitátis obsequúntur. Sed res gesta áliquid in sancta Ecclésia signat geréndum. Sic quippe necésse est ut audiámus quæ facta sunt, quátenus cogitémus étiam quæ nobis sint ex eórum imitatióne faciénda. Et nos ergo in eum, qui est mórtuus, credéntes, si odóre virtútum reférti, cum opinióne bonórum óperum Dóminum quærimus, ad monuméntum profécto illíus cum aromátibus venímus. Illæ autem mulíeres Angelos vident, quæ cum aromátibus venérunt : quia vidélicet illæ mentes supérnos cives aspíciunt, quæ cum virtútum odóribus ad Dóminum per sancta desidéria proficiscúntur.




A N-ge-lus Dó- mi- ni descén-dit de cæ-



lo, et accé- dens re-vól-vit lá- pi- dem, et su-



per e- um sedit, et di- xit mu- li- é- ri- bus :



* No-lí- te timé- re : sci- o e- nim qui- a cruci-



fíxum quæ-ri- tis : jam surré- xit ; veni- te, et




*On reprend* ℟. Angelus. *jusqu'au* ℣.

*Bénédiction.* Divínum auxílium máneat semper nobíscum.

**Leçon. II.**

NOTANDUM vero nobis est, quidnam sit, quod in dextris sedére Angelus cérnitur. Quid namque per sinístram, nisi vita præsens : quid vero per déxteram, nisi perpétua vita designátur? Unde in Cánticis canticórum scriptum est : Læva ejus sub cápite meo, et déxtera illíus amplexábitur me. Quia ergo Redémptor noster jam præséntis vitæ corruptiónem transíerat, recte Angelus, qui nuntiáre perénnem ejus vitam vénerat, in déxtera sedébat. Qui stola cándida coopértus appáruit : quia festivitátis nostræ gáudia nuntiávit. Candor étenim vestis, splendórem nostræ denúntiat solemnitátis. Nostræ dicámus, an suæ? Sed ut fateámur vérius, et suæ dicámus, et nostræ. Illa quippe Redemptóris nostri resurréctio et nostra festívitas fuit, quia nos ad immortalitátem redúxit : et Angelórum festívitas éxstitit, quia nos revocándo ad cæléstia, eórum número implévit.

Rép. 4.









*Bénédiction.* Ad societátem cívium supernórum perdúcat nos Rex Angelórum.

**Leçon. III.**

IN sua ergo ac nostra festivitáte Angelus in albis véstibus appáruit : quia dum nos per resurrectiónem domínicam ad supérna redúcimur, cæléstis pátriæ damna reparántur. Sed quid adveniéntes féminas affátur, audiámus : Nolíte expavéscere. Ac si apérte dicat : Páveant illi, qui non amant advéntum supernórum cívium : pertiméscant, qui carnálibus desidériis pressi, ad eórum se societátem pertíngere posse despérant. Vos autem cur pertiméscitis, quæ vestros concíves vidétis? Unde et Matthæus Angelum apparuísse descríbens, ait : Erat aspéctus ejus sicut fulgur, et vestiménta ejus sicut nix. In fúlgure étenim terror timóris est, in nive autem blandiméntum candóris.

Te Deum laudámus. 59.

## A LAUDES

*Ant. des Vêpres*, 409. *Psaumes des Laudes de Noël*, 145. *Au lieu du Capitule, de l'Hymne et du ℣. on chante l'Ant.* Hæc dies. 410.

**A Benedictus, Antienne.**




monuméntum, orto jam so-le, allelú-ia. E u o u a e.

*Cantique* Benedictus, 151.

*Après l'Oraison*, 405, *on dit :* Benedicámus Dómino, allelúia, allelúia.



# INDEX GÉNÉRAL

Fêtes propres du Diocèse . . . . . 1*-146*
Suffrages des SS. Patrons . . . . . 147*-148*
Saluts du S. Sacrement . . . . . 149*-180*
— de la Vraie Croix . . . . . 181*-182*
Processions . . . . . 183*-191*
Visite pastorale et Confirmation . . . . . 191*-196*
Additions . . . . . 197*-214*


*Help your congregation*
*assist at the Traditional Latin*
*Mass with ever greater devotion:*
CCWATERSHED.ORG/CAMPION

# INDEX SPÉCIAL DES FÊTES PROPRES


### JANVIER

2. *Mém. de* S. Macaire Abbé . . . . . 9*
3. *Mém. de* S. Geneviève V. 9*
7. *Mém. de* S. Verge V. 10*
9. *Mém. de* S. Honoré M. 10*
12. *Mém. de* S. Agrice Év. 11*
14. S. HILAIRE Év. Doct. 11*
19. S. Vivent Conf. . . 19*
19. *Mém. de* S. Néomaye V. 19*
21. Octave de S. Hilaire 20*
21. *Mém des* SS. Év. de Poitiers . . . . . 20*
Sainte Famille . . 21*
26. S. Bathilde Veuve . 21*
28. S. Agnès Vierge M. 22*
28. *Mém. de* S. Félix C. 22*
30. *Mém. de* S. Alléaume 22*

### FÉVRIER

1. S. Lienne Conf. . . 22*
3. S. Polycarpe Év. M. 25*
4. B. Jeanne de Valois Veuve . . . . . 25*
6. S. AMAND Év. . . . 25*
11. N.-D. de Lourdes . 29*
12. S. Adalhard Abbé . 29*
13. S. Ignace Év. M. . . 33*
14. S. André Corsini Év. 33*
15. S. Tite Év. . . . . 33*
16. S. Benoît d'Aniane Abbé 33*
17. VII. SS. Fondateurs Servites . . . . 34*
19. S. Canut Mart. . . 34*

### MARS

1. S. Aubin Év. . . . 34*
6. S. Fridolin Abbé . 35*
6. *Mém. de* S. Cyriaque C. 35*
13. S. Pient Év. . . . 35*
18. S. Gabriel Archange 35*
20. S. Cyrille de Jérusalem Ev. Doct. . . 36*
21. S. Benoît Abbé . . 36*
27. S. Guillaume Tempier Év. . . . . 42*
29. S. Jean Damascène Conf. Doct. . . . 42*

### AVRIL

4. S. Pierre II. Év. . . 42*
6. S. Isidore Év. Doct. 42*
15. S. Bernard Abbé . 43*
16. S. Paterne Év. . . 43*
16. *Mém. de* S. Scubilion C. 43*
28. B. de Montfort C. . 44*
29. *Mém. de* S. Hugues Abbé 52*
30. S. Eutrope Ev. M. . 52*

### MAI

11. S. Paul de la Croix C. 54*
13. S. Catherine de Sienne Vierge . . . . . 55*
13. *Mém. des* SS. Agnès et Disciole Vierges 55*
15. S. Isidore Conf. . . 55*
16. S. Jean Népomucène M. 56*
21. S. Ubald Év. . . . 64*
24. N.-D. Auxiliatrice . 64*
28. *Mém. de* S. Germain Év. 64*
31. S. Simplicien Mart. . 64*

### JUIN

1. S. Jouin Abbé . . . 65*
2. S. Pothin et ses Compagnons M. . . . 65*





3. S. Clotilde Veuve . 67*
5. *Mém. de* S. Porchaire Abbé . . . . . 74*
7. S. Angèle de Mérici V. 74*
8. S. Médard Év. . . . 74*
14. *Mém. de* S. Rufin M. 75*
15. S. Germaine Cousin V. 75*
18. *Mém. de* S. Avit C. 76*
20. *Mém. de* S. Cilien C. 76*
21. *Mém. de* S. Gré C. . 76*
25. *Mém. de* S. Bodard C. 76*
25. *Mém. de* S. Pazanne V. 77*
26. Transl. de S. Hilaire 77*
27. S. Maixent Abbé . 80*
27. *Mém. de* S. Florent . 81*
29. *Mém. des* SS. Apôtres 81*

### JUILLET

1. *Mém. de* S. Lupien C. 81*
3. SS. Jean et Paul MM. 82*
6. *Mém. de* S. Goar C. 82*
6. *Mém. de* S. Macrine V. 82*
7. Comm. des SS. Papes 83*
Cœur très pur de Marie 83*
9. S. Irénée Év. M. . . 83*
11. S. Martial Év. . . . 84*
11. *Mém. des* SS. Savin et Cyprien MM. . 86*
16. S. DOMNIN et ses Compagnons MM. . . 87*
16. *Mém. des* SS. Généroux et Launégisile Abbés . . . . . 89*
18. *Mém. de* S. Fauve C. 93*
19. SS. Nectaire et Libère Évêques . . . . 93*
21. N.-D. du Mont-Carmel 97*
24. S. Vincent de Paul C. 97*
30. B. Urbain II. Pape C. 98*
31. *Mém. de* S. Germain Év. 98*

### AOUT

11. S. Philomène V. M. 99*
13. S. RADEGONDE Veuve 99*
14. S. Junien Abbé . . 106*
16. S. Roch Conf. . . . 106*
16. *Mém. de* S. Triaise V. 106*
18. S. Hyacinthe Conf. . 107*
20. S. PHILBERT Abbé . 107*
25. S. Louis Conf. . . . 111*
25. *Mém. de* S. Héraye Abbé 113*
25. *Mém. de* S. Pélagie Veuve . . . . . 113*
26. S. Bernard Abbé D. 118*
26. *Mém. des* SS. Justin et Gelais Év. . . 118*
31. *Mém. de* S. Paulin Év. 119*

### SEPTEMBRE

12. S. Maximin Év. . . 119*
15. *Mém. de* S. Achard Abbé 119*
16. *Mém. de* S. Faziou C. 120*
17. *Mém. de* S. Lumine Év. 120*
22. S. Florent Conf. . . 120*
25. S. Thomas de Villeneuve Év. . . . . 121*
26. S. Emmeran Év. M. 121*

### OCTOBRE

1. S. Remi Év. . . . . 123*
3. S. Léger Év. M. . . . 127*
11. S. Savin Conf. . . . 131*
11. *Mém. de* S. Venant Abbé 131*
11. *Mém. de* S. Genard C. 131*
16. S. Viaud Conf. . . 132*
16. *Mém. de* S. Soline V. M. 133*
16. *Mém. de* S. Bercaire Abbé Mart. . . . 133*
23. S. Benoît d'Aizenay Év. 134*
24. S. Raphaël Archange 138*
25. S. Martin de Vertou Abbé . . . . . 138*
26. S. Sénoch Abbé. . . 142*

### NOVEMBRE

SS. Reliques . . . 143*
5. *Mém. de* S. Mathurin C. 144*
DÉDICACE DES ÉGLISES DE FRANCE 144*
11. S. Martin de Tours Ev. 144*
13. S. Stanislas Kostka C. 146*

13. *Mém. de* S. Mérault C. 146*
14. *Mém. de* S. Clémentin Mart. 146*
14. *Mém. de* S. Fercincte Vierge . . . 146*
16. S. Didace Conf. . . 146*
21. *Mém. de* S. Laon C. 146*
27. S. Goustan C. . . . 1*
28. S. Just Conf. . . . 1*
29. S. Saturnin Év. M. . 2*

DÉCEMBRE

1. S. Florence Vierge . 2*
3. *Mém. de* S. Anthème Év. 5*
5. S. Éloi Év. . . . . 5*
10. N.-D. de Lorette . . 5*
12. S. Abre Vierge . . 5*
14. S. Fortunat Év. . . 7*
18. L'Expectation . . . 8*
22. *Mém. de* S. Agon Év. 9*
26. *Mém des* SS. Martyrs 9*
Fête de la médaille miraculeuse . . 146*

## INDEX SPÉCIAL DES SALUTS DU S. SACREMENT

Exposition et Reposition du S. Sacrement . . . 149*
Ordre général des Saluts . . 150*
Ordre particulier . . . . 152*
Pendant l'Avent . . . . 152*
Immaculée Conception . . 153*
De Noël à la Purification . . 153*
S. Nom de Jésus . . . 155*
S. Hilaire . . . . . 155*
De la Purification au Carême 156*
Quarante Heures . . 157*
Pendant le Carême . . 157*
Annonciation . . . 159*
Pendant le Temps Pascal . 159*
De la Trinité à l'Avent . 162*
Fête-Dieu . . . . 162*
Mois de Juin . . . 163*
SS. Pierre et Paul . . 163*
— Juillet . . . . 164*
— Août . . . . . 166*
Assomption . . . 167*
— Septembre . . . 170*
— Octobre . . . . 170*
— Novembre . . . 173*
Dédicace . . . . 175*
S. Martin . . . . 178*



Fête du Titulaire . . . . . 180*
Salut pour la Clôture de l'adoration perpétuelle . . 180*
Salut d'Action de grâces . . . 180*
Salut donné avec le S. Ciboire . 180*

## INDEX SPÉCIAL DES PROCESSIONS

Procession le jour de Pâques . . . 183*
— de S. Marc et aux Rogations . . 183*
— du S. Sacrement . . . . . 184*
— en l'honneur de la S. Vierge . . 184*
— au feu de joie . . . . . 190*
— au cimetière le jour des Morts . . 190*
— pour demander la pluie . . . 191*
— — le beau temps . . . . 191*

## INDEX ALPHABETIQUE

### des Hymnes, Psaumes, Séquences, etc.

#### Hymnes.

Adalhardus pater . . . 29*
Alma Pictavo seges . . 90*
Almæ clientem Virginis . 50*
Audiat miras oriens . . 27*
Ave pater scandens . . . 136*
Cælo receptam plaudite 104*
Christe cui justos . . . 121*
Cordi puro famulorum . 99*
Dive Confessor cumulate 142*
Ex quo religio . . . . 77*
Exsul ad oras Phrygiæ 155*
Exsultemus et cantemus 2*
Felices nemorum . . . 110*
Fidelium devotio . . . 4*
Gaude mater Ecclesia . 111*
Gaude tellus illustrata . 140*
Insigne Francorum jubar 125*
Invictus heros Numinis 56*
Jam dies digne . . . . 128*
Jam faces lictor ferat . 63*
Jesu decus angelicum . 155*
Jesu dulcis memoria . 152*
Laudes Christe tibi . . 12*
Laudibus cives resonent 39*
Maria mater gratiæ . . 157*
Martiali Apostolo . . . 84*
Martine par Apostolis . 144*
Non fraus magnanimum 78*
Nostræ concinimus . . 52*
O quam magnificus . . 17*
O vos ætherei plaudite 168*
Plebs rumpe cordis . . 134*
Quod jubar Gallis . . 83*
Rex summe regum . . . 116*
Salve Franciadum . . . 72*
Salvete magni præsules 93*
Salvete sancti Ecclesiæ 96*
Sanctorum chorus . . . 87*
Summi sacerdos . . . 65*
Te beata sponsa Christi 5*
Te Mater alma . . . . 163*
Virgo Dei Genitrix . . 152*

**Psaumes.**

118 Beati immaculati . 198*
127 Beati omnes . . . 164*
1 Beatus vir qui non . 209*
149 Cantate... laus ejus . 173*
97 Cantate Dño... quia 159*
115 Credidi, propter quod 170*
53 Deus in nomine tuo 198*
66 Deus misereatur . . 152*
3 Domine quid . . . 210*
22 Dominus regit me . 156*
19 Exaudiat te Dñus . 164*
147 Lauda Jerusalem . 166*
50 Miserere mei Deus . 157*
83 Quam dilecta . . . 175*

**Séquences.**

Dei Matris cantibus . . 171*
Gaude Sion quæ diem . 178*
Jerusalem et Sion filiæ . 176*
Omni die . . . . 187*

**Chants divers.**

Adoremus in æternum . 151*
Alleluia. Omnes gentes 159*
Ante sex dies . . . . 206*
Concordi lætitia . . . 162*
Confirma hoc Deus . . 195*
Confiteor Deo . . . 193*
Cum audisset . . . . 205*
Ecce sacerdos magnus . 191*
Languentibus . . . 173*
Litanies de Lorette. III. 184*
— IV. 2e ton . . 185*
— V. 5e ton . . . 186*
O crux ave . . . . 181*
O salutaris hostia . . 170*
Paradisi portæ. Eructavit 167*
Puer natus in Bethlehem 153*
Sacerdos et Pontifex . 191*
Salve Mater misericordiæ 164*
Salve Virgo singularis . 154*
Tantum ergo . . . . 150*
Tu es Petrus . . . . 163*


1368. — Solesmes. Imp. Saint-Pierre. Mai 1896.

# CLODOVÆUS

**DIVINA MISERATIONE ET SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA**

## EPISCOPUS LUCIONENSIS

***Omnibus has litteras visuris salutem et benedictionem a Domino.***

**Officia propria ad usum Ecclesiæ Lucionensis, qualiter in opere cui titulus *Offices et Messes propres du Diocèse de Luçon* cum cantu exhibentur, plane concordant cum textu originali eorumdem Officiorum a SS. D. N. Leone Papa XIII die 9 Julii 1890 adprobato. Cantus vero in opere supradicto contentos, juxta gregorianam artem a Monachis Solesmensibus O. S. B. restitutos vel redactos, ad usum Diœcesis nostræ adprobamus atque evulgandi licentiam damus, salvis eorum juribus ad quos competit.**

**Lucionii, die 18. Maii 1896.**

**† Clodovæus, *Episcopus Lucionensis.***

**Imprimatur.**

**Cenomani, die 1. Maii 1896.**

**L.-J. Coupris, *Vic. gen.***

## ERRATA

| *Pages* | *au lieu de :* | *lisez :* |
|---|---|---|
| 12* dern. ligne *qq. exempl.* |  voce ju-cúnda |  voce ju-cúnda |
| 27* dern. ligne |  O jubar cæli |  O jubar cæli |
| 93* 5e ligne *qq. exempl.* |  Intérque |  Intérque |